


1 - 320

NO R

1 - 320




26. Oct 5



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18



26. Oct 5.




A

1

6





DECII
JUNII JUVENALIS
AQUINATIS
SATYRAE XVI.



ДЕСЯТЬ
ДНИ ИУАНІА
ДОЧІЯ
ІНК ЕДІЯТКА



B. 1556

D. JUNII JUVENALIS

ET

AULI PERSII FLACCI

SATYRÆ,

CUM ANNOTATIONIBUS

THOMAE FARNABII,

Quibus nonnullas addidit

D. RODERICUS AB OVIEDO.



M A T R I T I :


In Typographia Regia , vulgo de la GAZETA.

ANNO M. DCC. LXXV.

Sumptibus Regiae Societatis Typographorum , & Bibliopolarum.

0221A

D. HENRY LUDWIG



D. JUNII JUVENALIST

VITA.

D. Junius Juvenalis liberti locupletis incertum filius, an alumnus, oriundus ex Aquino, Volscorum oppido, ad medium fere aetatem declamavit, mox Poëticas studio se ad Satyras scribendas contulit, quas non sine summo frequentis auditorii applausu recitavit. Inter alia vero indigna, et praepostera urbis, quae exagitavit, scelera, quin et Paridis histrionis gratiam nimiam, et potentiam apud Domitianum carperet Satyra septima illis versibus:

Ille et militiae largitur multis honorem, etc.
à Domitiano instigante Paride per honorem militiae urbe summotus est, et ad praefecturam cohortis in jocularem ejus, quod Paridi exprobrarat ultionem, missus ad Pentapolia in extremis Aegypti, et Libyae finibus. Ubi Licet alii tradant ipsum jam octogenarium angore, et taedio vitam cum morte commutasse: vero tamen similius est, imo constat, eum, post mortem Domitiani Roman reversum, quasdam ex his Satyris scripsisse. Vide Lips. Epistolic. Quaest. 4. lib. 20. epistol.

BREVIS EJUSDEM
EX JOANN. G. VOSSIO

VIT A.

Decius Junius Juvenalis Aquinas fere ad medianam usque aetatem declamavit: postea vitiis offendens Satyras scripsit. Sed cum schemate notasset Paridem Pantomimum, jam octogenarius specie honoris praefectus est cohortis in extima Aegypto, atque isthic verisimile est scripsisse Satyram de Portentis Aegypti, quae ad Volusium, et ad Gallum alteram de militiae incommodis.

EJUS-

EJUSDEM VITA

Ex Petro Crinito.

Decius Junius Juvenalis patria fuit Aquinas: quae res non modo percipitur ex inscriptio-
ne veterum codicum; sed etiam verbis, qui sub per-
sona Umbritii dicuntur:

*Ergo vale nostri memor, et quoties te
Roma tuo refici properantem reddet Aquino:
Me quoque ad Elvinam Cererem, nostramque Dianam,
Convele à Cumis:*

Natus est patre Libertino, ut quidam credunt. Alii
ab eo institutum, proque filio habitum dicunt. Tem-
poribus Domitiani principis floruit, etsi ad Nervae,
at Trajani aetatem pervenit; quod indicatur multis,
ac variis locis, praecipueque hoc carmine:

*Et spes, et ratio studiorum in Caesare tantum:
Solus enim tristes hac tempestate Camoenas
Respexit, cum jam celebres, notique Poetae,
Balneolum Gabiis, Romae conducere furnos
Optarent.*

In hoc enim gratulatur Nervae, quod inter alios
principes maxime praestaret summis officiis, atque
affectibus in prosequendis, atque honestandis disci-
plinis. Quidam putarunt, referendum esse ad Caesa-
rem Domitianum, qui magnopere simulavit studium
Poëticae, ut auctores sunt Tac. et Sueton. Fronto-
nem Grammaticum primo audivit, summaque dili-
gentia ab eo dicitur institutus: qui Romae docuit
illis temporibus magna celebritate nominis, ut Gel-
lius testatur. Deinceps probavit ingenium suum in fo-

ro, et causis agendis, in quo magis videtur elaborasse pro veteri consuetudine declamandi, quam ut versari diu vellet in eo studiorum genere. Neque desunt, qui referunt eruditum fuisse Juvenalem praceptoris, atque institutionibus Quintiliani, qui per ea tempora maxime excelluit inter caeteros Rhetores. Versatus est maximo studio in scribendis Satyris, secutus exemplum Lucilii, atque Horatii. Qua in re haud mediocrem laudem adeptus est in judicio eruditorum compositis 5. volum. In his enim facile ostendit, quam acrem se, atque violentum praekeret accusandis, atque insectandis hominum vitiis, ut qui molestissimo animo ferret corruptos civitatis mores. Inter amicos praecipuo affectu coluit Volusium Bithynicum, et Corvinum. Val. quoque Martialis plurimum detulit Juvenali, suumque studium, atque singularē benevolentiam pluribus locis testatus est, ut his versibus appetat:

*Cum Juvenale meo quae me committere tentas,
Quid non audebis, perfida lingua, loqui?*

Quidam Grammatici tradunt, eundem accessisse ad ultimam senectam, et in remotissimam Aegypti partem missum à Caesare Domitiano sub praetextu demandatae dignitatis, ibique senio confectum, ac nimio vitae taedio periisse. Quod ego nondum reperio apud eos auctores, qui pro receptis, ac fidedignis habentur.

PROLOGUS.

HAbes, benevole Lector, Dec. J. Juvenalis, atque A. Persi Satyras, in quibus vitia irrideri, virtutes laudari cum voluptate videas, et ex quibus multa utilia ad vitae institutionem praecepta decerpere possis. Cautè tamen ambos, et precipuè Juvenalem propter obscoena nonnulla leges. Ad nimiam eorum illustrandam obscuritatem, praeter copiosas doctissimi Farnabii annotationes, nonnullas meas, et Latine, et Hispane subjeci, in quibus Graeca, quae in Farnabii notis reperiuntur, magnoque sunt ad cognitionem impedimento, in Latinum transtuli sermonem. Quoniam autem in operis initio, nondum Graeca vertendi consilio inito, nonnulla omissa fuerant, ea postea versa post hunc Prologum locavi. Aliqua tamen vertere non-lui, aut quod obsceona, aut quod inutilia. Spero pro diligenti mea cura futurum, ut hoc opus perpaucis mendis foedatum in publicum edatur. Haec praemonenda censui. VALE.

*Graeca, quae praetermissa sunt,
hic in latinum vertuntur sermo-
nem.*

PAg. 7. not. 14. *Lat.* Circa hunc parvum scopu-
lum, tesseram.

Ibid. ead. not. *Lat.* Fracta illis nave.

Pag. 11. not. 85. *Lat.* Foedum, indecorum.

Ibid. eadem not. *Lat.* In fossam.

Ibid. eadem not. *Lat.* Fossam duxit, fodit.

Ibid. not. 91. *Lat.* Spectacula, vel pugnas.

Ibid. *Lat.* Singulari certamine.

Pag. 13. not. 21. *Lat.* Plano, depilato. Hispan.

Liso.

Ibid. not. 28. *Lat.* Intemperantiae.

Ibid. eadem not. Incontinentiae.

Pag. 15. not. 61. *Lat.* Clipeis contegentes.

Pag. 17. not. 99. *Lat.* Foemineis.

Pag. 28. not. * *Lat.* Rides, ego autem morior

risu.

Pag. 29. not. 17. *Lat.* Ala.

Pag. 29. not. 18. *Lat.* Erat autem quidam Pro-
togenes, etc.

Pag. 31. not. * *Lat.* Non est paupertate ullus mi-
serior in vita casus: nam, si natura probus eris, et
pauper, ridiculus eris.

Pag. 32. not. 58. *Lat.* Os cum aperuisset admo-
dum, tanquam devoraturus spectatores.

Pag. 43. not. 73. *Lat.* Sacra vis Alcinoi, robur
Telemachi.

Ibid. not. 81. *Lat.* Gigni, et terra.

Pag.

Pag. 46. not. 36. *Lat.* Quae adest tanquam alis lata.

Ibid. *Lat.* Et alas ferentes festinanter vadebant semper ire illa re dicentes.

Pag. 51. not. 89. *Lat.* Lucernam olet.

Pag. 53. not. 34. *Lat.* Nam egestate domito ligata est lingua.

Pag. 59. not. 84. *Lat.* Equus.

Pag. 60. not. 9. *Lat.* Ligneum gladium.

Ibid. *Lat.* Ligneum ensem.

Pag. 61. not. 20. *Lat.* Nudus ad portam lupanaris stabat, ut scortatores; et sindonem aureis annulis elevatam quatiens accedentes associans.

Pag. 62. not. 32. *Lat.* Pauper, qui uxorem divitem duxit, habet dominam, non uxorem.

Pag. 63. not. 42. *Lat.* Brevis est dies.

Pag. 64. not. 61. *Lat.* Sedare tristitias.

Pag. 69. not. 62. *Lat.* Terrae coelum commiscere.

Pag. 71. not. 19. *Lat.* Muliebria.

THOMAE FARNABIO.

CArminib^s tibi verba dedi, vel carmina verbis;
Carmina sed mallem, quam tibi verba dare.
Tu mihi das sensus, ego do tibi verba Poëtae.
Meque ama, amaque mea; ut teque amo, amoque
tua.

Tuus,

Rudolphus Gittins.

Temporibus lux magna fuit Juvenalis avitis,
Moribus, ingenii, divitiis, vitiis.
Tu lux es luci, Farnabi: operisque fugasti,
Temporis et tenebras, ingenii radiis.
Lux tua parva quidem mole est, sed magna rigore,
Sensibus, et docti pondere judicii.
Macte: tuo scriptores, lectoresque labore,
Per te alii vigeant, per te alii videant.

Ben. Jonsonius.

Cum Juvenale tuo, Farnabi, Persius exit,
Atque affectatis eruitur tenebris.
Quem legat, et quondam neglectum intelligat ille
Qui Stridone satus, nomine sanctus erat.

B. K.

I Vates. II Hypocritae. III Roma urbs. IV Rhombus.

V Parasitus.

VI Nupta. VII Ars sordet. VIII Nobilitas vera. IX Impia.

X Vota,

XI Caena. XII Redux. XIII Deposta. XIV Parens.

XV Aegyptia. XVI Miles.

D. JUNII JUVENALIS

AQUINATIS

* S A T Y R A . I.

Deliberanti Poëtae, jamque in animo habenti temporis sui Poëtis Tragoedias recitantibus vicem reserre, & pantheram (quod adjunt) leone remunerare, ocurrunt urbis Romanae sceleras, quae ipsum ab instituta Tragoedia ad Satyram abducant:

Emper ego auditor tantum ? nunquamne
 reponam ,
SVexatus toties ¹ rauci ² Théseide Codri ³
 + Impune ergo mihi recitayerit ille ⁴ to-
 gatas ,
 Hic ⁵ elegos ? impune diem consumpscerit ? ingens
 Telephus ? aut summi plena jam margine libri
 Scriptus , et ⁶ in tergo , neendum finitus ⁷ Orestes ?
 ** Nota magis nulli domus est sua , quam mihi ⁸ lucus

* Poëma varium , nonnullis
 dictum à Satyris , quorum cachin-
 nos , et derisiones hoc carminis
 genus imitatur : J. C. Scaliger
 1. Poëtices , 2. c. à canistellis
 omni pomorum genere plenis ,
 quibus prodeunt Satyri Nym-
 phas alliciebant : Is. Casaub. 2.
 lib. de Satyra , à saturâ lance ,
 quam antiqui , diis agri annua
 solventes vota , primitis omnis
 fructuum generis referant offe-
 rebant . 1. Scribam , recitabo ,
 vel vicem iis referam , eos eadem
 scribendi , recitandique molestia
 obtundens , qua illi me ? 2. Re-
 citando rauci , vel clamosi . 3
 Recitatione illius poëmatis de
 Thesei gestis à Codro vili Poëta
 scriptis . 4. Nec par pari refe-
 ram ? 5. Comoedias Latinas à
 toga Romanorum habitu dictas ,
 ut et Graecæ palliatae diceban-
 tur à Graecorum palliis . 6. Lu-

gubres , vel amatorios . 7. Lon-
 ga tragœdia de Telepho , rege
 Mysiae , cui vulnus , et auxilium
 Pelias hasta tulit : 8. In aversa
 charta , ab exteriore parte : al. à
 tergo . 9. Trag. de Oreste , sce-
 nis agitato . ** Fabulae , et his-
 toriae mihi aequæ notæ sunt ,
 ac alteri cuiquam Poëtarum , si
 velim , quod illi faciunt , Princi-
 pibus adulari , aut famæ meæ
 recitando velificari : taxarique
 hic videtur Val. Flacc. Vide Jan.
 Parrhasi 2. epist. 10. Historia
 Romuli , et Remi : quos pegerit
 Rhea in luco Martis , vel luc.
 Mar. in Ponto , pro quoque
 luco , ad derisionem Poëtarum ,
 qui à luci descriptione colore
 artis petunt . Alii ferunt , locum
 fuisse Romæ in Appia , in quo
 recitabant Poëtae . Vide Bapt.
 Egnatii racemationum cap. 6.

Martis , et ¹¹ Aeoliis vicinum rupibus ¹² antrum
 Vulcani : quid agant venti , quas ¹³ torqueat umbras
¹⁴ Aeacus : ¹⁵ unde alias furtivae devehat aurum 10
 Pelliculae : quantas jaculetur ¹⁶ Monychus ornos,
¹⁷ Frontonis ¹⁸ platani , ¹⁹ convulsaque marmora ²⁰ cla-
 mant
 Semper , et assiduo ruptae lectore columnae.
 Expectes eadem à summo , minimoque Poëta.
 Et ²¹ nos ergo manum ferulæ subduximus , et nos 15
²² Consilium dedimus Syllae , privatus ut altum
 Dormiret. Stulta est clementia , cum tot ubique
 Vatibus occurras , ²³ periturae parcere chartae.
 Cur tamen hoc libeat potius decurrere ²⁴ campo , 19
 Per quem magnus equos ²⁵ Auruncae * flexit alumnus:
 Si vacat , et placidi rationem admittitis , edam.
 Cum tener uxorem ducat ²⁶ spado , ²⁷ Maevia ²⁸ Tus-
 cum
²⁹ Figat aprum , et nuda teneat venabula mamma :

¹¹ Septem insulis Liparaeis in
 mari Tyrrenho. ¹² Aetna. ¹³
 Examineret , vel judicet torquen-
 das animas. ¹⁴ Jovis filius ex
 Aegina , aliis ex Europa , unus è
 tribus apud inferos judicibus.
¹⁵ Ut è Colchide Jason furtum Me-
 deae dolo aureum vellus susti-
 lerit. ¹⁶ Centaurus : et ponitur
 pro fab. et pugna Centaurorum
 cum Lapithis. ¹⁷ Julii Fronto-
 nis , nobilis , et docti viri , in
 cuius aedibus recitabant Poëtae.
¹⁸ Porticus , quam adumbrant
 platani. ¹⁹ Frequentia auditio-
 rum , vel recitatoris clamore ,
 ruptae columnae marmoreae. Sic
 Sat. 7. v. 85. cum fregit subse-
 lia versu Statius. ²⁰ Resonant ,
 vel assidua recitatione jam edo-
 ctæ clamant , quid agant venti ,
 quas torqueat , &c. et est Pa-
 thos. ²¹ Ego itaque Grammati-
 corum ferulis , et Rhetorum de-
 clamationibus valedixi. ²² Fi-
 cto themate declamatorio suasi
 Syllae , ut deposita Dictatura , pri-

vatus *altum dormiret.* ²³ Cui
 si ego pepercero , alia tamen
 manu peribit : *vel* periturae cum
 aliorum Poëtarum chartis : *vel*
 etiamsi nihil ei inscribatur , pe-
 riturae. ²⁴ Hoc stadio , et stu-
 dio , hoc poëmatis genere , id
 est , Satyra. ²⁵ Lucilius ex Au-
 runca Rutulorum civitate natus ,
 Latinae Satyrae primus auctor ,
 unde et Turnus Satyrographus ,
 cuius meminere Martialis 1. 7.
 ep. 96. et l. 11. ep. 11. Sidonius
 carm. 9. et Probus Grammaticus.
* Stylum direxit. ²⁶ Spado di-
 citur , cui testes evulsi sunt , aut
 nervi , è quibus testes depen-
 dent : castratus , cui colis , et
 testes. Vide Sat. 6. v. 366. ²⁷
 Mulier , *Synecdochice*. Namque
 foeminas in arenam descendisse ,
 auctores sunt Suetonius Nero.
 c. 11. Xiphil. in Nerone , et Ti-
 to: Tacit. An. 15. Martial. ep. 6.
 l. spect. ²⁸ Ferociorem , utpo-
 te è Tuscia. ²⁹ In theatro.

Patricios omnes opibus cum ³⁰ provocet unus,
³¹ Quo tondente gravis juveni mihi barba ³² sonabat: ²⁵
 Cum ³³ pars ³⁴ Niliacae plebis, cum verna ³⁵ Canopi
³⁶ Crispinus, ³⁷ Tyrias humero ³⁸ revocante lacernas,
³⁹ Ventilet ⁴⁰ aestivum digitis sudantibus aurum,
 Nec sufferre queat majoris pondera ⁴¹ gemmae:
 Difficile est satyram non scribere: nam quis iniquae ³⁰
 Tam patiens urbis, tam ferreus, ut ⁴² teneat se?
 Causidici ⁴³ nova cum veniat lectica ⁴⁴ Mathonis
⁴⁵ Plena ipso, et post hunc magni ⁴⁶ delator amici,
 Et cito rapturus de nobilitate ⁴⁷ comesa,
 Quod superest: quem ⁴⁸ Massa timet, quém munere
 palpat ³⁵
⁴⁸ Carus, et à trepido ⁴⁹ Thymele ⁵⁰ sumissa Latino:
 Cum te ⁵¹ summoveant, qui testamenta mierentur

30 Adaequet, dixitiis cum ipsis
 certet. 31 Cinnamus, de quo
 Martial. lib. 7. Alii Licinium Au-
 gusti libertum, et tonsorem in-
 telligunt. 32 Sub forfice sonan-
 ti cadebat. 33 Servus è plebe.
 34 Aegyptiae, à Nilo Aegypti
 fluvio. 35 Civitatis in Aegypto,
 duodecim milliaribus ab Alexan-
 dria distantis, fano Serapidis ce-
 lebris, Strab. 17. I. omnium libi-
 dinum, atque impuritatum do-
 micilii. 36 E servo factus ma-
 gister equitum Nerous. 37 Pur-
 pureas, à Tyro. Sat. 10. v. 38.
 38 Rev. lac. quae vel mollitie,
 vel pondere defluxere, vel quae
 rejectae sunt in humeros: *Suam*
qui undantem chiamydem quas-
sand *sicut*. Plaut. Epidicus.
 39 Ad refrigerium, vel jactando
 ostenter. 40 Annulum tenuis
 bracteae, et levem. 41 Inclu-
 sare in annulo hiberno. 42 Tem-
 peret sibi, ne scribat. 43 Novi
 hominis, vel nuper ex quadru-
 pliatorio lucro coēupta, vel sim-
 pliciter *noya*, namque et hinc
 splendor: sic Martialis epigr. 57.

1. 2. *Sella recens.* 44 Ex advo-
 cato delatoris facti. 45 Ut qui
 crassus fuerit, *vel* delicatus, et
 superbus. 46 M. Regulum hic
 intelligi volunt, cum suis, et
 imperatoris amicis, tum ipsis
 quadruplatoribus formidabilem;
 verisimilis autem est dici He-
 liodorum Stoic. Phil. quo des-
 rente occisi sunt. 47 Per dela-
 tiones interempta. 48 Massa
 morio, et Carus nimis, Nero-
 nis liberti, delatores nequissi-
 mi. 49 Mima, uxor Latini mi-
 mi, cui inditum videtur nomen
 à *θυμέη*, quod est pulpitum,
 seu ara theatri, quod haec vel
 prima, vel optima fuerit saltar-
 trix. Sed negat Angel. Politianus
 7. lib. ep. Thymelum fuisse
 uxorem Latini. 50 Ut vel usu
 corporis, vel blanditiis propi-
 tium Latino redderet Heliodorum,
 seu Regulum: *vel* genera-
 liter uxor à marito missa depre-
 catrix ad delatorem: *cujusmodi*
 aliquid in Mimo repreäsentavit
 Latinus cum Thymele. 51 Hae-
 reditate.

52 Noctibus, 53 in cœlum quos evehit optima summi
Nunc via processus, vetulæ 54 vesica 55 beatæ:
6 Unciolam 57 Proculejus habet, sed 57 Gillo 58 deun-
cem: 40

Parteis quisque suas, 59 ad mensuram inguinis haeres:
Accipiat sane mercedem 60 sanguinis, et sic
Palleat, ut nudis pressit qui calcibus anguem,
Aut 61 Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.

Quid referam, quanta siccum jecur ardeat ira, 45
Cum populum gregibus comitum premat hic spoliator
Pupilli 62 prostantis? et 63 hic damnatus 64 inani
Judicio (quid enim salvis infamia nummis?) 65 quebo
Exul ab octava Marius bibt, et 66 fruitur diis
Iratis: at tu, victrix provincia, 67 ploras. 50
Haec ego non credam 68 Venusina digna 69 lucerna?
Haec 70 ego non agitem? Sed quid magis 71 Heracleas,
Aut 72 Diomedes, aut 73 mugitum Labyrinthi,
Aut mare percussum 74 puer, 75 fabrumque volan-
tem?

52 Nocturni concubitus ope-
ra. 53 Ad opes, et dignitatem.
54 Pars ea, qua mulier est. 55
Divitis. 56 Duodecimam haere-
ditatis partem, cum haereditas,
ut libra, divideretur in duode-
cim partes, seu uncias. 57 A-
dalter. 58 Undecim partes. 59
Ad penis utriusque proportio-
nen. 60 Coûta exhausti. 61 In-
stituit Caligula certamina facun-
diae Lugduni in Gallia, in qui-
bus oratores victos spongiae,
linguae scripta sua delere o-
portebat, nisi ferulæ objurgari,
aut flumini mergi maluissent;
hoc metuentes oratores dicturi
ad aram, quae Lugduni insi-
gnis erat, pallebant. Suet. Calig.
20. c. 62 Spoliati, et eo re-
dacti, ut prostet, victimum cor-
pore merituras. 63 Marius Pris-
eius, ab Afris, quos Proconsul
spoliarat, accusatus est: cui
700000. nummorum in aerarium in-

ferre damnato, Italia interdi-
ctum. Plin. ep. 11. lib. 2. 64 Pe-
cunias provinciae non restituente. 65 Qui Romæ ante nonam
non decubuit. 66 Volupratem
capit ex ira Deum, retinens
magnum spoliacionis partem, et
sibi in exilio laetus quam an-
tea indulgens. 67 Non restitu-
ta pecunia. Cornutus enim Ter-
tullus Consul designatus cen-
suit septingenta millia, quae ac-
cepérat Marius, aerario inferenda.
Plin. lib. 2. epist. 11. 68 Ho-
rati Venusini. 69 Satyra elucu-
brata. 70 Annon haec potius
insector, quam fabuler? 71 De
Herculis aerumnis fabulas. 72
Fabulas de Diomede ab uxore
non recepto, et sociis in aves
versis. 73 Fabulam de Theseo,
et Minotauro in labyrintho mu-
giente. 74 Icaro cadenti. 75
Daedalem.

Cum ⁷⁶ leno accipiat moechi bona , ⁷⁷ si capiendi ⁵⁵
 Jus nullum uxori , doctus ⁷⁸ spectare lacunar ,
 Doctus et ad calicem vigilanti stertere naso.
 Cum fas esse putat curam sperare cohortis,
⁷⁹ Qui bona donavit praesepibus , et caret omni
 Majorum sensu ; dum pervolat axe citato ⁶⁰
⁸⁰ Flaminiam : ⁸¹ puer Automedon nam lora tenebat ,
⁸² Ipse ⁸³ lacernatae cum se jactaret amicae.
 Nonne libet medio ⁸⁴ ceras implere capaces
 Quadrivio , cum jam ⁸⁵ sexta cervice feratur
 Hinc , atque inde patens , ac ⁸⁶ nuda paenè cathedra , ⁶⁵
 Et multum referens de Maecenate ⁸⁷ supino
⁸⁸ Signator , falso qui se lautum , atque beatum

⁷⁶ Maritus leno . Hispanice Rufian , ò Alcaluete de su muger .
⁷⁷ Probrosis foeminis lecticae usum , jusque capiendi legata , aut haereditates ademit Domitianus . Sueton . 8. c . 78 In obsequium adulteri sursum spectare , et velut ebrium simulare profundum somnum rhonchisono naso . ⁷⁹ Sophronius Tigellinus , qui per via praefecturam praetorii sub Nerone adeptus est . Tacit . in ann . vel Cornel . Fuscus , qui patrimonium equis aliendis dilapidarat , et puer aurigae officium Neroni praestiterat , postea à Domitiano cohortibus praetorianis praefectus . ⁸⁰ Viam à Caj . Flaminio stramat . ⁸¹ Fuscus , auriga Neronis , ut Automedon , Achillis . ⁸² Cum ipse Nero blanda gesticulatione se ingereret , et commendaret lacernatae amicae . Tacit . Suet . Diod . Zoraras , Suidas . Neque enim , quod nonnullis placere audio , Acten hic dici puto ; neque in sententiam Baissi , c . 16 . de re vest . ire lubet , ex hoc loco probatum euntis , foeminas lacernis usas . Erant enim lacernae Munitenta togae , ut noster habet , Sat . 9 . quibus usi spectaculis potissimum operam se-

dentariam praestabant , Martial . epig . 2 . 1 . 4 . et 137 . epig . 1 . 14 . Ubi autem Festus Pompejus lacernam dicit *capitio minorem* , dissentio ab iis , qui *breviorem* , quam *capitum est* , intelligunt , *cucullionemque* fuisse putant : atque arbitror fuisse penulam capitio carentem ; penulam vero , et lacernam confundi ab aucto-ribus video . ⁸³ Sporo , quem exsectis testibus cum dote , et flammeo , solenni nuptiarum oficio ad se deductum Nero pro uxore habuit . ⁸⁴ Tabellas ceratas , easque amplias satyrico carmine implere liber , occurrante passim , et palam per compita satyrarum materia . ⁸⁵ Hephaphoro , lectica , quam sex viri portabant . ⁸⁶ Aperta , neque plagis cincta , cui remota erant vela , ac pellis . Martial . 11 . lib . 99 . epig . ⁸⁷ Molli , et delicato : mollitie autem nomine male audiebat Maecenas . Senec . epist . 114 . ⁸⁸ Domitius Regulus testamentorum corruptor . Plin . epist . 20 . lib . 2 . vel Sophronius Tigellinus , qui trium patruorum veneno sublatorum subtractis tabulis , et falso signatis , haereditates invasit .

* Exquis tabulis , et ⁸⁹ gemma fecerat uda ?
 Occurrit matrona potens , quae molle Calenum
 Porrectura viro miscet sitiente ⁹⁰ rubetam , 70
 Instituitque rudes ⁹¹ melior Locusta propinquas
⁹² Per famam , et populum ⁹³ nigros efferre maritos ,
Aude aliquid ⁹⁴ brevibus Gyaris , & carcere dignum ,
Si vis esse ⁹⁵ aliquis. Probitas laudatur , & aget .
 Criminibus ⁹⁶ debent hortos , ⁹⁷ praetoria , ⁹⁸ men-
 sas , 75
 Argentum vetus , et ⁹⁹ stantem extra pocula caprum .
 Quem patitur ¹ dormire nurus ² corruptor avarae ?
 Quem ³ sponsae turpes , et ⁴ praetextatus adulter ?
Si natura negat , facit indignatio versum , 80
Qualemque potest : quales ego , vel Cluvienus .
⁵ Ex quo Deucalion , ⁷ nimbis tollentibus aequor ,
 Navigio ⁸ montem ascendit , ⁹ sortesque poposcit ,
 Paulatimque anima caluerunt mollia saxa ,
 Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas : 85

* Compendiosa , et brevi ope-
 ra falsas testamentorum tabulas
 condendi , vel , Exquis , id est ,
 paucis verbis testamentorum ta-
 bulis scriptis , quum falsarius se
 haeredem ex asse inscriperit .
⁸⁹ Annulo signatorio , qui gem-
 mnam ectypam , id est , effigiatam
 habet inclusam , saliva tacto ,
⁹⁰ Venenum rubetae . ⁹¹ Peri-
 tor venefica , quam illa Locusta
 nuper veneficii damnata , et diu
 inter instrumenta regni habita ,
 cuius arte usa Agrippina , bole-
 tum venenatum Claudio paraver-
 rat , ejusdemque ex Galliis vo-
 catae Nero usus opera Britanni-
 cum sustulit . ⁹² Populo scien-
 te , vidente , adeoque permit-
 tente . ⁹³ Quod indicium est ,
 veneno sublatos fuisse . ⁹⁴ Di-
 gnum exilio in breves , id est ,
 angustas insulas Cycladas , & qui-
 bus Gyarus maximè sterilis , et
⁹⁵ gravissimi exilii locus : sic Sat.
⁹⁶ ut Gyari clausus scopulis ,

parvaque Seriphos . ⁹⁷ In aliqua
 pretio . ⁹⁸ Accepta referunt :
 namque haec omnia per fraudes ,
 sceleris , atque crimina nacti
 sunt . ⁹⁹ Aedificia praetoribus
 digna , ceu villas lautorum ci-
 vium magnifice extuctas in sub-
 urbanis suis . ⁹⁸ Citreas . mar-
 moreas , eburneas . ⁹⁹ Signum
 capri , ceu Phryxi in caelatura
 prominens , et extuberans . ¹ A
 Satyra scribenda quiescere . ²
 Ipse sacer . ³ Pueri , qui viris
 nubunt , et foeminae . ⁴ Inge-
 nius puer etiam ante praetex-
 tam (ea erat toga alba , cuius
 ora , et circuitus purpura praet-
 texebatur) depositam , id est ,
 annum aetatis ¹⁶ . corruptus ad-
 dulteriis . ⁵ Ineptus Poëta . ⁶
 Omnes , inquit , affectus , omnia
 vitia à diluvio adusque nostra
 tempora , materia est hujus mei
 libelli Satyrici . ⁷ Imbris ma-
 re augentibus . ⁸ Parnassum .
⁹ Themidos oraculum .

Quicquid agunt homines , votum , timor , ira , volu-
ptas ,

Gaudia , discursus , nostri est farrago libelli.

En quando uberior vitiorum copia ? quando

Major avaritiae patuit ¹⁰ sinus ? alea quando

Hos ¹¹ animos ? neque enim ¹² loculis comitantibus itur

Ad ¹³ casum tabulae , posita sed luditur ¹⁴ arca. ⁹⁰

¹⁵ Praelia quanta illic dispensatore videbis

¹⁶ Armigero ? simplexne furor ¹⁷ sestertia centum

Perdere , et horrenti tunicam non ¹⁸ reddere servο?

Quis totidem erexit villas ? Quis fercula septem

¹⁹ Secreto coenavit ²⁰ avus ? Nunc ²¹ sportula primo ⁹⁵

Limine parva sedet , ²² turbae rapienda togatae.

²³ Ille tamen faciem prius inspicit , et trepidat , ne

Suppositus venias , ac falso nomine poscas.

Agnitus accipies : jubet , à paecone vocari

Ipsos ²⁴ Trojogenas : nam vexant limen et ipsi ¹⁰⁰

Nobiscum : ²⁵ da Praetori , ²⁶ da deinde Tribuno.

Sed libertinus ²⁷ prior est : prior , inquit , ego ad-

sum.

Cur timeam , dubitemve locum defendere ? quamvis

¹⁰ Receptaculum. Metaphora
à yelis sumpta. ¹¹ Ellipsis,
⁷⁸ habuit. ¹² Non parte , vel
modica pecunia. ¹³ Ad fortu-
nam aleae in tabulam , vel aba-
cum lusorium conjectae. ¹⁴ U-
niversa re familiari , cuius nau-
fragium faciunt πρὶ δύτω μηρῷ
ἔργαλε τῷ κύβῳ , ut facete Lu-
cianus ¹¹³. τοῖς πρὸς χρονον ;
non ad Maleam , sed Aleam συν-
τίθιντος αὐτοῖς τῷ επάφῳ. ¹⁵
Rixas. ¹⁶ Servo , qui domi-
no ludenti nummos , aleas , et
caetera bellii illius arma submi-
nistret , unde armigero. Metaph.
à bellantibus sumpta. ¹⁷ 750.
lib. monetae nostrae. ¹⁸ Do-
nare : al. restituere. ¹⁹ In sua
domo privatim , solus. Prisci
enim illi in propatulo , et atrisi

coenabant frugali , et plebejo
contenti cibo. Valer. M. Maxim.
cap. 5. 1. 2. Coenationes habue-
runt suas novi isti gumiae , in
quibus civium oculos fugerent.
²⁰ Quis è majoribus ? ²¹ Jam
vero clientes non ad coenam re-
ctam , ιερίας διπνυσ admittun-
tur , sed iis in domus introi-
tu apponitur sportula cibum ,
vel C. quadrantes continens. Ne-
rone rectam coenam ad sportu-
lam revocante. ²² Clientibus ,
et pauperibus , quorum toga est.
²³ Qui sportulam distribuit. ²⁴
Nobiles sordide sportulam pe-
tententes , quae pauperibus para-
batur. ²⁵ Inquit Praetor. ²⁶ In-
quit Tribunus. ²⁷ Loco , vel op-
ibus , et hoc salse Poëta sub per-
sona libertini.



Natus ad ²⁸ Euphratēm, molles quod in aure ²⁹ fenes-
træ

104

Arguerint, licet ipse negem? sed ³⁰ quinque tabernae
³¹ Quadringenta parant. Quid confert ³² purpura ³³ ma-
jus

Optandum? si Laurenti custodit in agro
Conductas ³⁴ Corvinus oveis? ego possideo plus
³⁵ Pallante, et ³⁶ Licinis. Expectent ergo Tribunū;
Vincant divitiae: ³⁷ sacro nec cedat honori,
Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat ³⁸ albis,
Quandoquidem inter nos sanctissima divitiarum
Majestas, etsi ³⁹, funesta pecunia, templo
Nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras,
Ut colitur Pax, atque Fides, Victoria, Virtus,
Quaeque salutato ⁴⁰ crepitat Concordia nido.
Sed cum ⁴¹ summus honor finito computet anno,

²⁸ Fl. Mesopotamiae, qui or-
tatur ex Niphate, monte Arme-
niae. ²⁹ Fissuræ, vel forami-
na in lobis (*) more patrio: in O-
riente quidem, etiam viris au-
rum gestare auribus depensum
decus existimatur. Plin. 11.1.37.
cap. 30 Quas in foro habeo.
31 Quad. sestertia censum e-
questrem conficiunt, 3125. libras.
32 Equestris nobilitas purpura,
et annulo designata. 33 Majus,
et optandum. 34 Nobilissima
ortus familiæ, pauper tamen. 35
Claudii liberto ditissimo, nec-
non quæstoriis, et praetoris
ornamentis insignito. 36 Lici-
nij Stolone Crasso, P. Licinio
cogn. divite, et Licinio Caesa-
ris liberto, et tonsore. 37 Prae-
torio, aut tribunitio. 38 Ser-
vi è transmarinis advecti vena-
les prostituebantur cretatis, gyp-
satisque pedibus, signato sigil-
lo domini, si privati essent:
Recip. si publica mancipia. Plin.
l. 35. c. 17. 39 Etsi nondum
exitiosam pecuniam pro Dea co-

limus templis, et aris, ut Pa-
cem, Fideim, etc. 40 Et con-
cordiam, cuius templi fastigio
positos nidos ciconiae rostro
crepitantes revisunt. Politian.
c. 67. Miscel. ducrus Aeliani tes-
timonio de mutuo cornicium amo-
re, cornicem existimat suisse
concordiae symbolum, non ci-
coniam. Ego vero omnino intel-
ligi ciconiam credo, immo re-
spexisse Juvenalem ad Ovidii v.
5. Metam. Ipsa sibi plaudat cre-
pitante ciconia nido. Porro cico-
nias in auspiciis concordiam pol-
liceri scribit Jan. Dus. ad Arbitr. l. 1. Flavius Conjectan. c. 53.
Aedem concordiae simpliciter in-
telligi vult, in qua Senarus ali-
quando haberet solitus, testibus
Varrone, et Lampridio, et quo
cum strepitu confluxere Patres.
41 Si (inquit Poëta) summi Ma-
gistratus, praetores, etc. com-
putent, quantum annul reditus
sportula referat, quid facient
pauperes, quibus sportula sola
victum, et necessaria suppeditat?

(*) Λοβίς Graece est ima auris pars.

Sportula quid referat , quantum rationibus addat:
Quid facient ⁴² comites , quibus hinc toga , calceus
hinc est ,

Et panis , * fumusque domi ? ⁴³ densissima centum
Quadrantes lectica petit , sequiturque maritum ¹²¹
Languida , vel praegnans , et circumducitur uxor.
Hic petit absenti , nota jam callidus arte ,
⁴⁴ Ostendens vacuam , et clausam pro conjugi sellam ,
⁴⁵ Galla mea est , inquit , ⁴⁶ citius dimitte , moraris?
⁴⁷ Profer , Galla , caput : ⁴⁸ noli vexare , quiescit . ¹²⁶
Ipse dies pulchro distinguitur ordine rerum.
⁴⁹ Sportula , ⁵⁰ deinde forum , jurisque peritus Apollo ,
Atque triumphales , inter quas ausus habere
⁵¹ Nescio quis ⁵² titulos Aegyptius , atque ⁵³ Arabar-
ches : ¹³⁰

Cujus ad effigiem ⁵⁴ non tantum mejere fas est.
Vestibulis abeunt veteres , ⁵⁵ lassique clientes :
Votaque deponunt , quanquam longissima coenae
Spes homini : caules ⁵⁶ miseris , atque ignis emendus.

⁴² Clientes , et asseclae . * Fus-
ca fumo domus , inquit Ramir .
ego ligna intelligo . ⁴³ Plurimi
Senatores leictici petunt
sportulam , circumducunt etiam
negrotas , et gravidas uxores ,
quarum nomine sportulam pe-
tant , interdum et absentes illas
simulant adesse in clausis le-
cticis . ⁴⁴ Distributori . ⁴⁵ Uxor
mea . ⁴⁶ Nec valet , dato , et
dimitte . ⁴⁷ Inquit distributor .
⁴⁸ Respondet maritus impostor ,
noli vexare , quiescit , dormit .
⁴⁹ Prima , et secunda hora clien-
tes salutant patronos , et spor-
tulam petunt . Vide Martial . ep .
8. lib . 4. ⁵⁰ Deinde deducunt
eos ad forum Augusti , in quo
jura reddebantur iuxta Apol-
linis eburneam statuam ; ubi vi-
suntur triumphales statuae . ⁵¹
Crispinus , uti volunt interpretes .
Cum vero neque constet de re-
gimine , nec statua Crispini , ma-
gis propendo in sententiam Al-

ciati , ut sit Tib . Alexander , qui
regebat Aegyptum ipse ejusdem
nationis , teste Tacito 1. hist .
cui adstipulatur Enseb . lib . 2 .
Hieronymus tamen Josephum à
Judaeis creatum ducem intelli-
vult , cui postea propter inge-
nium , virtutem , et vaticinium
de imperio Vespasianus statuam
dedit triumphalem . ⁵² Imagin-
em . ⁵³ Arabiae praefectus mol-
lis , et delibutus , vel , servorum
ex Arabia summus . Turneb . le-
git Alabarches , quem vide 21.
lib . 25. cap . et Brodaeus 4. lib .
Misc . c . 2. ex Justiniani edictis ,
et Josepho legit ἀλαβάρχην ,
male , credo , ut sit scripturae
magister , ab ἀλαβᾷ , quod , He-
sychio teste , est atramentum .
⁵⁴ Sed et alvum exonerare . ⁵⁵
Post longam coenae expectatio-
nem . ⁵⁶ Spc coenae rectae frus-
tratis .

- 57 Optima sylvarum interea , pelagique vorabit 135
 58 Rex horum , vacuisque toris tantum ipse jacebit.
 Nam de tot pulchris , et latis⁵⁹ orbibus , et tam
 Antiquis , ⁶⁰ una ⁶¹ comedunt patrimonia mensa.
 Nullus jam parasitus erit : sed quis feret istas 140
⁶² Luxuriae sordes? ⁶³ quanta est gula , quae sibi ⁶⁴ totos
 Ponit apros , animal ⁶⁵ propter convivia natum?
⁶⁶ Poena tamen praesens , cum tu ⁶⁷ deponis amictus
 Turgidus , et crudum pavonem in balnea portas.
⁶⁸ Hinc subitae mortes , atque intestata senectus.
⁶⁹ It nova , nec tristis per cunctas fabula coenas: 145
 Dicitur ⁷⁰ iratis plaudendum funus amicis.
 Nil erit ulterius , quod ⁷¹ nostris moribus addat
⁷² Posteritas: eadem cupient , facientque ⁷³ minores.
Omne in ⁷⁴ praecepiti vitium stetit : ⁷⁵ utere velis:
 Totos pande ⁷⁶ sinus. Dicas hic forsitan , unde 150
 Ingenium par materiae? unde illa ⁷⁷ priorum
 Scribendi quocunque ⁷⁸ animo flagrante liberet
⁷⁹ Simplicitas , ⁸⁰ cuius non audeo dicere nomen.
 Quid refert , dictis ignoscat ⁸¹ Mutius , an non?

57 Optimas feras , et delicatissimos pisces. 58 Dives patrones. 59 Mensis , vel patinis. 60 Ad quam dominus , et conjux soli accumbunt: vel sola , nemine ad coenam vocato. 61 Absumunt lautis epulis patria bona. 62 Luxuriose sibi , amicis sordide. 63 Istius divitis , et ejusmodi multorum. 64 In Romanorum apparatus conviviis integer apponi solebat aper. 65 Quod multis sufficeret. Solidum et aprum Romanorum primus in epulis apposuit P. Servilius Rutilus. Plin. 1.8. c. 51. 66 Nec tam impunè helluaris. 67 Balnea ingressurus portas pavonis carnem omnium difficillimae concoctionis. 68 Ex nimia replezione , et cruditate , dum in balnea descendis. 69 Divulgatur rumor de tua morte per omnia

convivia. 70 Quibus intestatus , nihil reliqueris. 71 Nil sceleris , aut vitii restat , quod... 72 Perditis , ac pessimis. 73 Posteri nec pejora excogitare poterunt. 74 Stat in summo , ut ulterius adscendi non possit. 75 Poëta se ad scribendum incitat. *Immiti rudentes , pande vela , ac , si quando alias , toto ingenio velhere.* Plin. ep. 4. lib. 8. 76 Velorum. Met. 77 Graecorum Comicorum , et Lucilii. 78 Ira , et odio adversus vitia , et virtuosos. 79 Libertas , quae simpliciter , sine velamento , aut ambage loquitur quod sentit. 80 Adeo per delatores à Domitiano oppugnata est , et oppressa. 81 Mutius Albutius , quem insectatus est Lucilius. Pers. Sat. 1. Te Lupe , te Muti.

- 82 Pone Tigellinum ; 83 taeda lucebis in illa,
 Qua stantes ardent , qui 84 fixo gutture fumant ,
 85 Et latum media sulcum diducit arena.
 86 Qui dedit ergo tribus patruis 87 aconita , vehatur
 88 Pensilibus plumis , atque illinc despiciat nos ?
 89 Cum veniet contra , digito compesce labellum : 160
 Accusator erit , qui verbum dixerit , hic est.
 90 Securus licet Aeneam , Rutulumque ferocem
 91 Committas : 92 nulli gravis est percussus Achilles ,
 Aut multum 93 quaeitus 94 Hylas , urnamque secutus .
 Ense velut stricto , quoties Lucilius ardens 165

82 Licuit quidem , respondit monitor , Lucilio libere invehi in sciera , et flagitosos , nondum inhibita à tyrannis libertate ; sed , si tu notaris Tigell. vel alium quemlibet Imperatori gratum . De Tigellino supra , ad vers . 88. 83 Indutus tunica mo-
 festa ex sparto , pice , et bitu-
 mine illito , ardebis . Vid . Sat . 8.
 v . 235. Brodagea Miscell . 2. I.
 9. c. et Sigonium de Judiciis ,
 3. I. 18. c. 84 Fixo gutture , ne se curvarent . Sic Plin . in Panegyrico . Contigit desuper intueri de-
 latorum supina ora , retortaque cervi-
 ces ; et Sueton . de Vitellio , c. 19.
 Reducto coma capite , ceu nosxi solent ,
 atque etiam mento mucrone gladii sub-
 jecto , ut visendam praebetur faciem ,
 neve submitteret ; vel unco impa-
 cto . Senec . 3. de ira : Circumdati
 defixis corporibus ignes , ubi alii le-
 gunt , defossis corp . et ita sulcus
 est ipsa fossa . Lippius ibi . 85 Lipp-
 ius in loc . cit . legit ex veteri
 cod . Et latius median sulcus diducit
 arenam : ut sulcus sit fossa in me-
 dia arena , qua defossi , et ad
 palum defixi cremabantur vivi ,
 sicut proxime adnotatum est . Verum
 ad necis adactae , vel spontaneae
 necessitatem redactis scrobes ,
 vel ab aliis , vel ab ipsis praeparari
 solitae , forte ad evitan-
 dum casum $\alpha\sigma\chi\mu\nu\alpha$ in ipsa mor-
 te . Eju smodi scrobem Niger Tri-

bunus Flavio Vejano affodi in
 proximo agro jussit . Tacit . 15.
 Annal . Carnifices Alexandri du-
 xerunt latrones $\tau\alpha\tau\alpha\tau\alpha\tau\alpha$ $\delta\mu\gamma\mu\alpha$.
 Philostrat . in Vita Apollonii 1.5.
 c. 8. Labeo apud Appianum 4.
 1. Bel. Civil . $\beta\delta\theta\mu\alpha\tau\alpha\tau\alpha$ $\delta\mu\gamma\mu\alpha$, etc .
 Sic Nero sibi scrobem coram fie-
 ri dimensus ad corporis sui mo-
 dulum imperavit . Sueton . c. 49.
 Ner . 86 Ergo , inquit Poeta . Ti-
 gellinus , qui , etc . vide supr . 67.
 vers . 87 Lethalem herbae ve-
 nenosae succum . 88 In lectica
 alte erectus , suffultus pulvinis
 pluma delicatissima farctis . 89
 Ubi vero Tigellinus , vel ejus-
 modi quispiam , dicit monitor , ob-
 viam tibi fiet . 90 Tutius epico
 carmine historias scribes , et
 praelia , ut Virgilius certamina
 Aeneae , et Turni Rutulorum
 ducas . 91 Allusum ad $\tau\alpha\tau\alpha\tau\alpha\tau\alpha$,
 vel $\alpha\gamma\omega\alpha\alpha$, ut committe-
 bantur paria in $\mu\alpha\mu\alpha\mu\alpha\mu\alpha$, aut
 arena , veluti committebantur
 artes expendenda in odeo , thea-
 tro , locove alio publico : sub
 praemio indice , spectaculo judi-
 ce , voluptrate sententia . 92 Ne-
 minem offendit historia de A-
 chille percusso . 93 Ab Hercu-
 le . 94 Qui aquatum profectus ,
 dum se inclinaret , una cum urna
 decidit in flum . Ascanium .

⁹⁵ Infremuit, ⁹⁶ rubet auditor, cui ⁹⁷ frigida mens est
Criminibus, tacita sudant praecordia culpa.
Inde irae, et lacrymae: ⁹⁸ tecum prius ergo voluta
Haec animo ante tubas: ⁹⁹ galeatum sero duelli
Poenitet; * experiar, quid concedatur in illos, 170
Quorum ** Flaminia tegitur cinis, atque Latina.

⁹⁵ Infrem. indignabundo ore.
⁹⁶ Pudore, et ira, quae vindictam cogitat.
⁹⁷ Meru, et conscientia scelerum.
⁹⁸ Priusquam classicum canas, et Satyricum
distringas stylum.
⁹⁹ Pugnae commissae sera poenitentia. *

Quoniam itaque, inquit Poeta,

periculosa est plenum opus a-
leac, legibusque cautum, ne-
quis vivos carmine proscindat,
experiar quid licet in mortuos.
** In viis Flam. et Lat. nobilium
urnae, et reliquiae condebanduntur,
super extractis sepulchris.

SATYRA II.

Reprehendit hypocrisin in Philosophis, Judicibus, Sacerdotibus,
Ducibus, Nobilibus: qui omnes impie de inferorum suppliciis
sentientes, victores ipsi à victis gentibus corrumpuntur, nec
non alios corrumpunt.

* **U**ltra² Sauromatas fugere hinc libet, et³ gla-
cialem
⁴ Oceanum, quoties aliquid de moribus⁵ audent,
Qui⁶ Curios simulant, et⁷ Bacchanalia vivunt,
⁸ Indocti primum; quanquam plena omnia⁹ gypso
¹⁰ Chrysippi invenias: nam¹¹ perfectissimus horum est,
Si quis¹² Aristotalem similem, vel¹³ Pittacon emit,

¹ Ad barbaras, et remotissimas usque gentes rapidâ fugâ me conferre malim, quam hic Romae degere, ubi fici Philosophi verbis quidem prae se ferunt continentiam, vita vero, et moribus flagitosissimi sunt, et impurissimi.
² Europa, atque Asiae versus Boream incolas, Russos, et Tartaros.
³ Septentrionalem.
⁴ Marc ab ὄντες, celer, et νιοθαι fluere.
⁵ Supple dis-

serere, aut praecipere.
⁶ Continentiam M. Curi viri frugalis, et optimi.
⁷ Tanquam celebrantes Bacchanalia, omnium scelerum seminarium. Liv. 4. 9. ⁸ Apprime indocti.
⁹ Statua gypsacea.
¹⁰ Stoici, et in Dialecticis acutissimi, et acerrimi.
¹¹ Ironice, vel Stoicorum perfectissimus haberi vult.
¹² Imaginem Aristotelis, vel Pittaci sapientis.

Et

* Et jubet ¹³ archetypos ¹⁴ pluteum servare ¹⁵ Clean-

thas,

Fronti nulla fides: quis enim non ¹⁶ vicus abundat
¹⁷ Tristibus obscoenis? castigas turpia, cum sis
 Inter Socraticos ¹⁸ notissima fossa ¹⁹ cinaedos. 10
 Hispida membra quidem, et durae per brachia setae
 Promittunt ²⁰ atrocem animum: sed podice ²¹ levi
 Caeduntur tumidae, ²² medico ridente, ²³ mariscae.
 Rarus sermo illis, et magna ²⁴ libido tacendi,
 Atque ²⁵ supercilie brevior coma: ²⁶ verius ergo, 15
 Et magis ingenue ²⁷ Peribonius: hunc ego ²⁸ fatis
 Imputo, qui vultu ²⁹ morbum, incessuque fatetur.
 Horum simplicitas miserabilis, his furor ipse
 Dat veniam: sed ³⁰ pejores, qui talia ³¹ verbis
 Herculis invadunt, et de virtute locuti 20

* Ordo est, jub. plut. ser. ar-
 ch. Cle. 13 Prinogenitos, et
 originales typos ad vivam ima-
 ginem formatos. 14 Armarium,
 museum. 15 Imagines Cleanthes
 Philos. diligentissimi, et aliorum
 Philosoph. Est ac. Graec. 16 In
 urbe. 17 Hypocritis, fronte se-
 veris, vita turpibus. 18 Pathi-
 ca sentina. *Synecdoche*, notissimus
 pathicus. 19 Cinaedos, et Drau-
 cos, qui tamen Socratis sancti-
 moniam, et disciplinam prae se-
 ferunt, et ipse Socrates male
 audiebat nomine masc. amoris.
 Lucian. *βιών πράσις*, et *ανδρός*
ἰπέρπτες τέλος β. et *τινίσις*. Fir-
 micus l. 7. c. 14. Sunt tamen
 qui legi volunt *Sotadicos*, à So-
 tade, Poëta Maronites, qui pri-
 mus scripsit cynaedica, de quo
 Suidas, et Strabo. 20 Gravem,
 et severum. 21 *Ἄσιν, ὀφωπα-*
μηζουίνον. Vide Persii Satyr. 4.
 v. 40. 22 Ut qui sciat ulcera
 haec ex turpitudine conflata es-
 se, et jussa incidi, ut ad ean-
 dem redeas. 23 Ulcera podicis
 ex attritu nata, ut hic in pathi-
 cis: alias iis, qui nudo equo in-

sident: ut Mart. epigr. 86. l. 14.
 quae à similitudine, quam ha-
 bent cum fieri, quam mariscam
 appellant, dicuntur, ut Graec
σόκωσις. 24 Voluntas, et spe-
 ciosum silentii studium. 25 Cri-
 ne Stoicus. Stoici autem ad cu-
 tum tondebantur, ut coma bre-
 vior esset supercilie. 26 Tole-
 rabilius, simpliciusque facit Pe-
 ribonius. 27 Insignis ille cinea-
 dus, turpitudinem palam pro-
 fessus. 28 Hujus vitia non ma-
 litiae suae, sed fatis impuro,
 vel crasi, seu potius *ἀναράσια*,
 immo *ἀναράσια*, ut Pers. 3. de
 Nat. Sed stupet hic vita. 29 Mor-
 bum animi, id est, vitia, et le-
 vitatem, vel etiam corporis mor-
 bos, scil. mariscas, ut supr. v.
 13. 30 Sed illi longe pejores,
 qui talia (id est, ex imperu pec-
 cantium) vitia increpant. 31
 Gravibus, severis, quae Hercu-
 lem Prodiel illum in bivio (ut
 est apud Zenophont. *ἐπορύνη.*
 β.) deceant, vel grandibus, et
 magnificis, qualia usurparet for-
 tis ille Hercules.

Clunem agitant. Ego te ceventem, ³² Sexte; verebor?
 Infamis Varillus ait, quo deterior te?
Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus.
 Quis tulerit ³³ Gracchos de seditione querentes?
³⁴ Quis coelum terris non misceat, et mare coelo, ³⁵
 Si fur displiceat ³⁶ Verri, homicida ³⁶ Miloni,
³⁷ Clodius accuset moechos, ³⁸ Catilina Cethegum,
 In ³⁹ tabulam Sullae si dicant ⁴⁰ discipuli tres?
⁴¹ Qualis erat ⁴² tragico nuper ⁴³ pollutus adulter
 Concubitu: qui tunc ⁴⁴ leges revocabat amaras ³⁰
 Omnibus, atque ⁴⁵ ipsis Veneri, Martique timendas:
 Cum tot abortivis foecundam Julia vulvam
 Solveret, et patruo similes effunderet ⁴⁶ offas.
 Nonne igitur jure, ac merito ⁴⁷ vitia ultima ⁴⁸ fictos
 Contemnunt Scauros, et ⁴⁹ castigata remordent? ³⁵
 Non tulit ex ⁵⁰ illis ⁵¹ torvum ⁵² Laronia quandam
 Clamantem toties: Ubi nune ⁵³ lex Julia? dormis?

³² Stoice pathice: egone te
 ceventem, id est, clunes agi-
 tantem verebor? inquit Varil.
 vir notissimae infamiae. ³³ Tib.
 et Cajum, qui tribuni, dum re-
 ducere leges agrarias conarentur,
 ipsi oppressi sunt, caesique.
³⁴ Quis non omnia confundat,
 et exclamat: O coelum, o terra,
 o maria Neptunia! ³⁵ Qui fur-
 tis, et rapinis Siciliam spoliavit,
 notissimus ex Ciceronis in eum
 actionibus. ³⁶ Qui interfecit P.
 Clodium, notus item ex Cicer.
³⁷ Nobilis adulterio Caesaris uxoris,
 germanaeque sororis in-
 cestu. ³⁸ Conjuratores in Rem-
 publ. ³⁹ Proscriptionis tabulam.
⁴⁰ Caesar, Pompejus, Crassus,
rectius Augustus, Lepidus, et An-
 tonius, qui idem fecere, quod
 Sylla. ⁴¹ Aliorum rigidus cen-
 sor. *Nostine illos* (inquit Plin. ep.
 22. l. 8.) qui omnium libituum ser-
 vi, iic alitorum vitis irascuntur, quasi
 invidant, et gravissime puniant quos
 maxime imitantur? ⁴² Tragici
 argumenti, tragoediis digno.

⁴³ Claudius Imperator Agrippi-
 nam fil. fratris Germanici duxit,
 quae saepius abortum fecit, ne
 cohaeredem Neroni pareret: cum
 vero Julianam nominet, idque nu-
 per factum dicat, intellige de
 Domitiano, qui Julianum Titi Ves-
 pasiani filiam alteri nuptam cor-
 rupit, eique coactae conceptum
 a se abigere mortis causa exti-
 tit. Suet. Domitian. c. 22. ⁴⁴
 Julian contra adulteros, et alter-
 ami, qua interdictum mares
 castrari. ⁴⁵ Diis adulteris. ⁴⁶
 Foetus immatuos, embryones,
 deformes instar Domitiani. ⁴⁷
 Intemperantes, extreme vitiosi.
⁴⁸ Hypocritas, cuiusmodi erat
 M. Aem. Scaurus, qui fuit (tes-
 te Sallustio) nobilis, impiger,
 etc. sed et callide sua vitia oc-
 cultans. *Synec.* ⁴⁹ Et ipsi ob-
 jurgati remordent, id est, vi-
 ciessim objurgant. ⁵⁰ Hypocri-
 tis. ⁵¹ Severum. ⁵² Mulier
 dives, eademque procax. ⁵³
 Vers. 30. *leges amaras.*

Ad quem ⁵⁴ subridens : ⁵⁵ Felicia tempora , quae te
Moribus opponunt : ⁵⁶ habeat jam Roma pudorem:
⁵⁷ Tertius è coelo cecidit Cato : sed tamen unde ⁴⁰
Haec emis , hirsuto spirant ⁵⁸ opobalsama collo
Quae tibi ? ne pudeat dominum monstrare tabernae.
Quod si ⁵⁹ vexantur leges , ac jura: citari
Ante omnes debet ⁶⁰ Scantinia : respice primum
Et scrutare viros : faciunt hi plura : ⁶¹ sed illos ⁴⁵
Defendit numerus, junctaeque umbone phalanges,
Magna inter molles concordia: non erit ullum
Exemplum in nostro tam detestabile sexu.
⁶² Taedia non lambit Cluviam , nec Flora Catullam.
⁶³ Hispo subit juvenes , et morbo pallet ⁶⁴ utroque. ⁵⁰
Nunquid nos agimus causas , civilia jura
Novimus , aut ullo strepitu fora vestra movemus?
Luctantur ⁶⁵ paucae , comedunt ⁶⁶ coliphia paucae :
Vos lanam trahitis , calathisque peracta refertis
Vellera: vos tenui ⁶⁷ praegnantem stamine fusum ⁵⁵
⁶⁸ Penelope melius , levius torquetis ⁶⁹ Arachne:
Horrida quale facit residens in ⁷⁰ codice ⁷¹ pellex.

⁵⁴ Ait Laronia subridens. ⁵⁵ Ironicè. ⁵⁶ Vereantur Romani peccare te praesente , ut quondam Catone in Floralibus. ⁵⁷ Tertius morum gravis castigator, adjectus Censorio , et Uticensi. ⁵⁸ Plinio oleum Balsaminum ab èndis, id est, succus , et βάλσαμον, à ιων ιερών, id est , princeps olei. ⁵⁹ Excitantur ne dormiant , ut vers. 37. ⁶⁰ In paedicōnes iata , dieta à C. Scantinio , qui Marcelli filium de stupro appellavit. Valer. Maxim. lib. 6. c. i. quamvis autem leges plerumque habent nomen ab eis, qui tulerunt, non raro item à damnatis, ut Laja à Lajo , qui primus omnium intulit stuprum Chrysip o Pelopis filio. ⁶¹ Verum illi se forsan satis tutos credunt, quod plures sunt, numero scilicet pugnantes , et se in-

vicem tutantur facta quasi testudine *οὐρανοῖς οὔροις*. ⁶² Ipsae meretrices non fallunt. ⁶³ Cinaedus quispiam. ⁶⁴ Agendo, et patiendo. ⁶⁵ Naevia enī in prima Sat. figit aprum , et in sexta sunt quae in theatris luctantur. ⁶⁶ Luctatorum cibos , cū panes. Vide quae ad Martialis epist. 66. lib. 7. notavimus. ⁶⁷ Gravidum , intumescentem filo. ⁶⁸ Ulyssis uxore, quae procos tela , quam nocte retexebat, decepit. ⁶⁹ Puella Lydia, à Pallade, quam in certamen textoriae artis provocat, victa, et in araneam versa. ⁷⁰ Ligneo stipe , quem alligatum servi , qui deliquerant, trahebant , cuique insidebant.

⁷¹ In adulterio cum domino deprehensa, et perpetuo lanificio damnata.

Notum est , cur ⁷² solo ⁷³ tabulas impleverit ⁷⁴ Hister
 Liberto , dederit vivus cur multa ⁷⁵ puellae.
 Dives erit , magno quae dormit ⁷⁶ tertia lecto. 60
 Tu nube , atque tace : ⁷⁷ donant arcana cylindros.
 De ⁷⁸ nobis post haec tristis sententia fertur :
Dat veniam ⁷⁹ corvis , vexat censura ⁸⁰ columbas.
⁸¹ Fugerunt trepidi vera , ac manifesta canentem
 Stoicidae : quid enim falsi Laronia ? sed quid 65
 Non facient alii , cum tu ⁸² multitia sumas.
⁸³ Crétice , et , hanc vestem populo mirante , perores
 In ⁸⁴ Proculas , et Pollineas ? est moecha Fabulla ,
 Damnetur , si vis , etiam Carfinia : ⁸⁵ talem
 Non sumet damnata togam , sed ⁸⁶ Julius ardet , 70
 Aestuo : ⁸⁷ nudus agas : minus est insania turpis.
⁸⁸ En habitum , quo te leges , ac jura ferentem
⁸⁹ Vulneribus crudis populus modo victor , et illud
⁹⁰ Montanum positis audiret vulgus aratri.

⁷² Ex asse haerede consti-
 tuto. ⁷³ Testamenti tab. ⁷⁴
 Hist. Pacuvius , dives infamis ,
 de quo Satyr. 12. vers. 128.
⁷⁵ Uxori , ut taceret liberti eum
 marito scelus. ⁷⁶ Cum marito ,
 et Drauco. ⁷⁷ Mariti molles
 uxoribus , ut taceant , dant la-
 pillos pretiosos ad ornatum , et
 oblongos in modum Cylindri ,
 in aures , uniones ovalem for-
 mam habentes. Plin. de Berilli
 l. 37. c. 5. Solin. Polyhistor. c. 65.
⁷⁸ Miseris mulierculis. ⁷⁹ Cas-
 tigatio morum ignoscit virorum
 malorum nequitiae , vexat mu-
 lierum simplicitatem. Alii poly-
 posi magis , quam nasuti per cor-
 vos intelligi *et* volunt. ⁸⁰ Sim-
 plices , et infirmas mulieres.
⁸¹ Fugerunt , inquit Poëta , ficti
 illi , nec sibi constantes , atque
 seclerum consili Philosophi La-
 roniæ. ⁸² Vests (*si moda us-*
vocandæ sunt , inquit Senec. 7.
 de Benef. in quibus nihil est , quo

defendi corpus , aut denique pudor por-
sit , etc.) series , vel bombycinæ
mollí intextas substamine , et in
tantum tenues , ut per eas singula
membra perspici possint. Ut deni-
det foeminas vesti. Plin. 11. 22.
Hispan. Gasa. 83 O Iudex , aliu-
nitusque vel ad Criticum , vel ad
Cretam insul. in qua fuerunt ju-
dices severissimi , Jovis filii.
⁸⁴ Meretrices , et moechas. ⁸⁵
 Foeminitis quippe adulterii con-
 victis , non , nisi virili toga induitis ,
 in publicum prodire licebat. ⁸⁶
 Sed *inques* : Sol in mense Julio
 ardet. ⁸⁷ Nudus itaque eas :
 praestat enim te insanum , quam
 molle haberi. ⁸⁸ Ironice. E-
 gregius sane iudex , quem au-
 diant illi prisci Romani militiae ,
 et agriculturæ intenti sub infan-
 tia , et juventute imperii Rom.
⁸⁹ E recenti praelio redeentes
 antiqui illi , et bellicosi Roma-
 ni. ⁹⁰ Rustici illi rudes , et ab
 omni mollitie alieni.

* Quid non proclames, in corpore judicis ista
Si videas? quaero, an deceant multitia? testem?
Acer, et indomitus, libertatisque magister
Cretice, ⁹¹ pelluces: ⁹² dedit hanc contagia labem,
Et dabit in plures: sicut grec totus in annis
Unius scabie cadit, et * porrigine portat. ⁹³

80

⁹⁴ Uvaque conspecta livorem dicit ab uva.

Foedius hoc aliquid quandoque audebis amicū.

Nemo repente fuit turpissimus: accipient te

Paulatim, ⁹⁵ qui longa domi redinacula sumunt

Frontibus, et toto posuere monilia collo, ⁹⁶

Atque ⁹⁷ Bonam tenerae placant abdomine ⁹⁸ porcae,

Et magno craterē Deam; sed ⁹⁹ more sinistro

Exagitata procul non intrat foemina limen.

Solis ara Deae maribus patet. Ite profanae,

Clamatur: nullo gemit hic tibicina cornu.

85

* Talia * secreta coluerunt * Orgia, taeda

90

91 Quid convitiorum non pro-
clametis, o antiqui Romani
milia, et agricultura horri-
di, in mollem hunc judicem?
92 Multo minus judicem.
93 Membra per vestem tenuem ap-
parent. 94 Tu mollium com-
mercio corruptus mox, et aliis
africabis hanc mollitic labem,
non secus ac, etc. * Alii le-
gunt prarigine. 95 Ex opinione
vulgi, inquit Turneb. 5. 17. cen-
sentis unam uvam sub vine-
miam ab altera conspecta colo-
rari, vel corrumpi. 96 Innuit
effoeminatos sacerdotes, quos
in Albano Domitianus consti-
tuerat, qui celebrarent quotannis
Quinquatria Minervae, cui col-
legium ibidem consecrarat. Suet.
Domit. 8. c. atque horum sacra
dicit magis Orgia, et Cotytria
referre, quam Gynaecaea. 97 Mi-
nervam Domitiano superstitione
cultam, cuius sacra celebrarent
Albani isti Flaviales sacerdotes
eadem religione, qua matronae
Rioni colebant Bonam Deam,
Majam, Terram, Proserpinam,

Opem, etc. Vide Macrob. 11.
Saturn. 12. 98 Quae propria est
Terraे hostia, quod ea segetes,
quas Ceres Proserpinæ ostendat, primum est depasta. Ma-
crob. ibid. 99 Contrario ritu,
amotis scilic. foeminis, ut in
τοῖς γυναικείοις excluduntur ma-
res; ita ut vera sit illa Etymo-
logia Apollonii interpretis. * Or-
gia dicta ἀπὸ τῶν ἐργῶν, quod
profani arceantur à sacris, ut
cumque alii deducunt ἀπὸ τῆς
ἐργῆς, furore Bacchico, alii
ἀπὸ τῶν ὁρῶν, montibus, in
quibus celebrantur, etc. * Ne-
que minore cum turpitudine,
scelere, et impudicitia, cele-
brantur haec Minervae Quinqua-
tria, quam nocturna illa sacra
Cotytria à Thracibus recepta col-
lucunt Athenis sacerdotes Deae
Cotytus, Baptae dicti, ut Ro-
mae quondam apud nos Baccha-
nalia omnium flagitorum semi-
nariua. 1 Nocturna, vel mys-
tica face.

- 2 Cecropiam soliti³ Baptae + lassare⁵ Cotytto.
 6 Ille supercilium madida fuligine * tactum
 7 Obliqua producit acu , pingitque trementes
 Attollens⁸ oculos :⁹ vitreo bibt ille Priapo. 95
 10 Reticulumque comis auratum ingentibus implet,
 Coerulea indutus¹¹ scutulata , aut¹² galbana rasa,
 13 Et per Junonem domini jurante ministro:
 14 Ille tenet speculum pathici gestamen Othonis ,
 Actoris Arunci spolium , quo se¹⁵ ille videbat 100
 Armatum , cum jam tolli vexilla juberet.
 16 Res memoranda novis annalibus , atque recenti
 Historia , speculum¹⁷ civilis sarcina belli.
 18 Nimirum summi ducis est occidere Galbam,
 Et curare cutem summi constantia civis: 105

2 Atheniensem , à primo Athene-
 narum Rege. 3 Sacerdotes mol-
 lices , et effeminati deae Coty-
 rus , in quorum lasciviam scri-
 psit Eupolis comoediā Baptas.
 4 Ad lassitudinem saltare , vel
 fictam deae personam delassare.
 5 E psaltria , seu saltatrice deam
 impudentiac. Politiani Miscel.
 cap. 10. 6 Alius supercilia de-
 nigrat. Tanta est decoris affe-
 ctatio , ut ringantur oculi quoque ,
 inquit Plin. lib. II. c. 37. Ocu-
 los ejusmodi Hieronymus vocat ,
 orbes stibio fuliginatos . * Alii
 tinctum. 7 Calamistro , acu crinali
 Apulejo. 8 Genas , vel pilos oculi-
 lorū , vel ipsa supercilia. 9
 Non secus ac libidine efferata
 mulier , quae ex pene è vitro
 facto bibt. 10 Hisp. la redecilla ,
 ó cofia. 11 Vestimenta plurimas
 scutularum formis habentia , qua-
 les cernuntur in aranearum telis.
 12 Subalba , à flore galbani fe-
 rulae in Syria , cuius succus no-
 tutus ; vel galbinea , id est , cae-
 rulea vestimenta rasa , quae pi-
 lis , et vilis carent. 13 Ipso ser-
 vo in tantum molli , ut juret
 (more domini sui) per Junonem ,

quod mulieres faciunt : ut viri
 per genium suum , Jovem , Her-
 culem , etc. sic Quartilla apud
 Petronium , Junonem meam ira-
 tam habeam , si etc. 14 Alius
 habet speculum , quod gestarat
 Otho Imperator , instar hastae ,
 vel quo munere Othonis gloria-
 tur iste aequē insolenter , ac Tur-
 nus hasta Actoris Arunci apud
 Virgil. 12. Aeneid. 15 Otho.
 16 Ironicē. 17 Inter Othonem ,
 et Vitellium. Nec deerant (in-
 quid Tacitus de hoc ipso bello)
 qui ambitione stolida luxuriosos
 apparatus conviviorum , et irri-
 tamenta libidinum , ut instru-
 menta belli , mercarentur. 18
 Parum convenientia inter se haec
 Othonis , qui , veluti fortis , ac
 sumimus civis , curavit Galbam
 interficiendum , simul cum Vi-
 tellio de palatio , et Imperio Ro-
 mano dimicavit : idemque mol-
 lis se quotidie rasiit , et pane
 lacte asinino madido faciem per-
 polivit. Sueton. Othon. 12. cap.
 Sed non erat Othonis mollis , et
 corpori siuiliis animus , inquit
 Tacitus , 1. hist.

19 Bedriaci in campo spolium affectare Palati,
 Et pressum in faciem digitis extendere panem.
 20 Quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbe,
 21 Moesta nec Actiaca fecit Cleopatra carina.
 22 Hic nullus verbis pudor , aut reverentia mensae: 230
 Hic ²³ turpis Cybeles , et ²⁴ fracta voce loquendi
 Libertas , et crine senex ²⁵ phanaticus albo
 Sacrorum antistes , rarum , ac memorabile magni
 26 Gutturis exemplum , ²⁷ conducendusque magister.
 Quid tamen expectant : ²⁸ Phrygio quos tempus erat
 jam 115
 More ²⁹ supervacuam ³⁰ cultris abscindere ³¹ carnem?
 Quadringenta dedit ³² Gracchus sestertia ³³ dotem
 Cornicini , ³⁴ sive hic recto cantaverat aere.
 Signatae ³⁵ tabulae: ³⁶ dictum *felicititer*: ingens
 Coena ³⁷ sedet: gremio jacuit ³⁸ nova nupta ³⁹ mariti.
 O proceres , ⁴⁰ censore opus est , an ⁴¹ haruspice no-
 bis? 120
 Scilicet horreres , majoraque monstra putares ,
 Si mulier vitulum , vel si bos ederet agnum?

19 Oppidi inter Veronam , et
 Cremonam , ubi Othoniani à Vitellianis victi. Ipse Otho , qui
 malis consilii auctoribus obau-
 diens Brixellum concesserat , ac-
 cepto cladis nuncio , civilis belli
 odio se interemit. 20 Cujusmo-
 di molitum in speculo , et fu-
 cis sibi , quandiu bella exerce-
 bant , negarunt luxuriosissimae
 illae reginae Babyloniae , et Ae-
 gypti. 21 Victa navali praelio
 ad Actium. 22 Inter hos mol-
 les sacerdotes Flaviales in colle-
 gio Albano , supra ad vers. 86.
 23 Turpis libertas sermonis ,
 qualis est inter Gallos deae Phry-
 giae sacerdotes , semiviros in-
 honestos , et obscenos. 24 Las-
 civa , et dissoluta. 25 Numine
 afflatus , furiis correptus. 26 Gu-
 lac , vel etiam vocis. 27 Gula ,
 et vitiis dignus , qui huic turpi

collegio praeesset. Dignum pa-
 tella operculum. 28 More sa-
 cerdotum Phrygiae deae. 29
 Quae iis muliebria patientibus
 nulli est usui. 30 Lapideis , vel
 testa Samia ad imitationem Atis
 pueri Cybelle dilecti. 31 Pe-
 nem , virilia. 32 Nobilis. 33
 Dotis nomine. 34 Aut certe tu-
 bicini. 35 Nupliales , et dota-
 les. 36 Acclamatum est: *Feli-
 cititer cedant nuplia*. E formula
 gratulationis , bonique omnis.
 Senec. epist. 67. 37 Posita est:
 ut in prima Sat. Sportula sedet ,
 vel multi coenantes sedent. 38
 Gracehus. 39 Cornicinis , aut
 tubicinis. 40 Qui spurcissimos
 hos mores corrigat. 41 Qui in-
 spectis harugarum , id est , hos-
 tiarum extis portenta haec ex-
 piet.

*⁴² Segmenta , et longos habitus , et ⁴³ flammea sumit:
 ** Arcano ⁴⁴ qui sacra ferens nutantia loro ¹²⁵
 Sudavit clypeis ⁴⁵ ancilibus , ⁴⁷ ô pater urbis !
 Unde nefas tantum Latiis ⁴⁸ pastoribus ? unde
 Haec tetigit , ⁴⁹ Gradive , tuos ⁵⁰ urtica nepotes ?
 *⁵¹ Traditur ecce viro clarus genere , atque opibus vir:
 Nec galeam quassas , nec terram cuspide pulsas , ¹³⁰
 Nec quereris ⁵² patri : vade ergo , et ⁵³ cede severi
 Jugeribus campi , quem negligis . * Officium cras
 Primo sole mihi peragendum ⁵⁵ in valle Quirini .
 * Quae causa officii ? quid quaeris ? nubit amicus ,
 Nec multos adhibet: liceat modo vivere : fient , ¹³⁵
 Fient ⁵⁶ ista palam , cupient et ⁵⁷ in acta referri .
 Interea tormentum ingens ⁵⁸ nubentibus haeret ,
 Quod nequeunt parere , et partu ⁵⁹ retinere maritos .

.42 Monilia interpretatur Ser-
 vius i. Aeneid. ego fimbrias
 exposuerim , quas mulieribus au-
 reas induitas restatur Valer. lib.
 s. c. 2. 43 Velamenta lutea , vel
 rubra , quibus tegi novis nuptis
 mos erat . 44 Ab interiori par-
 te annexo , vel ipso ancili plurimis
 ejusdem formae immisto ,
 ne posset dignosci : mox not. 46.
 45 Unus è Saliis , id est , Martis
 sacerdotibus , qui ancilia collo
 suspensa ferebat saltando su-
 dans . 46 Scutis ancisis , id est ,
 undique circumcisio , è quibus
 primum è coelo decidisse fer-
 tur: oraculo edicti Romani ibi
 fore perpetuum imperium , si
 hoc asservaretur , ad ejus simi-
 litudinem et alia undecim ef-
 finixeret ne internosceretur . 47
 Mars pater Romuli , qui urbem
 Romanam condidit . 48 Rudi-
 bus primum , è agrestibus .
 49 Mars à gradiendo in bello ul-
 tro , citroque , vel à *nādā* ,
 hastam vibro . 50 Libidinis pru-
 ritus . 51 Nero in Matrimonium
 Doriphoroliberum , sicut ipsi Spo-
 rus , ita ipse denupsit : voces

quoque , et ejulatus vim patien-
 tium virginum imitatus . Sueton.
 Nero . 29. cap. 52 Apud pa-
 trem Jovem . 53 Recede à Cam-
 po Martio severo , quod in eo
 fiebant comitia , exercitia milita-
 ria , & olim judicia . * *διανογ-*
νως haec . 55 In porticu , vel
 templo Quirini , id est , Romu-
 li . 56 Marium inter se sponsa-
 lia , et mptiae . 57 Publico de-
 creto , ut illa , quae in libros
 actorum referuntur , tanquam res
 memorabiles , et quae natae , ac
 legitimae sint , vel , liberos ha-
 bere cupient , quos patres pro-
 fessi in acta publica referebant .
 Julius Capitolinus in Gordianis ,
 et in Aurelio . Vide quae ad v. 83.
 Sat. 9. libris aditorum spargere
gaudas Argumenta viri . 58 Mas-
 culis hisce . 59 Ne steriles re-
 pudientur : liberi enim pignora-
 et vincula conjugii . *Fœmina cum*
senuit , retinet connubia partu ,
Uxorisque deus matris reveren-
tia pensat . Nos Lucina fugit , nec
pignore nitimus ullo , etc . Clau-
dian . in Eutropium 1.

Sed ⁶⁰ melius, quod nil animis in corpore juris
Natura indulget: steriles moriuntur, et illis ¹⁴⁰
Turgida non prodest condita pyxide ⁶¹ Lyde:
Nec prodest agili palmas praebere ⁶² Luperco.
Vicit et hoc monstrum ⁶³ tunicati ⁶⁴ fuscina Gracchi,
Lustravitque fuga medium gladiator arenam,
Et ⁶⁵ Capitolinis generosior, et Marcellis, ¹⁴⁵
Et Catuli, ⁶⁶ Paulique minoribus, et Fabiis, et
⁶⁷ Omnibus ad podium spectantibus: his licet ⁶⁸ ipsum
Admoveas, ⁶⁹ cuius tunc munere retia misit.
Esse aliquos Maneis, et subterranea regna,
Et ⁷⁰ contum, et Stygio ranas in gurgite nigras, ¹⁵⁰
Atque una transire vadum tot millia cymba,
Nec pueri credunt, nisi ⁷¹ qui nondum aere lavantur.
Sed tu vera puta. Curius quid sentit, et ambo
⁷² Scipiadae? quid Fabricius, manesque Camilli?
Quid ⁷³ Cremerae legio, et ⁷⁴ Cannis consumpta juven-
tus, ¹⁵⁵
Tot ⁷⁵ bellorum animae? quoties hinc ⁷⁶ talis ad illos

⁶⁰ Bene consuluit viris natura-
ra, ut, si maxime velint, tamen
non possint in mulieres trans-
formari. ⁶¹ Arachne, ferunt
(inquit Junius) Physici, mulie-
remi sterilem concipere posse,
si pyxide inclusam araneam ges-
tet in sinu. Turneb. lib. 15.
c. 17. de unguentaria aliqua cras-
sa intelligit Lyde, quae medica-
mina sterilitatem amoentia pro-
mittit, et venditat. ⁶² Luper-
ci sacerdotes Febuentes nudi
per urbem discurrebant, hirci-
naque pelle feriebant palmas mu-
lierum, quae se offerebant, hinc
foecunditatem sperantes. ⁶³ De-
posita nobili toga, induit tunica
sine manicis Retiarii gladia-
toris, qui inermis, et in sola
tunica pugnabat. ⁶⁴ Fuscina,
et reti armatus. Retiarius mir-
millionem, cuius galeae incrav-
tis effigies, in amphitheatro
captahat subinde dicens, *piscem*

peto, non te peto, quid me fugis,
Galle? ⁶⁵ Manilis. ⁶⁶ Poste-
ris, nepotibus Aemilii. ⁶⁷ No-
bilibus in primo subselliorum or-
dine spectantibus. Podium autem
locus in Theatro Orchestræ pro-
ximus, Hisp. *la Luneta*. ⁶⁸ Prae-
torem, qui munera gladiatoria exhi-
bet. Munerarium. *alii intelligunt*
Neron. alii Damniaum. ⁶⁹ Hinc
vero haec oriuntur scelera, quod
inferos fabulas esse aniles cre-
dant omnes. ⁷⁰ Quo Charon
ratem subigit. ⁷¹ Infantes, qui
nondum quadrimi in balneis non
lavantur quadrante. ⁷² Scipo-
nes, qui in Hispania perierunt,
vel Africani major, et minor.
⁷³ 306. Fabii à Vejentibus ad
Cremeram fluv. intercepti, et
caesi. ⁷⁴ In Apulia ab Anniba-
le. ⁷⁵ Animae virorum in bello
caesorum. ⁷⁶ Turpis, et mon-
strosa, cuiusmodi nunc suntani-
mac.

Umbra venit , cuperent ⁷⁷ lustrari , si qua darentur
⁷⁸ Sulfura cum taedis , et si foret ⁷⁹ humida laurus.
⁸⁰ Illuc heu! miseri traducimur : arma quidem ultra
 Litora ⁸¹ Juberneae promovimus , et modo captas ¹⁶⁰
⁸² Orcadas , ac ⁸³ minima contentos nocte Britannos.
 Sed ⁸⁴ quae nunc populi sunt victoris in urbe ,
 Non faciunt illi , quos vicimus : ⁸⁵ et tamen unus
 Armenius Zalates cunctis narratur ephebis
 Mollior ardenti sese indulsisse Tribuno. ¹⁶⁵
⁸⁶ Adspice quid faciant commercia : venerat obses.
 Hic sunt homines : nam , ⁸⁷ si mora longior urbem
 Indulsit pueris , non unquam deerit amator :
 Mittentur braccae , cultelli , fraena , flagellum :
 Sic praetextatos referunt ⁸⁸ Artaxata mores. ¹⁷⁰

- 77 Veluti ipso visu contami-
 nati. 78 Ignis ad expurgandum,
 et.... 79 ... Aqua ex aspergillo
 laureo. 80 Et tamen traducimur
 omnes illuc , ad inferos , reddi-
 turi apud judices vitae rationem ,
 et vi ura , quae in vivis non cre-
 didimus vera , penderetur hoc à
 versu 154. supra. 81 Hyberniae ,
 Irlanda. 82 Insulas trigesimam à
 Septentrionali parte Britanniae
 à Claudio Imperator adjectas
 Röm. imperio. 83 In solstitio
 aestivo. 84 Nos Romani iis vi-
 tis victi sumus , quae barbari
 illi , quos armis vicimus , non
 agnoscunt. 85 Qui tamen aliqua
 occasione ad nos comeant , à
 nobis corruptelam morum sibi
 contrahunt , et in suam patriam
 referunt ; ut ille Zalates , qui

obses hoc ex Armenia datus se
 exposuit libidinoso tribuno. 86
 Ironice. 87 Si diutius hic mo-
 rentur , omittent , et exuent cum
 patriis armis , cultellis , fraenis ,
 et flagellis , quibus usi fuerant
 domi in studiis venationum , et
 exercendorum equorum , et ves-
 titu , braccis , quae Phrygibus ,
 Lydis , Persis , in usu non secus
 ac Gallis , (vide quae Jos. Sca-
 lig. ad Propert. 4. lib. et quae
 Casaub. ad Suetonij August.)
 mores etiam patrios simplices ,
 et honestos , atque una cum Ro-
 mano cultu mores effoeminatos
 (qui praetextam parum decent)
 domum referent. 88 Majoris Ar-
 meniae urbem juxta Araxen flu-
 sitam.



SATYRA III.

Inducitur Umbritius aruspex, Poëtae causas reddens, cur Bajas migret à Roma, in qua per Graecorum, aliarumque gentium, quae in urbem confuxere, adulaciones, delationes, veneficia, aliasque malas artes, ut et ruinas, incendia, pauperum contemptum, vim, et latrocinia, honesto civi in urbe non sit locus.

Quamvis digressu veteris¹ confusus² amici;
Laudo tamen³ vacuis quod sedem figere⁴ Cumis
Destinet, atque⁵ unum civem donare⁶ Sibyllae.
⁷ Janua⁸ Bajarum est, et gratum litus amoeni
Secessus: ego vel⁹ Prochyram praepono¹⁰ Suburrae.
Nam¹¹ quid tam miserum, tam solum vidimus, ut non
Deterius credas: horrere incendia, lapsus
Tectorum assiduos, ac mille pericula saevae
Urbis, et¹² Augusto recitantes mense Poëtas?
Sed dum¹³ tota domus rheda componitur una,
¹⁴ Substitit ad¹⁵ veteres arcus, ¹⁶ madidamque Cape-
nam:
Hic,¹⁷ ubi nocturnae Numa constituebat amicae,
Nunc¹⁸ sacri fontis nemus, et delubra locantur

¹ Perturbatus, tristis sum.
² Umbriti aruspiciis ejus tempori periti.
³ Non ita civium plenis.
⁴ Campaniae civitate antiquissima.
⁵ Se addere civem.
⁶ Quae Cumis sacellum habuit.
⁷ Roma proficiscentibus per Cumas iter est, et tanquam introitus ad Bajas.
⁸ Urbis in Campania amoenissimae.
⁹ Insulam in litore Campano.
¹⁰ Vico Romæ celeberrimo.
¹¹ Quid alibi tam miserum, neque aliis admistum malum, quo Rome non sit deterius? vel quid fuit tam miserum, atque unice horrendum, quo non quid miserius contingat, non metuas?
¹² Quo, ubi caeteris vacat per in-

tensem fervorem, Poëtae mali importuna recitatione obvios eneant. Emphatice, quasi hoc omnium sit misserrimum.
¹³ Suppellex, et facultates Umbritii.
¹⁴ Umbritius exspectans rhedam.
¹⁵ Romuli, vel Horatiorum, in memoriam Victoriae erectors: vel, arcus aquaeductum, qui illuc erant.
¹⁶ Propter fontes, et aquaeductus, qui in propinquuo illius portae sunt.
¹⁷ Ubi constitutum Egeriae denuntiabat: vel, ubi constituebat simulatum congressum, et loquendi tempus cum Nympha Egeria.
¹⁸ Lucus Aricinus, fons, et delubra Musis à Numa sacrata.

19 Judaeis : 20 quorum cophinus , foenumque supellex.
 Omnis enim populo mercedem pendere jussa est 15
 21 Arbor , et ejectis 22 mendicat sylva Camoenis.
 23 In vallem Egeriae descendimus , et speluncas
 Dissimiles 24 veris : quanto praestantius esset
 25 Numen aquae , viridi si margine clauderet undas
 Herba , nec 26 ingenuum violarent 27 marmora to-
 phum ? 20
 Hic tunc 28 Umbritius : Quando artibus , inquit , ba-
 nestis

Nullus in urbe locus , nulla emolumenta laborum ,
 Res hodie minor est , heri quam fuit , 29 atque eadem cras
 Deteret exiguis aliquid : proponimus 30 illuc
 Ire , fatigatas ubi Daedalus exuit alas : 25
 Dum nova canities , dum prima , et recta senectus ,
 Dum superest 31 Lachesi quod torqueat , et pedibus me
 Porto meis , nullo dextram subeunte bacillo ,
 32 Cedamus patria : vivant 33 Arturius istic ,
 Et Catulus : maneant , qui 34 nigra in candida vertunt . 30
 Queis facile est 35 aedium conducere , 36 flumina , 37 portus ,
 38 Siccandam eluviem , portandum ad busta cadaver ,
 Et 39 praebere caput domina venale sub hasta .
 Quondam 40 hi cornicines , et 41 municipalis arenæ .

19 Urbe à Domitiano pulsis .
 20 Quibus vas ex virgultis , et
 foenum est universa supellex .
 21 Ad quam jumentum ligari pos-
 set : vel , sub cuius umbra quies-
 cere liceret . 22 Judaei sylvam
 incolentes mendicant , ejectis
 Camoenis , quibus sacrum erat
 nemus cum delubro . 23 Ego ,
 et Umbritius in Aricinum lucum
 descendimus . 24 Illis naturali-
 bus , et simplicibus . 25 Fontis :
 nullus enim fons numine vacare
 eredebatur . 26 Naturalem . 27
 Arte posita marmora . 28 Ita in-
 cipit Umbr . 29 Atque eadem
 cras deteret ; id est , imminuet
 aliquid de exiguis . 30 Cumas ,
 quo Daedalus è Creta fugit .

31 Dum Parcarum uni superest
 filium vitæ meæ , quod torqueat .
 32 Excedamus patria . 33 Adul-
 latores olim cornicines , nunc
 Romæ publicani . 34 Candida
 de nigris , et de candentibus atra .
 Falsa in vera , vita in virtutes .
 35 Resciendam . 36 Aquam ve-
 nalem : vel , è fluminibus vecto-
 riis lucrum . 37 Portuum vecti-
 galia , et stationis pretium . 38
 Cloacæ , vel lacunæ ad sordes
 expurgandas . 39 Sub hasta fixa ,
 quæ publicæ auctionis nota est ,
 servi caput venale exponere .
 40 Art . et Catul . 41 In muneri-
 bus gladiatoriis per municipia
 buccas , et buccinas locabant .

Perpetui comites, notaeque per oppida buccae, 35
 42 Munera hunc edunt, ⁴³ et verso pollice vulgi
 Quemlibet occidant ⁴⁴ populariter: inde reversi
 Conducunt ⁴⁵ foricas: et cur non omnia? cum sint,
 Quales ex humili magna ad fastigia rerum ¹⁹ roup
 Extollit, quoties voluit fortuna jocari. ⁴⁰
 Quid Romae faciam? mentiri nescio: librum,
 Si malus est, nequeo laudare, et * poscere: ⁴⁶ motus
 Astrorum ignoro: funus ⁴⁷ promittere patris
 Nec volo, nec possum: ⁴⁸ ranarum viscera nunquam
 Inspexi; ferre ad nuptam, quae mittit adulter, ⁴⁵
 Quae mandat, norint alii: me nemo ministro
 Fur erit, atque ideo nulli comes exeo, tanquam
 Manus, et ⁴⁹ extinctae corpus non utile dextrae.
 Quis nunc diligitur, nisi ⁵⁰ conscient, et cui fervens
 51 Aestuat occultis animus, semperque tacendis?
 Nil tibi se debere putat, nil conferet unquam,
 Participem qui te secreti fecit honesti.
 Carus erit ⁵² Verri, qui Verrem tempore, quo vult,
 Accusare potest. ⁵³ Tanti tibi non sit ⁵⁴ opaci ⁵⁵

42 Ipsi ad opes proiecti, et
 praefecti nunc edunt gladiato-
 ria. Neque enim citra census,
 adeoque personae rationem da-
 tum est jus edendi publice mu-
 nera. Exstat apud Tacitum 4. An-
 nal. S. Cium, quo cautum ne
 quis gladiatorium munus ederet,
 cui minor quadringentorum mil-
 lium res es et. 43 Quod signum
 est velie populum intersei vi-
 ctum: uti contra pressus pollex
 nota erat populi intercedentis
 pro victo, ne jugularetur. Po-
 litian. Miscell. 42. cap. 44 Cum
 populi applausu. 45 Purgandas.
 * Poscere nequeo adulatoria lib-
 rum, quem non probo. 46 Ut
 futura canam Astrologus. 47 In-
 quirentibus in patrios annos. 48
 Victimarum exta inquirro, rube-
 tarum ramen exta ad beneficia
 non trasto. 49 Tanquam mem-
 brum emortuæ dextrae, quac

nulli est usui. Neque ego adeo
 idoneus, et habilis officiis adju-
 vatoriis scelestis. Des. Heraldus
 comitem hic intelligit, qui alte-
 riū latus regens quasi dextra
 cassus est, cuius ministerio ca-
 ret. 50 Secretorum alterius scelerum.
 51 Taceatne, an profes-
 rat. 52 Spoliatori contra, et
 scelerato, qualis erat Verres,
 carus erit, qui furtis ejus, et
 sceleribus conscient est. 53 Tu
 vero sapiens nulla lucri spe scruta-
 re alterius arcana, quorum et
 tu conscient aestues, timeasque,
 ne è medio tollaris ab illo, qui
 te conscient timet: optime Lysi-
 macho Philippides, πλον ταῦ
 ἀπορρήτων. Plutarchus de garru-
 litate. 54 Obscuri umbris ar-
 borum. Martial. l. i. epigram. 50.
 vel aureis arenis turbidi.

Omnis arena⁵⁵ Tagi , quodque in mare volvitur aurum,
Ut somno careas ,⁵⁶ ponendaque praemia sumas⁵⁶
Tristis , et à magno semper timearis amico.

Quae nunc divitibus gens acceptissima nostris,
Et quos praecipue fugiam , properabo fateri,
Nec pudor obstabit. Non possum ferre , Quirites,⁶⁰
⁵⁷ Graecam urbem , quamvis⁵⁸ quota portio faccis A-
chaeae?

Jampridem⁵⁹ Syrus in Tiberim defluxit Orontes,
Et linguam , et mores , et cum tibicine⁶⁰ chordas
Obliquas , necnon⁶¹ gentilia tympana secum
Vexit , et⁶² ad Circum jussas prostare pueras.⁶⁵
⁶³ Ite , quibus grata est⁶⁴ pictâ lupa Barbara mitrâ.
⁶⁵ Rusticus ille tuus sumit⁶⁶ trechedipna , Quirine ,
Et⁶⁷ ceromatico fert⁶⁸ niceteria collo.
Hic⁶⁹ alta Sicyone , ast hic⁷⁰ Amydone relicta ,
Hic⁷¹ Andro , ille⁷² Samo , hic⁷³ Trallibus , aut⁷⁴ Ala-
bandis,
70

⁵⁵ Auriferi fluv. in Lusitania.
⁵⁶ Quae cum mala conscientia
non erant sumenda. ⁵⁷ Roman
Graecorum vitiis pollutam. ⁵⁸
Nec tamen hic maxima pars est
turpissimae illius gentis Graecae ,
sed et hue confluxere Syri ,
Mauri , etc. ⁵⁹ Syri , qui ad
Orontem fluv. habitant , vene-
runt Roman ad Tiberim sitam.
⁶⁰ Cum obliquorum instrumen-
torum chordis obliquis etiam
mores tibicinis. ⁶¹ Gentis suae
propria: hinc enim Ambubajae
dictae à voce Syria^{אַבְּבָגָה}.
⁶² Alii iis mos prostitundi me-
retices in maximo Circu Romae.
⁶³ Ad Circum , ubi prostant. ⁶⁴
Syra meretrix more patrio caput
picta redimita mitra. ⁶⁵ O Ro-
mule , tui cives à te pastore or-
ti , et (si cum aliis conseruantur)
rustici , ad sportulam , et coe-
nam tantum currere , aut gladia-
tores agere norunt : isti vero ,
qui undique in urbem hanc con-

fluxere , omnisci sunt , et do-
mos in amoenissimis urbis lo-
cis capitant. Exquiiis scil. et vi-
minali collibus. ⁶⁶ Vester , qui-
bus ad salutandum cursitent , hinc
coenam , vel sportulam prome-
riturus. Poëta de Graecis locu-
tus , Graeca affectat verba , à
τρίχῳ , curro , et διέννεν , coena.
Clearchum Sophistam Athenaeus
lib. 1. cap. 4. vocat τρίχεδυπνον ,
quod hoc illuc cursiraret launio-
nes coenas captaturus. Turneb.
3. 17. Endromidem simpliciter
exponit. Jan. Rurgesius opina-
tur dici vester , quas libreas ap-
pellant Galli , et Itali. ⁶⁷ Collo
peruncto ceromate , quod ex
oleo , cera , et pulvere fit. ⁶⁸
Victoriae praemia. ⁶⁹ Insula in
mari Aegeo præalta , et eminen-
te. ⁷⁰ Poeoniae civitate. ⁷¹
Prima Cycladum. ⁷² Insula in
Icario , quae Joniae adjacet. ⁷³
Urbe Cariae. ⁷⁴ Urbe minoris
Asiae.

Es-

Esquilias , dictumque petunt ⁷⁵ à vimine collem,
⁷⁶ Viscera magnarum domuum , dominique futuri.
 Ingenium velox , audacia perdita , sermo
 Promptus , et ⁷⁷ Isaeo ⁷⁸ torrentior : ede , quid illum
 Esse putas ? ⁷⁹ quemvis hominem secum attulit ad
⁷⁵ nos :
 Grammaticus , rhetor : geometres , pictor , ⁸⁰ aliptes ,
 Augur , ⁸¹ schoenobates , medicus , ⁸² magus , omnia
 novit
 Graeculus ⁸³ esuriens : in coelum , jusserris , ibit.
⁸⁴ Ad summam non Maurus erat , nec Sarmata , nec
 Thrax ,
⁸⁵ Qui sumpsit pennas , mediis sed natus Athenis. ⁸⁶
⁸⁶ Horum ego non fugiam conchylia ? me prior ille
⁸⁷ Signabit , ⁸⁸ fultusque thoro meliore recumbet ,
⁸⁹ Advectus Romam , quo pruna , et coctona vento ?
⁹⁰ Usque adeo nihil est , quod nostra infantia coelum
 Hausit ⁹¹ Aventini , ⁹² bacca nutrita Sabina ? ⁸⁵
 Quid , quod adulandi gens prudentissima laudat
 Sermonem indocti , faciem deformis amici ,
 Et longum invalidi collum cervicibus aequat
 Herculis , Antaeum ⁹³ procul à tellure tenantis ?

⁷⁵ Viminalem collem. ⁷⁶ Ar-
 tibus suis se in maximas fami-
 lias insinuantes , quarum haere-
 ditatem captant : iis quippe est
 ingenium velox , etc. ⁷⁷ Orato-
 re Athen. Demosthenis praece-
 ptore , vel illo Rom. quem Plu-
 nius eloquentissimum laudat. ⁷⁸
 Concitatior , uberior. ⁷⁹ Om-
 niscium , omnes artes profes-
 sum , est enim gram. rhet. geo.
 etc. ⁸⁰ Qui Athletas ungit. ⁸¹
 Funambulus. ⁸² Mysteriorum
 gnarus. ⁸³ Cogente fame , seu
 paupertate , quae excitat artes ,
 si jusserris , volabat alter Daeda-
 lus. ⁸⁴ Denique , vel quod sum-
 mum est. ⁸⁵ Dae dalus. ⁸⁶ An-
 non ego Roma profugiam , ubi
 Graeculi , tanquam nobiles ince-
 dant , vestes induti purpureas

conchyliorum liquore tinctas ?
⁸⁷ Ad testamenta , vel alias ta-
 bulas consignandas advo carus.
⁸⁸ In conviviis honoratori loco
 accumbet , lecto digniori , vel
 superiori culcitrae tricliniaris lo-
 co. ⁸⁹ E Syria cum prunis , et
 ficibus ipse venal is. ⁹⁰ Nihilne
 nobis est praerogativa , quod
 Romae nati , et nutriti fuimus ?
 nærem Romanum hausimus ? ⁹¹
 Romani. Aventinus enim unus
 est ex septem urbis Romae mon-
 tibus. ⁹² Oliva , id est , fructi-
 bus , et cibis Italicis , et oppo-
 nitur prunis , et coctonis Syris.
⁹³ Cum enim in palaestra reci-
 peret vires à matre sua Terra
 contacta , gigantem hunc à ter-
 ra levatum Hercules praefoca-
 vit.

* Miratur vocem angustam , qua deterius nec
Ille sonat , quo mordetur gallina marito. 90
Haec eadem licet et nobis laudare : sed * illis
Creditur : an melior cum * Thaida sustinet , aut cum
* Uxorem comoedus agit , vel * Dorida nullo
Cultam palliolo ? mulier nempe ipsa videtur , 95
Non * persona loqui : vacua , et plana omnia dicas
Infra ventriculum , et tenui distantia rima,
* Nec tamen Antiochus , nec erit mirabilis illic
Aut Stratocles , aut cum molli Demetrius Haemo.
* Natio comoeda est : * rides? majore cachinno 100
Concutitur ; flet , si lacrymas aspexit amici ,
Nec dolet : igniculum brumae si tempore poscas ,
Accipit + endromidem : si dixeris , aestuo , sudat.
Non sumus ergo * pares : melior , qui semper et omni
Nocte , dieque potest alienum sumere vultum , 105
* A facie jactare manus : laudare paratus ,
Si bene ructavit , ** si rectum minxit amicus :
Si * trulla inverso crepitum dedit aurea fundo.

Praeterea sanctum nihil est , et ab * inguine tutum:

94 Cum admiratione laudat
exilem ejus vocem , quae tamen
aque ingrata est , ac stridula ,
atque rauca vox galli , qui inter
ascendendum gallinam mordet .
95 Graecis . A quibusdam rogatus ,
ut cantaret super coenam : solos
scire audire Graecos , solosque se
et suis studiis dignos , respondit
Nero apud Suetonium , cap. 22 .
96 Annon melius etiam histrio-
nicam exerceat , quam nos , ubi
ineretricis agit partes , etc. Iro-
nicae . 97 Matronam . 98 Nym-
pham Oceanii filiam nudam . 99
Non qui personam alterius susti-
net , vel non personatus . 1 Non
virilia , sed muliebria habere .
2 Neque tamen mimi , atque his-
triones solum mimi sunt alienae
personae agendae artifices ,
sed et 3. Graeci omnes ad mi-
micam nati sunt . * Εγιας ,

την δ' εἰδούσεν γέλωτι . Plu-
tarch. de discriminis : vide et
Theophrasti characterem πρινο-
κανίας . 4 Vesteui crassam , et
villosam , qua in gymnasiis ure-
bantur , ne calefacti refres-
cerent . 5 Graeco huic . 6 Ve-
luti cum admiratione . * Al. xi
lectum minxit , id est , culcitrani
tricliniareum . Horat. 1. i. serm. 3.
Comminxit lectum porus . 7 Si
trullam vini ebibit , ita ut fun-
dum inverterit , epotoque vino
labris sugens crepuerit . Turneb-
vel , si in Cottabi lusu , reli-
quum vini in pavimentum ejec-
tum (quod fit inverso poculo)
clarum ediderit sonum , quod
foelix amoris augurium est , sed
alii alias , ut sit : sive mingat , si-
ve pedat . 8 Pene , libidine .

Non ⁹ matrona Laris , non filia virgo , neque ipse ¹¹⁰
 Sponsus ¹⁰ laevis adhuc , non filius ¹¹ ante pudicus.
 Horum si nihil est , ¹² aulam resupinat amici.
Scire volunt secreta domus , atque inde ¹³ timeri.
 Et quoniam coepit Graecorum mentio , ¹⁴ transi
 Gymnasia , atque audi facinus majoris ¹⁵ aboliae. ¹¹⁵
¹⁶ Stoicus occidit Baream , delator amicum,
 Discipulumque senex , ¹⁷ ripa nutritus in illa,
 Ad quam Gorgonei delapsa est penna caballi.
 Non est Romano cuiquam locus hic , ubi regnat
¹⁸ Protogenes aliquis , vel Diphilus , aut Erimanthus: ¹²⁰
 Qui gentis vitio nunquam partitur amicum :
 Solus habet : nam , cum facilem stillavit ¹⁹ in aurem
 Exiguum de ²⁰ naturae , patriaeque veneno ,
 Limine summoveor : perierunt tempora longi
 Servitii : ²¹ nusquam minor est jactura clientis. ¹²⁵
 Quod porro officium (ne nobis blandiar) aut quod
 Pauperis hic meritum , si curet nocte togatus
²² Currere , cum praetor lictorem impellat , et ire
 Praecipitem jubeat , dudum vigilantibus orbi ,
 Ne prior ²³ Albinam , aut Modiam ²⁴ collega salu-
 tet? ¹³⁰

⁹ Materfamilias. ¹⁰ Imberbis ,
 impubes. ¹¹ Priusquam hic ad-
 venerat. ¹² Subodoratur , et
 secreta domus scrutatur. ¹³
 Hispan. *Se hace esclavo el que*
fia á otro su secreto. ¹⁴ Mis-
 sis his levibus Graecorum
 de plebe exercitationibus. ¹⁵
 Togae philosophicae , quasi di-
 cat : audi scelerata philosopho-
 rum Graecor. erat etiam abolla
 crassior , et minor , qua milites
 utebantur , ut hac majori Philo-
 sophi , Senatores , Reges. ¹⁶ P.
 Egnatius falso testimonio cir-
 cumvenit Baream Soranum ami-
 cum suum , et discipulum sub
 Nerone. Tacit. 6. Ann. ¹⁷ Flu-
 vii Cydri , qui interfluit Tarsum
 in Cilicia , cui nomen inditum
² τάρος ; cum hic sive Perseo,

sive Pegaso è Gorgonis Medu-
 sae sanguine nato unum è tal-
 ribus excidisset. ¹⁸ Adulatores
 Graeci ex artificibus , uti Pro-
 togenes ille Pictor , et catamitis:
hoc enim vult Diphilus , Joyi charus,
vel Imperatori dilectus , et
 delatoribus , quod significat Eri-
 manthus litium rates. De Proto-
 gene delatorum saevissimo sub
 Caligula; Dion Cassius 1.59. ¹⁹
^{δέ τις πελοπέτης} , etc. ²⁰ Pa-
 troni , vel principis. ²¹ Quam Romae.
²² Ut salutet , et comitetur pa-
 tronum , cum magistratus per mi-
 nistros sportulas togatis preci-
 piant. Vide i. Sat. v. 99. ²³ Ma-
 tronas , divites , et orbas. ²⁴
 Competitor sportulae.

²⁵ Divitis hic servi claudit latus ingenuorum
Filius: ²⁶ alter enim, quantum in legione Tribuni
Accipiunt, donat Calvinae, vel Catienae,
Ut semel, atque iterum super illam palpitet: at ²⁷ tu,
Cum tibi vestiti facies scorti placet, haeres, 135
Et dubitas alta Chionem deducere * sella.

Da testem Romae tam sanctum, quam fuit ²⁸ hos-
pes

Numinis Idae: procedat vel ²⁹ Numa, vel ³⁰ qui
Servavit ** trepidam flagrant ex aede Minervam:
Protinus ad censem, de moribus ultima fiet 140
Quaestio: quot pascit servos, quot possidet agri
Jugera, quam multa, magnaque ³¹ paropside coenat?
Quantum quisque sua nummorum servat in arca,
Tantum habet et fidei: jures licet et ³² Samothracum,
Et ³³ nostrorum aras, contemnere fulmina pauper 145
Creditur, atque Deos, Diis ignoscentibus ipsis.

Quid, quod materiam praebet, causasque jocorum
Omnibus hic idem? si foeda, ac scissa lacerna,
Si toga sordidula est, et rupta calceus alter

²⁵ Divitis servi filius, id est, libertinus à latere comitatur in-
genuos, quos jam opibus aequa-
vit: *vel*, filius ingenui comita-
tur à latere divitem servum, id-
que à sinistra, cedens illi viam.
²⁶ Ingenui enim filius luxuri-
sus, dum sportulam mendicat,
nobilissimis tamen scortis non
dubitabat pro una, atque altera
consuetudine donare, quantum
Tribuni ex stipendio accipiunt,
rem disperdit. ²⁷ Libertinus
vero, qui vestita, id est, roga-
ta, et plebeja contentus Vene-
re, nobile scortum conducere,
aut accipere haeret, ditescit. *
Qua vehitur, inquiunt interpre-
tes. Sed et sellis fornicum hui-
ne insidebant meretrices, unde
sellariae dictae. *Prosedas servi-
licolas, sordidas, quae tibi oleant
stabulum, statum, sellam, et ses-
sibulum mervm.* Plaut. in Poe-
nulo. Neque male legitur *colla-*

²⁸ Scipio Nasica vir optimus à Sc-
natu judicatus simulacrum matris
Deum ex Ida Phrygiae monte adve-
ctum hospiti excepit, domique
suae habuit, donec ei templum
conditum foret. ²⁹ Rex Roma-
nus secundus sanctissimus, et
justissimus vir. ³⁰ Lucius Me-
tellus Pontifex ex Vestae templi
incendio eripuit Palladium, ipse
flammis coecatus est. ** Jac.
Nicol. Loënsis, l. 9. c. 2. Miscell.
Epiphyl. legit *serravit trepidam*
flagrant. Quasi jam tactam ab
igne. Sed *trepidam salvinum*-
tepor quiddam sapit. ³¹ Patina,
id est, quanto cum apparatu;
et sumptu. ³² Magnorum Deo-
rum. *Virgil.* Jovis, Minervae,
Mercurii, quos ex Samothracia
Insula Aegaei maris in Phrygiam
Dardanus advexit, ex Phrygia
autem Aeneas in Italiam. ³³
Martis, Romuli.

Pelle ³⁴ pater : vel si consuto ³⁵ vulnere crassum , 150
 Atque recens linum ostendit non una ³⁶ cicatrix.
 * Nil habet infelix paupertas durius in se,
 Quam quod ridiculos homines facit. Exeat , ³⁷ inquit,
 Si pudor est , et ³⁸ de pulvino surgat equestri,
 Cujus res ³⁹ legi non sufficit , et sedeant hic 155
 Lenonum ⁴⁰ pueri quounque in fornicie nati.
 Hic plaudat nitidi praeconis filius inter
⁴¹ Pinnirapi cultos juvenes , juvenesque lanistae:
 Sic libitum vano , qui nos distinxit , ⁴² Othoni.
⁴³ Quis gener hic placuit censu minor , atque puellae 160
⁴⁴ Sarcinulis impar ? quis pauper scribitur haeres ?
⁴⁵ Quando in consilio est Aedilibus ? agmine facto
 Debuerant olim tenues ⁴⁶ migrasse Quirites.
Haud facile emergunt , quorum virtutibus obstat
Res angusta domi ; sed Romae ⁴⁷ durior illis 165
Conatus ; ⁴⁸ magno hospitium miserabile , magno
Servorum ventres , et frugi coenula magno.
Fictilibus coenare pudet , quod turpe negavit
⁴⁹ Translatus subito ad Marsos , mensamque ⁵⁰ Sabellam ,

34 Lacer hiat. 35 Ruptura-
 ra. 36 Consuturae vestigium. *
 οὐν ἵππιας ὁδὸν ἀθλιωτέρην
 ἐν τῷ βίῳ σύμπτωμα , ναὶ γὰρ
 ἀν φυσι σωρθαῖς ἡσ , πίνεις δὲ ,
 καταγίλως ἴον. Crates comicus
 apud Stobaeum. Tit. πίνιας φύ-
 γος. 37 Theatrarius designa-
 tor , qui praeceps disponendis or-
 dinibus in theatro. 38 Ex qua-
 tuordecim illis gradibus theatri.
 39 Rosciae , quae caver , ne quis in
 numero equitum sit , qui 400. HS.
 non habeat , nostrae monetae. (*)
 40 Filii huc per malas artes eve-
 cetti. 41 Reuarii (inquieti inter-
 pretes) qui pissem in galea Myr-
 millionis reti implicare appete-
 bat : rectius , gladiatoris , qui
 Samnitis galeam pinna insignitam
 rapit Lips. 2. Saturn. 11. 42 Ros-

cio Othoni , qui Tribunus tulit
 legem Rosciam , de qua modo nota
 39. 43 Quis filiam pauperi elocat ?
 44 Doti , seu ornatū muliebri.
 45 Quando advocatur in consili-
 um etiam ab infirmis magistratu-
 bus ? 46 Male à foeneratoribus
 mulctati , et Patriciis despiciunt
 habiti secessisse , ut quondam in
 montem sacrum. 47 Longe du-
 rior est Romae pauperibus pro-
 cessus ad dignitatem , immo co-
 natus ad victum , quam alibi. 48
 Supple constat. 49 Curtius Den-
 tatus , qui in recessu ad Marsos
 frugaliter , et parce vicitans au-
 rum sibi à Samnitibus , quos de-
 vicerat , oblatum repudiavit : al.
 P. Corn. Scipio. Conveniet magis
 si generaliter intelligatur. 50 In-
 ter Sabinos , vel Samnites , qui
 victu modesti sunt.

Con-

(*) Véase lo que dixe del valor del sestercio al fin de la traducion de Cornelio , que publicué el año pasado de 74.

Contentusque illic⁵¹ Veneto, ⁵² duroque cucullo. 170
 Pars magna Italiae est, si verum admittimus, in qua
 Nemo togam sumit, ⁵³ nisi mortuus: ⁵⁴ ipsa dierum
 Festorum: ⁵⁵ herboso colitur si quando theatro
 Majestas, tandemque redit ad pulpita ⁵⁶ notum
⁵⁷ Exodium, cum personae ⁵⁸ pallentis hiatum 175
 In gremio matris formidat rusticus infans.
 Aequales habitus illic, ⁵⁹ similemque videbis
 Orchestram, et populum: ⁶⁰ clari velamen honoris.
 Sufficiunt tunicae summis aedilibus albae.
⁶¹ Hic ultra vires habitus nitor: hic aliquid plus, 180
 Quam satis est, interdum ⁶² aliena sumitur arca.
 Commune id vitium est: *Hic vivimus ambitiosa*
Paupertate omnes. Quid te moror? *Omnia Romae*
Cum pretio: quid das, ⁶⁴ ut Cossum aliquando salu-
 tes?
 Ut te respiciat ⁶⁵ clauso ⁶⁶ Vejento labello? 185
 Ille ⁶⁷ metit barbam, crinem hic deponit amati:

⁵¹ Coerulei coloris: vide J. C. Scal. Exerc. 325. sect. 10. ⁵² Crassi filii. ⁵³ Graeci palliatos, Itali togatos efficerbant mortuos ad funus: cives vero rusticantes, eeu in municipiis agentes togam raro inducebant, tunicati usque. Plin. epist. 9. lib. 1. Martial. ⁵⁴ epig. 10. 1. *O tunicata quies!* ⁵⁵ Ordo est, si quando ipsa majestas dierum festorum colitur theatro herboso, etc. videbis aequales habitus. ⁵⁶ E viridi cespite, vel theatro herbis, et frondibus ornato. ⁵⁷ Saepe recitatum. ⁵⁸ Diverbium, seu carmen, quod tragoeidis è scena egressis ab exodiariis ad recreandum spectatorem subjiciebatur. Sed et in fine fabularum mimi risum movebant salibus, et facetiis, quae exodia dicta. ⁵⁹ Faece, vel colore squalido illitae. ⁶⁰ οὐα
 μηχνός πάμπορα, ὡς νωτανί-
 μινος τὸς πιατᾶς. Lucian. ⁶¹ πι

έρχεσθαι. ⁵⁹ Nec distinctas sedes, et subsellia, ut Romae: Orchestra proprie est chori, et saltatorum spatium, ab ορχήστῃ, id est, salto. ⁶⁰ Neque purpureis togis induit, sed albis tunicis amicti aediles edunt spectacula, aut jus de mensuris dicunt. ⁶¹ Romae ultra facultates. ⁶² Ex mutuato aere, vel conducta, et mutuata veste. ⁶³ Pauperes cum simus, dvitiae haberi volumus. ⁶⁴ Ut admittaris ad salutandum nobilem. ⁶⁵ Te non ore, vix mutu dignatus. ⁶⁶ Fabricius Vejento, de quo Plin. et infrā 6. Sat. ⁶⁷ Ubi deponit primae barbae lanuginem, et crines, puer delicatus, et domino dilectus, quem numini alicui consecrare moris erat. Vide quae ad Martialis epigram. 32. l. 1. Eo die festo celebrato, clientes liba ex melle, farre, et oculo puro mittebant, quae venderet, peculium inde sibi comparaturus,

Plena domus libis venalibus : ⁶⁸ accipe , et illud
Fermentum tibi habe : praestare tributa clientes
Cogimur , et cultis augere peculia servis.

Quis timet , aut timuit ⁶⁹ gelida Praeneste ruinam ,
Aut positis nemorosa inter juga ⁷⁰ Volsiniis , aut ¹⁹⁴
⁷¹ Simplicibus Gabiis , aut ⁷² proni Tiburis arce ?
Nos urbem colimus tenui ⁷³ tibicine fultam
Magna parte sui : nam ⁷⁴ sic labentibus obstat
Villicus , et veteris rimae contexit hiatum : ¹⁹⁵
⁷⁵ Securos pendente jubet dormire ruina .
Vivendum est illic , ubi nulla incendia , nulli
Nocte metus: jam poseit aquam , jam ⁷⁶ frivola transfert
⁷⁷ Ucalegon : ⁷⁸ tabulata tibi jam tertia fumant ,
⁷⁹ Tu nescis: nam , si gradibus ⁸⁰ trepidatur ab imis , ²⁰⁰
Ultimus ardebit , ⁸¹ quem tegula sola tuetur
A pluvia , molles ubi reddunt ova columbae .
Lectus erat ⁸² Codro ⁸³ Procula minor , urceoli sex ,
Ornamentum abaci : necnon et parvulus infra
Cantharus , et ⁸⁴ recubans sub eodem marmore Chiron ,
Jamque vetus Graecos servabat cista libellos , ²⁰⁶
Et divina ⁸⁵ Opici rodebant carmina mures .
Nil habuit Codrus : quis enim negat ? et tamen illud

68 Cum libis fermentum , id
est , fervoris , et irae causam ,
quod non tantum patronis in
Nuptiis , Natali , Opero novo ,
sed servis eorum cogimur praes-
tare tributa . 69 Gelida urbe
Thusiae , ab aquis frigidis , et
situ in monte . 70 Etruriae op-
pido . 71 Non ornatis , vel Sexti
Tarquinii dolo deprehensis . 72
In præcipiti posita , et declivi .
Horat . 4. Od . 3. l. Tibur supinum .
73 Adminiculo , sustentaculo . 74
Exilibus colutianis , et adminicu-
lis subvenit ruentibus tectis . 75
Nos jubet securos dormire , im-
minente usque ruina . 76 Vilia
quaque vasa ex incendio erepta .
77 Vicinus . Imitatio Virgiliana .
Aeneas de suo vicino . 2. Aeneid .
Jam proximus ardet Ucalegon .
78 Contignatio tertia . 79 Tu

pauper , qui conduxisti coenacu-
la . 80 Ingruente incendio . 81
Qui in summo habitat coenaculo .
82 Pauperi cuidam , forte Poetae
illi rauco , de quo prima Satyra .
83 Uxore sua . 84 Effigies Chi-
ronis centauri fictilis , sustinens
abacum ex eodem marmore , id
est , materia , scil . argilla . 85 Bar-
bari , et Opici populi Campaniae ,
qui et Osci : per ludum a . mures
vocat Opicos , qui Graece ne-
scientes libris Graecis non peper-
cerunt : vel liguritores , obsco-
num n . liguritorem Bunum Au-
sonius Opicum magistrum vo-
cat , aut , mures terrestres , ab
ōnū , caverna , foramen , quæ
muri . latebrae , vel ab ōnū ves-
pertilio , citante Crispino è Sui-
da .

Perdidit infelix totum nil: ultimus autem
 Aerumnae cumulus, quod nudum, et frustra rogantem
 Nemo cibo, nemo hospitio, tectoque juvabit. 211
 Si magna²⁶ Asturi cecidit domus: horrida²⁷ mater,
²⁸ Pullati proceres, differt²⁹ vadimonia Praetor.
 Tunc geminus casus urbis, tunc odimus ignem.
³⁰ Ardet adhuc, et jam accurrit qui marmora donet, 215
 Conferat impensas: hic³¹ nuda, et candida signa:
 Hic aliquid praeclarum³² Euphranoris, et³³ Polycleti,
³⁴ Phaeonianorum vetera ornamenta Deorum;
 Hic libros dabit, et³⁵ forulos, ³⁶ mediamque Minervam:
 Hic modium argenti: meliora, et plura reponit 220
³⁷ Persicus orborum lautissimus, et * merito jam
 Suspectus, tanquam ipse suas incenderit aedes.
 Si potes avelli³⁸ Circensibus, optima³⁹ Sorae,
 Aut⁴⁰ Fabrateriae domus, aut⁴¹ Frusinone paratur,
 Quanti nunc⁴² tenebras unum conducis in annum. 225
 Hortulus⁴³ hic, puteusque brevis, nec⁴⁴ resto movendus,
 In ** tenues plantas facili diffunditur haustu.
 Vive⁴⁵ bidentis amans, et culti villicus horti,
 Unde epulum possis centum dare⁴⁶ Pythagoraeis.

86 Divitis cuiuspiam, forte le-
 gendum Arturii, de quo supra,
 vers. 29. 87 Roma, vel matres
 Romanae, ut in publica calamiti-
 tate. 88 Atrati lugent patres.
 89 Sponsiones sistendi se, et
 dictionem juris. 90 Dum ardet
 adhuc domus, praesto sunt, qui
 conferant ad novas aedes, alias
 marmora, etc. 91 Effigies nu-
 dorum corporum è purissimo mar-
 more. 92 Pictoris artificiosissi-
 mi. 93 Statuarji celeberrimi. 94
 Deorum, quos Phaeonii sacer-
 dotes Atheniensium, et Alexan-
 drinorum à calceamentis candi-
 dis denominati coluerunt: vel
 Deorum è Graecia latorum. Phae-
 onia n. Hesych. rustica sunt cal-
 ceamenta, quibus calceati pingue-
 bantur Di Graeci, et poni pro-

Phaeonianorum vult Turnebus,
 lib. 10. c. 27. quem vide. (*) 95
 Capsulas, armaria, repositoria. 96
 Statuam Minervae dimidiata à
 vertice ad umbilicum usque. 97
 Fabius Persicus, vide Sat. 8. v.
 14. vel divitis fictitium nomen à
 Persis, vel quod hic Arturius
 Persa fuerit. * Vid. Mart. epi-
 gram. 51.1. 3. 98 Ludis curulib.
 in Circo, quibus maxime dele-
 citabantur Römani Sat. 10. v. 80.
 99 Oppido Campaniae in via La-
 tina. 1 Tenebrosam domum Ro-
 maec. 2 In his oppidis. 3 Non
 profundus. ** Alii legunt tene-
 ras plantas. 4 Agriculturæ: bi-
 dens furcae, vel rastri genus est.
 5 Olerib. n. vescebantur discipu-
 li Pythagoræ, qui suos animalis
 abstinere docuit. (**)

(*) . . . : Haec Asianorum, etc. id est, ex Asia deportatorum.

(**) Sentiebat Pythagoras, hominum animas in obitu ad aliud,
 sive hominis, sive bestie migrare corpus.

Est aliquid quocunque loco , quocunque recessu ; 230
Unius sese dominum fecisse lacertae.

Plurimus hic aeger moritur vigilando : sed illum

Languorem peperit cibus imperfectus , et haerens

Ardenti stomacho ; nam quae meritoria somnum

Admitiuntur ; 16 magnis opibus dormitus in urbe , 235

Inde caput morbi : rhedarum transitus aco

Vicorum inflexu , et 11 stantis convicia mandrae.

Eripunt somnum 12 Druso , 13 vitalisque marinis.

14 Si vocat officium , turba cedente venteretur

Dives , et ingenti curret super ora 15 Liturnos . 240

Atque obiter leget , aut scribet , vel dormiet intus.

Namque facit somnum clausa lectica fenestra.

16 Ante tamen veniet ; nobis properantibus obstat

17 Unda prior : magno populus premit agmine lumbos ,

Qui sequitur : ferit hic cubito , ferit 18 assere duro 245

Alter : ac hic tignum capitii incutit , ille 19 metretam.

20 Pinguia crura luto : planta mox undique magna

Calcor , et in digito 21 clavus mihi militis 22 haeret.

Nonne vides quanto celebretur 23 sportula 24 fumo ?

Centum 25 convivae , sequitur sua quemque 26 culina.

27 Corbulo vix ferret tot vasa ingentia , tot res 251

6 Agri , aut hortuli lacertarum
domicili. *Meton. contenti.* 7 Ro-
mae. 8 Non concotus. 9 Of-
ficinae , quae mercede locantur ,
vel in quibus mechanici diurna ,
nocturnaque plefunque opera
victui merentur. 10 Magno
constat pretio donus à strepitu
remota , vel impositum vicinis
silentium ut quiescas. 11 Dum
milio verbere , et verbo incre-
pat mandram : l. mulorum multi-
tudinem non progredientem. 12
Homini somnolento , qualis erat
Cl. Drusus Caesar : ali legunt
sommus ursis , qui per dies bis
septenos gravi somno preinun-
tit , ut ne vulneribus quidem ex-
citari queant. Plin. l. 8. cap. 36.
13 Phocis , quae altissime dor-
niunt. 14 At si dives vocatus
sit ad aliquod negotium publi-

cum , aut privatum. 15 Alta le-
ctica instar navis Liburnae , vel
lectica à proceris è Liburnia ser-
vis lecticariis vecta. 16 Quo vo-
let citius quam nos , quibus in
via non creditur , ut illi. 17 Po-
puli , et turbae quasi fluxus , et
refluxus. 18 Amite lectice. 19
Mensuram , vas magnum. 20
Coenosa sunt. 21 Coliga clavis
ornata , et infixa. 22 Figitur mi-
hi in digito. 23 Coena in spor-
tula , non C. quadrantes : *διανοι-
ησις πίθη.* 24 Igni in calefacto-
rio subjecto obsonis ne intepes-
cant , vel studio , et festinatio-
ne. 25 Qui sporculam accipiunt.
26 Focus , et suppeliex. 27 Vir
robustus , et validus tempore Ne-
ronis.

Impositas capiti , quot recto vertice portat
Servulus infelix , et cursu ventilat ²⁸ ignem.
Scinduntur tunicae sartae: modo longa ²⁹ coruscat
³⁰ Sarraco veniente abies , atque altera pinum 255
Plausta vehunt: nutant alte , populoque minantur.
Nam, si procubuit , qui saxa ³¹ Ligustica portat
Axis , et eversum fudit super agmina ³² montem,
Quid superest de corporibus ? quis membra , quis ossa
Invenit ? ³³ obtritum vulgi perit omne cadaver 260
More animae ³⁴ domus interea secura patellas:
Jam lavat , et bucca foculum excitat , et sonat unctis
³⁵ Strigibus , et pleno componit lintea ³⁶ gutto.
Haec inter ³⁷ pueros varie properantur ; at ³⁸ ille
Jam sedet in ³⁹ ripa , tetrumque novitus horret 265
⁴⁰ Porthmea , ⁴¹ nec sperat ⁴² coenosi gurgitis ⁴³ alnum
Infelix , nec habet quem porrigat ⁴⁴ ore trientem.
Respice nunc alia , ac diversa pericula noctis :
⁴⁵ Quod spatium tectis sublimibus , unde cerebrum
Testa ferit: quoties rimosa , et ⁴⁶ curta fenestris 270
Vasa cadunt , quanto percussum pondere signent ,
Et laedant silicem: possis ⁴⁷ ignavus haberī,
Et subiti casus improvidus , ad coenam si
⁴⁸ Intestatus eas : adeo tot fata , quot illa
Nocte patent ⁴⁹ vigiles , te praeterente , fenestrae. 275

²⁸ Quem obsoniis subjectum
capiti impositum portat. ²⁹ Tren-
nit , vacillat. Ita Seneca epist.90.
longo vehiculorum ordine pinus ,
aut abies deserebatur vicis intre-
mentibus. ³⁰ Plastro. ³¹ E
Liguria in Apenninis montibus.
³² Ingens saxum ē monte exci-
sum. ³³ Corpus minutatum , et
in frusta concisum non appetat ,
sed evanuit, ut anima. ³⁴ Famu-
li expectantes adventum servi ,
qui coenam petebat , nihil de
morte ejus cogitantes apparant
balneum. ³⁵ Ad sudorem ab-
stergendum , prostrigibus , cum
stri brevis sit , quod instrumen-
tum graphicē depingit Apulejus ,
l. 2. Floridorum. ³⁶ Gutto olei
pleno , quod lotis , jamque siccis

supersundebatur. ³⁷ Famulos
domi exspectantes puerum cum
sportula. ³⁸ Servulus saxi mole
obtritus. ³⁹ Acheronitis , seu
Stygis. ⁴⁰ Charontem , portito-
rem. ⁴¹ Cui inhumato , et inop̄
non ante annos C. transvebi il-
lect. ⁴² Stygis. ⁴³ Cymbam Cha-
rontis. ⁴⁴ Quem mortuorum ori
inserere solebant Graeci , nau-
lum scil. et stipe Charontis.
⁴⁵ Quantum spatium sit à tectis
sublimibus , et coenaculis ad ter-
ram; tantum sane periculum est
à testis , quas nocte dejecerint
ruptas. ⁴⁶ Fracta. ⁴⁷ Tui ne-
gligens , incautus. ⁴⁸ Non con-
ditio prius testamento. ⁴⁹ Inqui-
linis adhuc vigilantibus.

Ergo optes , votumque feras miserabile tecum,
Ut sint contentae ⁵⁰ patulas defundere pelveis.

Ebrius, ac petulans, qui nullum forte cecidit,
⁵¹ Dat poenas , noctem patitur lugentis amicum
⁵² Peleidae , cubat in faciem , mox deinde supinus: ²⁸⁰
Ergo ⁵³ non aliter poterit dormire : quibusdam
Sonnū rixa facit : sed quamvis improbus ⁵⁴ annis,
Atque mero fervens, ⁵⁵ cavet hunc , quem ⁵⁶ coccina laena
Vitare jubet , et comitum longissimus ordo,
Multum praeterea flammarum , et ⁵⁷ aënea lampas. ²⁸⁵
Me , quem ⁵⁸ Luna solet deducere , vel breve lumen
Candelae, ⁵⁹ cuius dispenso , et temporo filum,
Contemnit : miserae cognosce proemia rixae,
Si rixa est , ubi tu pulsas , ego vapulo tantum.
Stat contra , starique jubet : parere necesse est. ²⁹⁰
Nam quid agas , cum te furiosus cogat , et idem
Fortior ? unde venis ? exclamat : ⁶⁰ cuius aceto,
Cuius ⁶¹ conche tumes? ⁶² quis tecum sectile porrum
Sutor , et ⁶³ elixi vervecis labra comedit ?
Nil mihi respondes ? aut dic , ⁶⁴ aut accipe calcem. ²⁹⁵
⁶⁵ Ede , ubi consistas ? in qua te quaero ⁶⁶ proseucha?
Dicere si tentes aliquid ; tacitusve recedas,
Tantumdem est : feriunt pariter , ⁶⁷ vadimonia deinde

⁵⁰ Sordes emittere , quae in præferebatur. ⁵⁸ Lunae lumen.
vasis sunt , et non ipsa vasa , ut ⁵⁹ Cuius funiculum dispono , ne
urina potius conspergaris , quam ⁶⁰ Ubi coenatus ex cibis
ipsis testis dejectis occidaris. ⁵¹ Discruciatur , quia nihil sceleris
admisericit , quia neminem verberarit. ⁶¹ Fabis in
Achillis lugentis Patro-⁶² siliquis coctis , iisque non oleo
cli necem , nec quietem admittentis. Iliad. Homer. v. 12.
⁶³ Quinam sordidi convivæ tecum una coenabant? ⁶³ Caput
Non sine contumelia , et rixa. ⁶⁴ Aut ego te pro-
Non dormiunt , inquit sapiens , culabo. ⁶⁵ Dic , ubi habites in
nisi male fecerint , et nisi alios ⁶⁶ Proprie-
supplantaverint. Sueton. de Nero-
te convenire pos-
ne , et Othonē idem refert : idem sim , ubi opus erit. ⁶⁶ Proprie-
Dio , et Xiphilin. et Tacit. Annal. ⁶⁷ Se injuria laesos simulantes à te
12. ⁵⁴ Juvenilibus. ⁵⁵ Evitat vadem exigunt , ut adsis in ju-
divitem , senatorem , magistratum. ⁵⁶ Granis fruticis cocci-
tincta vestis accubitoria. Pers. 1.
Sat. 32. v. ⁵⁷ Quae tribunis

Irati faciunt : libertas pauperis haec est,
Pulsatus rogit , et (*) pugnis concisus adorat, 300
Ut liceat ^{se} paucis cum dentibus inde reverti.

Nec tamen hoc tantum metuas : nam qui spoliet te
Non deerit : clausis domibus , postquam omnis ubique
Fixa ^{est} catenatae siluit compago tabernae,
Interdum et ferro subitus ^{est} grassator agit rem, 305
Armato ^{est} quoties tutu custode tenentur
Et Pontina Palus , et Gallinaria pinus.
Sic inde huc omnes , tanquam ^{est} ad vivaria , currunt.
Qua fornace graves , ^{est} qua non incude catenae?
Maximus in vincis ferri modus : ut timeas , ^{est} ne 310
Vomer deficiat , ne marrae , et sarcula desint.
Feli es avorum atavos , felicia dicas
Saecula , quae quondam sub regibus , atque tribunis
Viderunt ^{est} uno contentam carcere Romam.

His alias poteram , et plures subnectere causas: 315
Sed ^{est} jumenta vocant , et sol inclinat : eundum est.
Nam mihi commota jam dudum mulio virga
Innuit : ergo vale nostri memor , et quoties te
Roma ^{est} tuo ^{est} refici properantem reddet ^{est} Aquino, 319
Me quoque ad ^{est} Helvinam Cererem , ^{est} vestramque Dianam
^{est} Convelle à Cumis : satyrarum ego , ni ^{est} pudet illas ,
Adjutor gelidos veniam ^{est} caligatus in agros.

68 Non in totum excussis tibi
dentibus. 69 Catenis firmatae
adversus expilatores , vel peru-
lantes , qui tabernas noctu effin-
gere solebant , et in his , ipsum
Neronem. Vide Suet. Neron. c.
26. et Tacit. Annal. 13. 70 La-
tro. 71 Quoties dispositis ibi
custodiis è Pontina palude , et
sylva Gallinaria , locis latrociniis
aptis , arecentur grassatores , 72 Ad
escam facilem , et paratam , vel
ad profugium , et receptum . 73
Supple conficiuntur. 74 Maxima
copia ferri absumitur in vinculis
fabricandis. 75 Ne desit fer-
rum , unde fiant instrumenta rus-
tica. 76 Tulliaro solo , quod
extruxit Hostilius Tullius. 77 Mu-

li , qui cum longe praecesserunt ,
monent me ut sequar. 78 Tuæ
patriæ , ô Juvenalis. 79 Urbis
taedio properè cupientem re-
creari. 80 Oppido Volscorum in
via Latina. 81 Templum Elvi-
nae Cereris , quod Aquini est :
Ceres autem Elvina dicitur à foun-
te Elvino quod eluat , vel Hel-
vina , id est , flava : spicarum col-
lor est. 82 Quam vos colitis.
83 Accerse. 84 Mei auxili , ut-
pote Poëtae non satis boni : qui
tamen urbis vitia detestatus , acri-
ter , et audacter in illa velim in-
vehi. 85 Vehit audax miles ar-
matus , instructusque adjutor sa-
tyrarum.

SA-

(*) T deshecha la tara a punetazos.

SATYRA IV.

A libidine, et luxuria Crispini sumpta occasione describendi ridiculum quoddam Domitiani super rhombo pisce concilium, Senatorum in hanc rem sententias lepide, et salse exponit.

Ecce iterum Crispinus, et est mihi saepe vocans

² Ad partes monstrum, nulla virtute redemptum
A vitiis, ⁴ aeger, solaque libidine fortis,
⁵ Delicias viduae tantum aspernatur adulter.
Quid refert igitur quantis ⁶ jumenta fatiget
Porticibus, quanta ⁷ nemorum vectetur in umbra,
Jugera quot vicina foro, quas emerit aedes?
Nemo malus felix: ⁸ minime corruptor, et idem
Incestus, cum quo nuper ⁹ vittata jacebat
¹⁰ Sanguine adhuc vivo terram subitura sacerdos.
Sed nunc ¹¹ de factis levioribus: et tamen alter
Si fecisset idem, caderet sub ¹² judice morum.
Nam quod turpe ¹³ bonis, Titio, Sejoque, decebat
Crispinum: quid agas, cum dira, et foedior omni
Crime persona est? nullum ¹⁴ sex millibus emit,
¹⁵ Aequantem sane paribus sestertia libris,
Ut perhibent, ¹⁶ qui de magnis majora loquuntur.

¹ Namque ejus et in prima Satyra memineram. ² Ut partes agat in his meis Satyris. Metaphora sumpta à comoediis, in quibus histrio ad partes suas revocari solent. ³ Perdite virtutum servus, quem nulla virtus commendat, ornate. ⁴ Ad resistendum vitiis, ad virtutes amplexandas: ad libidines, aliaque virtus fortis. ⁵ Voluptatis gratia moechatur, non lueri, ut qui viduas sectantur avaras. ⁶ Mulos in essendo junctos, quibus in gelidis gesnationibus vehitur, et porticibus, cum pluit. Vid. Sat. 7. v. 178. ⁷ Viridariorum, et hortorum. Plin. epist. 17. lib. 2. Vide Lips. epist. 11. centuriac

Miscellan. ⁸ Crispinus ergo infelicissimus, qui corruptor. ⁹ Vestalis ergo, veste sacra, vittis caput redimita. ¹⁰ Incesti convicta, terra obruenda viva, ex instituto Numae Pomillii. ¹¹ Supple querimur. ¹² Domitiano, qui (Suet. in Dom. cap. 8.) censoria arrepta virga in Corneliam Maximillam, Vestalem, ejusque strupatores severissime animadvertit. Plin. epist. 11. 1. 4. ¹³ Bonis civibus. ¹⁴ Supple numnum, hoc est, 24*p. maravedis* nostrae more*ae*. ¹⁵ Sex libras pendebat piscis: sex millibus numnum emebatur. ¹⁶ Adulatores, qui facta verbis adaugent.

²⁷ Consilium laudo artificis , si munere tanto
²⁸ Praecipuam in tabulis ceram senis abstulit orbi.

Est ratio ulterior , magna si misit amicae ,
Quae vehitur clauso ¹⁹ latis specularibus antrio.
Nil tale spectes : emit ²⁰ sibi : multa videmus,
Quae ²¹ miser , et frugi non fecit Apicius : hoc tu
Succinctus ²² patria quondam , Crispine, papyro?
Hoc pretium ²³ squamae ? potuit fortasse minoris
Piscator , quam piscis emi : provincia tanti
Vendit agros : sed (*) majores Apulia vendit.

Quales tunc epulas ipsum glutisse putemus
²⁴ Induperatorem : ²⁵ cum tot sestertia partem
Exiguam , et modicae sumptam de margine coenae ³⁰
Purpureus magni ²⁶ ructaret scurra Palati ,
²⁷ Jam princeps equitum , magna qui voce solebat
Vendere ²⁸ municipes ²⁹ fracta de merce siluros?
³⁰ Incipe , Calliope ; * licet hic considere : non est
Cantandum , res vera agitur : narrate ³¹ puellae
Pierides : prosit mihi vos dixisse puellas.
Cum jam semianimum laceraret ³² Flavius orbem

¹⁷ Si tanti nullum emerit , quo
captaret haereditatem , aut locu-
pletis foeminae iniret amorem ,
excusandus est Crispinus . ¹⁸
Primam haereditatem in tabulis
testamenti ceratis . ¹⁹ Fenestris
lecticae è lapide speculari . ²⁰
In suam gulam . ²¹ Luxuriosis-
simus , et omnium nepotum al-
tissimus gurges . Plin. epist . 5.
lib. 2. frigi tamen , si cum Cris-
pino conseratur . Vide Senec. ep.
95. ²² Aegyptiaca : fuit enim
Crispinus verna Canopi . Sat. 1.
et papyrus est herba palustris ,
quae in Aegypto multa nascitur ,
ex qua texuntur navigia , funes ,
tegetes , stragula , vestes , etc.
²³ Piscis squamosi ? ²⁴ Domi-
tianum , cuius coenae.... ²⁵ Ex-
trema , et vilissima pars aqua-
bat hunc sumptum Crispini . ²⁶

Ad ructationem usque ingurgita-
re aulicus parasitus Crispinus .
²⁷ Jam magister equitum factus .
²⁸ Per municipia : vel Aegyptios ,
et conterraneos ut supra , pa-
tria papyro , in Nilo enim natant ,
et Alexandriae veneunt viles hi
pisciculi . ²⁹ E fracto vase , vel
aliena merce surreptos . ³⁰ Fa-
cete in re ridicula Musas invo-
cat , quasi rem arduam aggres-
surus sit . * Neque enim opus
est levii Musarum instinctu , tan-
quam in transitu , aut fabula ;
sed mora , et cura . ³¹ Musae
ex Pierio monte Thesaliae , vel
regione Macedoniae , et mihi vel
ob hoc sitis propitiæ , quod vos
dixerim puellas , quae tamen non
potestis non esse vetulæ , ab an-
tiquissimis poetarum usque in-
vocatae .

(*) Alii : majoris .

32 Ultimus, et 33 calvo serviret Roma Neroni;
 Incidit 34 Hadriaci spatium admirabile rhombi 39
 Ante 35 domum Veneris, quam 36 Dorica sustinet Ancon,
 Implevitque 37 sinus: (*) neque enim minor haeserat illis,
 Quos operit glacies 38 Maeotica, ruptaque tandem
 39 Solibus effundit 40 torpentis ad 41 ostia Ponti
 Desidia tardos, et longo frigore pingues.
 Destinat hoc monstrum 42 cymbae, linique magister 43
 43 Pontifici summo: quis enim 44 proponere talem,
 Aut emere auderet? cum plena et litora multo
 Delatore forent: dispersi protinus 45 algae
 Inquisidores agerent cum 46 remige nudo,
 Non dubitatur fugitivum dicere piscem, 50
 Depastumque diu vivaria Caesaris, inde
 Elapsum veterem ad dominum debere reverti.
 Si quid 47 Palphurio, si credimus 47 Armillato,
 Quicquid conspicuum, pulcrumque ex aequore toto est,
 Res fisci est, ubicumque natat: 48 donabitur ergo, 55
 49 Ne pereat, jam 50 lethifero cedente pruinis
 Autumno, jam quartanam 51 sperantibus aegris.
 Stridebat deformis hyems, praedamque recentem
 Servabat, tamen hic properat, velut urgeat 52 Auster.
 Utque 53 lacus superant, ubi, quamquam 54 diruta, servat

32 Familiae Flaviorum. 33 calvus insuper erat: sic Ausonius:
Quem dixit calvum sua Roma Neronem.
 34 In mari Adriatico nutriti, et capti. 35 Aedem Veneris.
 36 A Graecis condita, qui Syracusis advenerant, Dionysii tyrannidem fugientes. 37 Retia.
 38 In Maeotide palude. 39 Solis calore aestivo. 40 Segniter fluentis, prope stagnantis. 41 Maeotidis in Pontum Euxinum.
 42 Piscator. 43 Domitiano, qui quasi Pontifex maximus erat sacerdotum, quos instituerat Albae. Vide Sat. 2. vers. 112. 44 Venum.
 45 Rerum etiam levissimorum, ut algae, delatores. 46 Piscatore paupere. 47 Consulari

delatori. 48 Quod retineri non potest, inquit *Piscator*, donabitur libenter, et cito. 49 Fisco per delatores, vel ne corruptar, et computrescat. 50 Sub fine Autumni morbosci in hyemem vergentis. 51 Timentibus: laborat tamen *Ptol. Flavii* 17. c. conject. tueri genuinam, et propriam verbi significationem, ut cupiant aegri febres suas in quartanas mutari, quae, ut *Celsus* scribit, neminem jugulant; verum non persuadet. 52 Quo flante, aer calidus ambiens corruptit pisces, et carnes. 53 Ubi jam piscator delatoribus comitatus lacus sub moenibus Albae superarat. 54 A *Tullo Hostilio*. Ignem

(*) Porque era tan crecido, como aquellos que, etc.

55 Ignem Trojanum, et Vestam colit Alba minorem;
 Obsttitit intranti miratrix turba parumper:
 Ut cessit, facili patuerunt cardine valvae.
 Exclusi expectant admissa⁵⁶ obsonia⁵⁷ patres.
 Itur ad⁵⁸ Atriden: tunc⁵⁹ Picens, accipe, dixit,⁶⁵
 Privatis majora foci,⁶⁰ genialis agatur
 Iste dies, propera stomachum⁶¹ laxare saginis,
 Et tua servatum consume in saecula rhombum.
 Ipse capi voluit,⁶² quid apertius? et⁶³ tamen illi
 Surgebant cristae: nibil est, quod credere de se
 Non possit, cum laudatur⁶⁴ diis aequa potestas.⁷⁰
 Sed deerat pisci⁶⁵ patinae mensura: vocantur
 Ergo in concilium proceres, quos oderat ille,
 In quorum facie⁶⁶ miserae, magna que sedebat
 Pallor amicitiae: primus,⁶⁷ clamante Liburno,⁷⁵
⁶⁸ Currite, jam sedit. ⁶⁹ Rupta properabat abolla
⁷⁰ Pegasus, attonitae positus modo villicus urbi.
⁷¹ Anne aliquid tunc praefecti? quorum optimus, atque
 Interpres legum sanctissimus: omnia quanquam
 Temporibus diris tractanda putabat⁷² inermi⁸⁰

55 Ignem perpetuum, et inextinctum custodiendum: à Trojanis
 receptum morem hunc Tullus Hostilius Rómanus transtulit: pro-
 digiis vero monitus Albæ reddi-
 dit, ubi tamen consecratur Vesta
 minore cum religione, quam Ro-
 mæ. 56 Rhombum. 57 Sena-
 tores, qui in Albano cum Im-
 peratore. 58 Domitianum Im-
 peratorem Romanorum, ut fuit
 Agamemnon Graecorum. 59 Pis-
 cator ex agro Piceno, qui mari
 Adriatico adjacet. 60 Laetus,
 ut natalis, quo indulgetur Genio.
 Vide 2. Sat. Pers. v. 3. 61 Sol-
 vere, evacuare, ut has delicias
 capiat, vel lax, id est, exten-
 deret his deliciis. 62 Quid apertius,
 inquit Pollio, hac adulazione pis-
 catoris? 63 Domitianus tamen
 hinc intumuit. 64 Reges, et

Principes. Domitianus supra om-
 nes alios, qui *Dominius*, et *Deus*
 noster appellari voluit. 65 Capax
 piscis integri patina. 66 Imper-
 toriane. Erat n. Domitianus non
 solum magnæ, sed et calidae, in-
 opinataeque saevitas, etc. Suei.
 1. cap. Domit. 67 Praecone è
 Liburnia oriundo in concilium
 vocante. 68 O proceres (clamat
 praeco) sedit enim ipse Impera-
 tor. 69 Veste festinanter arre-
 pta. 70 Jurisconsultus laudatis-
 simus praefectus urbi à Vespa-
 siano. 71 Neque n. sub avaro
 principe Vesp. fuerunt praefecti
 aliud quam villici, qui omni ra-
 tione omnia undecunque corra-
 debant, et tamen ex his Pegasus
 erat optimus, etc. 72 Debili,
 et languida: principis quippe
 saevitiam veritus est.

Justitia : venit et ⁷³ Crispi jucunda senectus,
 Cujus erant mores , qualis facundia , mite
 Ingenium: maria , ac terras , populosque ⁷⁴ regenti
 Quis comes utilior , si ⁷⁵ clade , et peste sub illa
 Saevitiam damnare , et honestum afferre liceret ⁸⁵
 Consilium ? sed quid violentius aure tyranni?
 Cum quo ⁷⁶ de pluviis , aut aestibus , aut nimboso
 Vere locuturi fatum pendebat amici.
 Ille igitur *nunquam direxit brachia contra*
⁷⁷ Torrentem , nec civis erat , qui libera posset ⁹⁰
 Verba animi proferre , et vitam impendere vero.
 Sic multas hyemes , atque ⁷⁸ octogesima vedit
 Solstitia , ⁷⁹ his armis illa quoque tatus in aula.
 Proximus ejusdem properabat Acilius aevi ⁹⁴
 Cum ⁸⁰ juvne indigno , quem mors tam saeva maneret ,
 Et domini gladiis jam designata: *sed olim*
Prodigio par est in nobilitate senectus.
 Unde fit , ut malim ⁸¹ fraterculus esse gigantum.
⁸² Profuit ergo nihil misero , quod cominus ⁸³ ursos
 Figebat Numidas , ⁸⁴ Albana nudus arena ¹⁰⁰
 Venator : quis enim jam non intelligat artes
 Patricias ? quis priscum illud miretur ⁸⁵ acumen ,
 Brute , tuum ? *Facile est ⁸⁶ barbato imponere regi.*

⁷³ Crispus senex jucundus , ut
ignoramus Annibem , & Tiberio-
⁷⁴ *sapientia Laeti , etc. Vi-*
 biuum Crispum ali hic intelligunt ,
 alii Passiennum , utrumque jucun-
 dum quidem . Quintil. lib. 10. c.
 1. et 1. 6. c. 2. Suet. in Neronem.
 Tacit. ad cuius Ann. 2. l. v. 22. vid.
 quae Lipsius pro Passieno , et
 Torrentius pro Vibio ad nostrum
 hunc . ⁷⁵ Imperatori . ⁷⁶ Domi-
 tiano . ⁷⁷ De rebus injunctis
 utecumque levibus loqui , pericu-
 losum , et lethale erat . ⁷⁸ *Me-*
taphor. impetuosam Domitianam
 violentiam . ⁷⁹ Aestiva , et bru-
 malia , id est octoginta annos .
⁸⁰ His cautis artibus . ⁸¹ Filio
 suo Domitio , ut *nonnulli au-*
mant , nec *tamen constat quis fue-*
rit iste juvenis. ⁸² Ignobilis ,
 obscurus , ut filii terrae . Gigas
 enim a *yiv.θαι* et *γη*. ⁸³ Ju-
 veni nil profuit simulata stulti-
 tia . ⁸⁴ Leones : neque enim ha-
 bet secca , et arida Numidia ur-
 sos , qui frigidis gaudent , teste
 Plinio , lib. 8. c. 6. Sed et Ro-
 mani veteres rudes ex Africa ad-
 vectos leones obvia , et nota vo-
 ce *ursos* dixerunt . Vide Lips. 2.
 Elector. cap. 4. ⁸⁵ Theatro in
 Albano , ubi quotannis Domitia-
 nus quinquatria Minervac cele-
 brans feras conficiendas exhibuit . ⁸⁶ Qui cum videres in-
 ter alios nobiles etiam fratrem
 tuum occidi , simulata stoliditate
 effugisti crudelitatem avunculi
 tui Tarquinii Superbi . ⁸⁷ Prisco ,
 rudi , et simplici , non Domitia-
 no aequo . ⁸⁸ Nec

87 Nec melior vultu quamvis ignobilis ibat
 88 Rubrius, 89 offendit veteris reus, atque tacenda: 105
 Et tamen 90 improbior 91 Satyram scribente cinaedo.
 92 Montani quoque venter adest abdomine tardus
 Et 93 matutino sudans Crispinus 94 amomo,
 95 Quantum vix redolent duo funera saevior illo
 96 Pompejus tenui 97 jugulos aperire susurro. 110
 Et, qui 98 vulturibus servabat viscera Dacis,
 99 Fuscus, marmorea meditatus praelia villa,
 Et cum mortifero prudens 1 Vejento 2 Catullo.
 Qui nunquam 4 visae flagrabat amore puellae, 114
 Grande, et conspicuum (*) nostro quoque tempore mon-
 strum.
 Caecus adulator, dirusque 5 à ponte 6 satelles,
 Dignus 7 Aricinos qui mendicaret ad axes,
 Blandaque devexae jaetaret 8 basia rhedae.
 Nemo 9 magis rhombum stupuit: nam plurima dixit
 In laevum conversus: at illi dextra jacebat 120

87 Nec lactior, aequa pallidus,
 lieet non aequa nobilis. 88 Ru-
 brius Gallus. 89 Quod Tibiam
 in pueritia corruperat, ut quidam
 volunt, et videtur ex sequentibus.
 90 Maledicentior castigator, vel
 nequior. 91 Nerone, qui pro-
 broso carmine laceravit Quintianum,
 ut mollem, et effeminatum.
 Tacit. Annal. 15. 92 Montan-
 tus Curtius ventricosus. 93
 Quo singulo mane ungitur, vel
 quod sub sole matutino, id est,
 oriente nascitur. 94 Unguento
 ex floribus amomi. 95 Quantum
 impeditum funeribus duorum di-
 vitum: seu respicias odores su-
 neris impensis ad foetorem ustri-
 nae emendandum, seu aromata
 ad corpora perungenda, vel os-
 sibus, et cineribus miscenda.
 96 Pompejus Rufus saevior ape-
 tire. Hellenismus. 97 Jugulare
 reos tecta delatione. 98 Avibus
 cadavera vorantur, imino praes-
 sagientibus. 99 Cornelius Fus-

cus à Domitiano praefectus prae-
 torio missus est contra Dacos,
 à quibus magna accepta clade
 occisus est. 1 Inexcitatus, et
 imperitus, à deliciis, et otiosa
 armorum meditatione ad bellum
 profectus. 2 Fabritius Vejento,
 et Catullus Messalinus, cuius in-
 genio saevus, et malum coecita-
 tis additum. Qui à Domitiano
 saepius, non secus, ac coeca, et
 improvida feruntur, in optimum
 quemque torquebatur. Plin. ep.
 22. lib. 4. 4 Nempe coecus, et
 tamen amavit quod non viderat.
 5 A ponte, in quo sedent stipe-
 mendicantes, nequitiam effron-
 tem tulisse videtur, dignor sane
 ponte, quam aula principis. 6
 Assecia, et consiliarius prin-
 cipis. 7 Qui mendicaret à curru
 praetervectis cibum Aricinum in
 Appia via, ubi sedent mendici.
 8 Verba, preces, oscula ipsa.
 9 Quam hic Catullus.

(*) Nostra aetate monstris foecunda.

Bellua : sic ¹⁰ pugnas ¹¹ Cilicis laudabat , et ictus,
 Et ¹² pegma , et pueros ¹³ inde ad velaria raptos.
 Non cedit Vejento , sed ut ¹⁴ fanaticus ¹⁵ oestro
 Percussus, ¹⁶ Bellona , tuo divinat , et ingens
 Omen habes , inquit , magni , clarique triumphi, ¹²⁵
 Regem aliquem capies , aut de ¹⁷ temone Britanno
 Excidet ¹⁸ Arviragus , peregrina est bellua ; cernis
 Erectas in terga ¹⁹ sudes ? hoc defuit unum
 Fabricio patriam ut rhombi memoraret , et annos.
²⁰ Quidnam igitur censes ? coaciditur ? absit ab illo ¹³⁰
 Dedeceus hoc , Montanus ait ; testa alta paretur,
 Quae tenui ²¹ muro spatiosum colligat orbem :
²² Debetur magnus patinae , subitusque Prometheus.
 Argillam , atque rotam citius properate ; sed ex hoc
 Tempore jam Caesar figuli tua castra sequantur. ¹³⁵
 Vicit digna viro sententia : noverat ille
 Luxuriam ²³ imperii veterem , ²⁴ noctesque Neronis
 Jam medias , ²⁵ aliamque famem , cum pulmo ²⁶ Fa-
 lerno
 Arderet : nulli major fuit ²⁷ usus edendi
 Tempestate mea : ²⁸ Circeis nata forent , an ¹⁴⁰
²⁹ Lucrinum ad saxum , ³⁰ Rutupinove edita fundo
 Ostrea , callebat primo deprehendere morsu,

¹⁰ Quas tamen non videbat.
¹¹ Gladiatoris è Cilicia , Asiae
 minoris regione , Turcomania ,
 vel more Cilicis armati. ¹² Ea ar-
 te fabricatum ut per se surgeret ,
 et in sublime cresceret J. C.
 Scal. ¹³ Poet. ²¹ Vide quae ad
 Martial. epig. 2. lib. spectac. ¹³
 Ab hoc paegmate in alta theatri
 velamina : videtur representatus
 fuisse Ganymedes ab aquila ra-
 ptus. ¹⁴ Numine afflatus , ut
 Minervae sacerdotes. ¹⁵ Pro-
 prius insectum est , quod et ta-
 banus , et asilus appellatur , ar-
 menta vexans , et in fugam , at-
 que furorem agens , sumitur pro
 furoris stimulo à numine incusso.
¹⁶ O Minerva , belipotens Dea.
¹⁷ Curru , aut imperio. ¹⁸ Rex

Britannorum. ¹⁹ Spinias , pin-
 nas. *Catachresis.* ²⁰ An itaque ,
 inquit *Imperator* , concidendum
 in frusta censes pisces? ²¹ Cir-
 cuitu laterum. ²² Opus est pe-
 rito aliquo figulo , qualis fuit Pro-
 metheus , qui homines è luto fin-
 xisse dicitur. ²³ Imperatorum.
²⁴ Epulas Neronis , de media
 die in median noctem protractas.
²⁵ Incitamenta stomachum refi-
 cientia , et appetitum procuran-
 tia. ²⁶ Ardente vino , et è Fa-
 lerno monte. ²⁷ Peritia in ci-
 borum delectu. ²⁸ Rupibus ad
 montem Circuum in litore Cam-
 paniae. ²⁹ Scopulum in lacu
 Lucrino. ³⁰ Promontorium , et
 litus à Rutupiis oppido Cantio-
 rum in Britannia dictum.

Et

Et semel aspecti litus dicebat ³¹ echini.

Surgitur, & missō proceres exire jubentur
Concilio, quos Albanam ¹² dux magnus in arcem ¹⁴⁵
Traxerat attonitos, et festinare coactos,
³³ Tanquam de Cattis aliquid, * torbisque ³⁴ Sicam-
bris

Dicturus : tanquam diversis partibus orbis

³⁵ Anxia ³⁶ praecipiti venisset epistola ³⁶ penna.

Atque utinam his potius nugis tota illa dedisset ¹⁵⁰

Tempora saevitiae, ³⁷ claras quibus abstulit urbi,

³⁷ Illustrisque animas impune, et ³⁸ vindice nullo.

³⁹ Sed periit, postquam cerdonibus esse timendus

Coeperat : hoc nocuit ⁴⁰ Lamiarum caede madenti.

³¹ Piscis marini ē genere can-
crorum. ³² Imperator Domitia-
nus. ³³ Tanquam consulturus
de expeditione aliqua in Germania-
nos : unam autem suscepit sponte
in Cartos, alteram necessario in
Sarmatas, legione cum legato si-
mul caesa. Suet. Domitian. 6. c.

* Tortis hic reponunt quidam,
sed torve, mea sententia. Ne-
que enim hic de crine, ut Sat.
13. aut epigr. 3. Martial. sed de
terrore ē feroci populo. ³⁴ Po-
pulis item Germaniae, qui hodie
Gueldrienses dicuntur. ³⁵ An-
xietatis index, vel anxios red-
dens. ³⁶ Subito, vel trisiū nuntio:
hoc enim significat pennata
epistola, ut contra laureata læ-
titiam : *alii* de avibus literas

gestantibus; nihil ad rem, *alii*
ad veredarios respiciunt, qui
pennam in capite gestabant ve-
locitatis symbolum, vel, ut
transfert Aristides, ἡ πάρις ἀσ-
περ ὅπε πληνῶν φρομίνη, in Pa-
negyrico Romae : οὐαὶ πληνφέρει
ουσιχωτικοῖς τοῖς αἰτίαις προκαρπήν
ἐπινώφ φράγματι. Platarch. in
Galba. ³⁷ Viros nobiles. ³⁸ Ne-
mine nobilium vindictam auso;
verum quum in ignobiles crude-
litatem exercere coepit, ab iis
occisus est. ³⁹ Saevitia in ple-
bem exitio sult Domitiano ma-
denti caede.... ⁴⁰... Nobilium,
inter quos et Aelium Lamiam
nobilissimae familiae virum in-
terfecit.



SATYRA V.

Parasitum à coenis divitum dehortatur, in quibus contemptim, misere, et contumeliose tractato non licet frui, nedum tangere delicias, quae ipsis divitibus apponuntur. Vide Lucianū epist. ιγώ μηδέ τι κάτιον.

SI te propositi nondum pudet, atque eadem est mens,
Ut bona summa putas, aliena vivere quadra:
Si potes illa pati, quae nec ¹ Sarmenitus iniquas
Caesaris ad mensas, nec vilis ² Galba tulisset;
³ Quamvis jurato metuam tibi credere testi.
⁴ Ventre nihil novi frugalius: ⁵ hoc tamen ipsum
Defecisse puta, quod inani sufficit alvo.
⁶ Nulla ⁷ crepido vacat ⁸ nusquam pons, et ⁹ tegetis pars
Dimidia brevior ¹⁰ tantine injuria coenae?
Tam ¹¹ jejuna fames ¹² cum ¹³ possis honestius illic ¹⁴
Et ¹⁵ tremere, et ¹⁶ sordes farris mordere canini?
Primo fige loco, quod tu discumbere jussus
Mercedem solidam veterum capis officiorum.
Fructus amicitiae magnae cibus: ¹⁷ imputat hunc ¹⁸ rex,
Et quamvis rarum, tamen imputat: ergo duos post ¹⁹
Si libuit menses neglectum adhibere ²⁰ clientem,

¹ Eques Romanus, scurra nobilis, Caesaris Augusti tempore, de quo Horat. ² Sat. I. lib. ³ Alter scurra Caesaris. ⁴ Licet jures te nec pudere propositi abjecti, nec taedere harum injuriarum, credere tamen nolim. ⁵ Natura ventris parvo contenta est. ⁶ Finge tamen illud parvum non suspectere. ⁷ Nulla caverna, nullus pons vacat, ubilibere potius mendices, quam aequa miseram vitam agas serviliter adulando? ⁸ Proprie litoris, vel ripae ora, quam aqua luit: hic locus eminens, vel caverna in muro, seu ripa, ubi sedent mendici, ut in pontibus. ⁹ Minor

pars tegetis, qua mendici se tegunt. Sat. 9. ¹⁰ Tegete, et baculo. ⁹ Tantine aestimas coenam illam, qua tot injurias pateris? ¹⁰ Tantine coena, unde jejonus surgis? ¹¹ Tantine coenam aestimas, ut ob illam has patiare injurias? ¹¹ Alii legunt poscis, ut constet carmen. ¹² Frigore horrere. ¹³ Sordidum caninum panem è farre. ¹⁴ Imputat tibi satisfactum, et relatum. *Imputare* Suetonio, Tacito nostro, Plinio, Quintil. aliisque inferioris aevi auctoribus valer. *Postulare* id sibi gratiae apponi. Tacitus eadem mente usurpavit vocem *factare*. Ann. 6. ¹⁵ Dives patronus. ¹⁶ Te.

17 Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto,
 Una 18 simus, ait: 19 votorum summa: quid ultra
 Quaeris? 20 habet Trebius propter quod rumpere som-
 num
 Debeat, et 21 ligulas dimittere, sollicitus 22 ne 20
 Tota salutatrix jam turba peregerit orbem
 23 Sideribus dubiis, aut 24 illo tempore, quo se
 Frigida circumagunt 25 pigri 26 sarraca Boötæ.
 (*) Qualis coena tamen? vinum, quod 27 succida nolit
 Lana pati: de conviva 28 Corybanta videbis:
 29 Jurgia proludunt: sed mox et pocula torques
 * Saucius, et 30 rubra deterges vulnera mappa,
 Inter 31 vos quoties, libertorumque cohortem
 Pugna 32 Saguntina fervet commissa lagena.
 33 Ipse 34 capillato diffusum consule potat,
 Calcatamque tenet 35 bellis socialibus uvam,
 36 Cardiaco nunquam cyathum missurus amico.
 Cras bibet 37 Albanis aliquid de montibus, aut de

17 Ut sit, qui tertiam culcitrarum
 supplet in lecto, quo discum-
 bitur ad coenam. 18 Coenamus,
 sic Chremes Terentianus. Diony-
 sia hic sunt, hodie apud me sis
 volo. 19 Est tibi jah! tuorum
 summa. 20 Tu habes amplam
 mercedem officiorum, quod toties
 summo mane, et intempesto
 abruperis somnum, ut patronum
 salutes, et comiteris ipsum alias
 salutaturum: infra v. 75. et Mar-
 tial. l. 3. epigr. 36. Enallage per-
 sonae. 21 Lig. vestium, vel cal-
 ceorum ansas non ligare. 22 Ne
 reliqui clientes circumstantes sa-
 luent patronum, nec dum tu
 veneris. 23 Diluculo, dubia lu-
 ce. 24 Ipsa nocte. 25 Quia
 polo vicinoris. 26 Plausta se-
 ptentrionalia signi ursam majo-
 rem in sequentis, Arctophylacis:
 27 A sudore recens lana, et li-
 quorum quasi sitiens, vel prae-
 paranda, et imbuenda vino, quo

melius sumat purpuram, vinum
 tamen hoc non imbibat. 28 Te-
 mulentum, insanum, instar Cor-
 rybantis Cybeles sacerdotis caput
 rotantem. 29 Et convitia pro-
 ludia sunt pugnae. * Non vino
 tantum, sed et poculo. 30 Cruen-
 tata. 31 Clientes parasitos. 32
 Fictili è Sagunto in Hispania.
 33 Patronus contra. 34 Anti-
 quo: antiqui n. Romani erant
 intonsi, forte Lucilium Opimum
 innuit, quo consule diffusa sunt
 vina, quae in ducentesimum an-
 num servata fuerant. 35 Sext.
 Julio Caesare, et M. Philippo
 Coss. movebatur bellum cum so-
 ciis, quos civitate donare con-
 tendebat Liv. Drusus. Luc. Flor.
 l. 3. cap. 17. hoc a. anno opti-
 mum diffusum est vinum. 36
 Laboranti cordis dolore, vel sto-
 machi vicio ab humore acri velli-
 cantem, et rodente, cui medicina
 à vino. 37 Vinum Albanum.

(*) Mas reanemos que cena les espera.

38 Setinis, 39 cuius patriam, titulumque ⁴⁰ senectus
 Delevit multa veteris ⁴¹ fuligine ⁴² testae, 35
 Quale coronati ⁴³ Thräsea, Helvidiusque bibebant,
 44 Brutorum, et Cassi natalibus. 45 Ipse capaces
 46 Heliadum crustas, ⁴⁷ et inaequales berylo
 48 Virro tenet phalias: tibi non committitur aurum,
 Vel si quando datur, ⁴⁸ custos affixus ibidem, 40
 Qui numeret gemmas, ⁴⁹ unguesque observet acutos.
 50 Da veniam, praeclara illic laudatur Jaspis.
 Nam Virro (ut multi) gemmas ad pocula transfert
 51 A digitis, quas in ⁵² vaginae fronte solebat
 Ponere zelotypo ⁵³ juvenis ⁵⁴ praelatus ⁵⁵ Hiarbae. 45
 Tu ⁵⁶ Beneventani sutoris nomen habentem
 Siecabis calicem nasorum quatuor, ac jam
 Quassatum, et ⁵⁷ rupto poscentem sulfura vitro.
 Si stomachus domini fervet vinoque, ciboque,
 Frigidior Geticis petitur ⁵⁸ decocta pruinis. 50
 Non eadem ⁵⁹ vobis poni modo vina querebar:

38 Montibus juxta Seriam op-
 pid. Campaniae. 39 Gypsatis,
 picatisque amphoris à cervici-
 bus affixi erant pittacia cum in-
 scriptione, ubi natum sit vinum,
 et quo consule conditum. 40 Ve-
 tustas. 41 Mucore, et situ. 42
 Vasis fictiliis, quo vinum condi-
 tum servabatur. 43 Paetus, et
 Hely. Priscus gener ipsius (de
 quorum studio libertatis, et con-
 stantia lege Suetonium, et Tacitum
 in Nerone) libertatis studio,
 et odio tyrannidis celebrabant
 solemnum memoriam. 44 Junii
 Br. qui Tarquinium expulit, et
 D. Junii Br. et Cassii, qui Cae-
 sarem confoderunt: floribus au-
 tem coronati convivabant ve-
 teres. Vide causam in notis ad
 Senecæ Thyst. v. 944. 45 Ipse
 Virro, id est, paronus diyes.
 46 Phalias ex electro aquis in-
 durato è gummi, et lacrymis
 Heliacum Phactontis sororum in
 alios, sive ut alii fabulantur, in
 populos versarunt. 47 Aureas

phalias asperas Beryllis sexangula
 forma politis ad splendoris re-
 percussionem. Plin. l. 37. cap. 5.
 48 Servus, qui manus tuas ob-
 servet. 49 Tuos ungues adun-
 cos, ne quid abradas, 50 Nec
 injuria, namque. 51 Ex annulis.
 52 Manubrio ensis. 53 Aeneas,
 cuius stellatus Jaspide fulva En-
 sis erat. Virg. 4. Aen. 54 Ab
 Elisa. 55 Regi Libyæ. 56 Vi-
 treum calicem quatuor rostra, ve-
 lut nasos, habentem, qualem ha-
 buit sutor Beneventanus Vati-
 nius, à quo calices ejusmodi vi-
 tri dicti sunt Vatiniani. Vide
 quae ad Martial. epist. 69. lib.
 14. 57 Rupta enim vitrea sul-
 phuratis permurabuntur: vide
 quae ad Martial. epigr. 42. l. 1.
 58 Aqua decocta, et vitris de-
 missa in nives, ut refrigeretur.
 Plin. lib. 31. cap. 3. Neronis in-
 ventum. Sueton. Ner. 48. cap.
 vel simpliciter nivis Scythicae
 aemula. 59 Clientibus, parasi-
 tis, Emphaticæ.

Vos aliam potatis aquam : tibi pocula ⁶⁰ cursor
Getulus dabit , aut nigri manus ⁶¹ ossea Mauri ,
Et cui per medium nolis occurrere noctem ,
Clivosae veheris dum per ⁶² monumenta Latinae. 55
⁶³ Flos Asiae ante ipsum , pretio majore paratus
Quam fuit et Tulli census pugnacis , et ⁶⁴ Anci.
Et ne te teneam : ⁶⁵ Romanorum omnia regum
Frivola : quod cum ita sit , tu ⁶⁶ Getulum Ganymedem
Respice , cum sities : nescit tot millibus emptus 60.
Pauperibus miscere puer : sed forma , sed actas
Digna ⁶⁷ supercilie. Quando ad te pervenit ille?
Quando vocatus adest ⁶⁸ calidae , gelidaeque minister?
Quippe indignatur veteri parere clienti ,
Quodque aliquid poscas , et quod se stante recumbas. 65
Maxima quaeque domus servis est plena superbis.

Ecce aliis quanto porrexit murmure panem ,
⁶⁹ Vix fractum , solidae jam mucida frusta ⁷⁰ farinae ,
Quae genuinum agitent , non admittentia morsum ;
Sed tener , et niveus , mollique silagine factus 70.
Servatur domino : dextram cohibere memento :
Salva sit ⁷¹ artoptae reverentia : finge ramen te
⁷² Improbolum : ⁷³ superest illic , qui ⁷⁴ ponere cogat .
* Vin' tu consuetis audax conviva ⁷⁵ canistris
Impleri , panisque tui uovisse colorem ? 75
⁷⁶ Scilicet hoc fuerat propter quod saepe , ⁷⁷ relicta
Conjuge , per montem adversum , ⁷⁸ gelidasque cucurri
Esquiliis , fremeret saeva cum grandine vernus
⁷⁹ Jupiter , et multo stillaret penula nimbo .

⁶⁰ Fuscus è Numidia cursor.
⁶¹ Macilenta , et sine pulpa. ⁶² Vide 1. Satyr. in calce. ⁶³ Po-
cillator formosus : pincerna ex
Asia , qualis Jovi raptus Gan-
ymedes. ⁶⁴ Tertii , et quarti re-
gum Romanorum. ⁶⁵ Utensi-
lia , et suppellex Romanorum
regum inferiora sunt hujus pueri
pretio. ⁶⁶ Ironice coniraria mis-
cer , ut saepe. ⁶⁷ Fastu , ut te
contemnatur. ⁶⁸ Aquae. ⁶⁹ Qui
in vetustate indulgit , ut ⁷⁰ Aspi-

frangi possit. ⁷⁰ Panis ex fari-
na. ⁷¹ Dispensatoris panis , ex
ἀρτοῦς , panis , et ἀρτοπαι , vi-
deo; cuius reverentiam cave sis ,
ne violes , ausus panem domino
coctum sumere. ⁷² Atrevidillo.
⁷³ Artoptes. ⁷⁴ Deponere pa-
nem illum candidum. * Ait ar-
toptes. ⁷⁵ Pane. Metonymia
continentis. ⁷⁶ Clientis murmu-
rantis verba. ⁷⁷ Media nocte. ⁷⁸
Collem Romae ventis exposi-
tum. ⁷⁹ Aer.

Aspice, quam longo⁸⁰ distendat pectore lancem,⁸⁰
 Quae fertur domino, squilla, et quibus undique⁸¹ septa
 Asparagis, qua⁸² despiciat convivia cauda,
 Cum venit excelsi manibus sublata ministri.
 Sed tibi dimidio⁸³ constrictus⁸⁴ gammarus⁸⁵ ovo
 Ponitur exigua⁸⁶ feralis coena patella.⁸⁵

Ipse⁸⁷ Venafrano piscem perfundit: at hic, qui
⁸⁸ Pallidus offertur misero tibi caulis,⁸⁹ olcbit
 Laternam: illud enim vestris datur⁹⁰ alveolis, quod
⁹¹ Canna⁹² Micipsarum⁹³ prora subvexit acuta:
 Propter quod Romae cum⁹⁴ Boccare nemo lavatur,⁹⁰
⁹⁵ Quod tutos etiam facit a serpentibus * atris.

Mullus erit domino, quem misit⁹⁶ Corsica, vel quem
⁹⁷ Taurominitanae rupes; quando omne⁹⁸ peractum est,
 Et jam defecit nostrum mare: dum gula saevit
 Ratibus assiduis, penitus scrutante⁹⁹ macello⁹⁵
¹ Proxima, ² nec patitur Tyrrhenum crescere piscem.
³ Instruct ergo focum provincia, sumitur illinc,
⁴ Quod captator emat Lenas, ⁵ Aurelia vendat,
 Virroni muraena datur, quae maxima venit
 Gurgite de Siculo: nam, dum se continet Auster,¹⁰⁰

80 Implet. 81 Condita, et
 Circundata herbis delicatis. 82 Alte lata deorsum in mensam a-
 spiciat. 83 Semiplenus. 84 E-
 marini canicri specie. 85 O-
 vis suis, vel quibus conditur.
 86 Nuda, et jejuna instar coe-
 nae feralis. 87 Oleo optimo ex
 agro Venafrano in Campania. 88
 Languens, flaccidus. 89 Praese-
 feret odorem olei vilissimi, quod
 adhibetur lucernis, quali unge-
 batur fraudulenta Natta lucernis.
 Horat. et videtur alludere ad illud
 in Demosthenem jactatum, τον
 οὐχ οὖτις. 90 Patinis ligneis.
 91 Navicula e cauna, vel dolio-
 lum e cannis acuminate forma
 pyramidali. 92 Afrorum a
 Micipsa rege. 93 Navi. 94 Cum
 Numida aliquo, vel Afro, à Boc-
 care rege Maurorum denominato.
 95 Cujus olei odorem tetur non
 ferunt serpentes. * Afris, legit
 Jan. Rutgersius var. lect. lib. 2.
 c. 17. Horat. I. 2. Sat. ult. velut
 illis Caminia afflasset peior serpentibus atris. Et sibi. Nec Mauris
 animum mitior anguis. 96 In-
 sula in mari Ligustico. 97 Ru-
 pes juxta Taurominium oppidum
 Sicilie. 98 Exhaustum, exinan-
 tum. 99 Piscatore quovis à
 macello. ¹ Maria. ² In mari
 Tyrrheno, id est, infero. ³ Pis-
 cibus instruct focum, et culinam
 nostram. ⁴ Pisces, quos em-
 pros haeredipetae orbis donent.
⁵ Mulier, quae pisces venditat...
 vel, dives orba, quae datos ab
 haeredipetis pisces vendit.

Dum sedet, et siccata madidas in⁶ carcere pennas,
 Contemnunt mediam temeraria⁷ lina⁸ Charybdim.
 Vos anguilla manet longae⁹ cognata colubrae,
 Aut¹⁰ glacie aspersus maculis¹¹ Tiberinus, et ipse
 Vernula riparum pinguis^{*} torrente cloaca,105
 Et solitus mediae¹² cryptam penetrare Suburrae.

¹³ Ipsi pauca velim, facilem si praebeat aurum.
 Nemo petit, modicis¹⁴ quae mittebantur amicis
 A¹⁵ Seneca, quae¹⁶ Piso bonus, quae^{**} Cotta solebat
 Largiri: namque et¹⁷ titulis, et fascibus olim110
 Major habebatur donandi gloria: solum
 Poscimus, ut coenes civiliter: hoc face, et esto,
 Esto (ut nunc multi) dives tibi, pauper amicis.
 Anseris ante ipsum magni¹⁸ jecur, anseribus par
¹⁹ Altilis, et²⁰ flavi²¹ dignus ferro Meleagri115
 Fumat²² aper, post hunc raduntur tubera, si ver
 Tunc erit, et facient²³ optata tonitrua coenas
 Majores: tibi habe frumentum,²⁴ Aledius inquit,
²⁵ O Libye, disjunge boves, dum tubera mittas.

6 Aeolio antro; et pennas ex
 figmento Poët. madidis Notus eyo-
 lat alis. Ovid. i. Met. ut Aeolio
 in carcere. 10. Sat. v. 120. ex
 Virgil. i. Aen. clauso ventorum
 carcere. 7 Piscatores cum linis,
 et retibus. 8 Vorticem in freto
 inter Siciliam, et Italiam. 9 E-
 jusdem formae, et generis, quam
 cum colubro coire ferunt, ut et
 muraenam. 10 Maculosus, cui
 dorsum ex albo caeruleum est,
 venter candidus nigris maculis
 conspersus, qui nota deterioris
 est, melioris Laneus. 11 Prae-
 stantiores sunt in Nare fluvio
 pisces, quam in Tyberi Galen.
^{περὶ τροφῶν.} * Torpente legendum
 putat Jan. Rutgersius var. lect.
 l. 2. 17. 12 Cavernas, et meatus
 subterraneos, per quos sordes
 e Suburra, et tota urbe defluunt
 in Tiberim. 13 Virroni, patro-

no diviti, et avaro. 14 Qualia
 munera. 15 Annaeo Sen. Ne-
 ronis praeceptore, optimo, et
 sanctissimo viro. 16 C. Piso
 Calpurnius, et^{**} Aurelius Cotta
 viri liberales. 17 Munitcentiam,
 et liberalitatem exercere apud
 majores nostros majorem habe-
 bat gloriam, quam titulis nobil-
 itatis splendere, aut magistratu-
 s, et dignitates adipisci. 18
 Mulso, lacte, fieu, et carica far-
 tum. Vide Martialis epigr. 58.
 lib. 13. 19 Gallina, vel anas.
 20 Formosi, vel pulchricomi.
 21 Non minor apro Calidonio,
 quem occidit Meleager. 22 In-
 tege^r appositus fumat. 23 Lu-
 xuriosis optata, tonitruis tubera
 nascentur copiose. Plin. 19. l. 3.
 cap. 24 Gulosus quidam. 25
 O Africa ne exerceas terram ad
 fruges, modo mittas tubera.

26 Structorem interea , ne qua ²⁷ indignatio desit , 120
 Saltantem spectas , ²⁸ et Chironomonta ²⁹ volanti
 Cultello , donec peragat ³⁰ dictata magistri
 Omnia : ³¹ nec minimo sane discrimine refert ,
 Quo gestu lepores , et quo gallina secetur .
 Duceris planta , velut ictus ab Hercule ³² Cacus , 125
 Et ponere foris , si quid tentaveris unquam
 Hiscere , ³³ tanquam habeas tria nomina . Quando propinat
 Virro tibi , sumitque tuis contacta labellis
 Pocula ? quis vestrum temerarius usque adeo , quis
 Perditus , ut dicat regi , Bibe ³⁴ plurima sunt , quae 130
 Non audent ³⁵ homines pertusa dicere laena .
 35 Quadringenta tibi si quis Deus , aut ³⁶ similis Diis ,
 Et melior ³⁷ fatis donaret , ³⁸ homuncio , quantus
 Ex nihilo fieres ! quantus Virronis amicus !
 39 Da Trebio , pone ad Trebium , vis frater ab istis 135
 Ilibus ? ⁴⁰ ò nummi , vobis hunc praestat honorem ,
 Vas estis fratres ; dominus tamen , ⁴¹ et domini rex
 Si vis tu fieri , ⁴² nullus tibi parvulus aula
 Luserit Aeneas , nec filia dulcior ⁴³ illo .
 Jucundum , et charum sterilis facit uxor amicum . 140
 Sed tua nunc ⁴⁴ Micale pariat licet , et pueros tres
 In gremium patris fundat : simul ipse loquaci
 Gaudebit ⁴⁵ nido , ⁴⁶ viridem thoraca jubebit

26 Carptorem. Vide Sat. II. v.
 36. 27 Ne qua indignationis
 causa tibi desit. 28 Manibus
 gesticulantem artificiose. 29 A-
 giliter versato. 30 Incidendo
 ferula, ut docuit magister Tri-
 pherus Sat. II. v. 137. 31 Iro-
 nice. 32 Gigas, qui boves Her-
 culis abegerat, quem Hercules
 pedibus ex antro prostraxit. Virg.
 8. Aen. 33 Tanquam sis nobilis,
 ingenuus Romanus, liberque,
 ut est, praenomen, nomen, co-
 gnomen. Vide Politianum, 31. c.
 Miscell. 34 Pauperes, quibus
 detrita sit, et lacera chlamys.
 οὐ γὰρ πειθεῖτε μηδέ τι διται-
 ρεῖ γλωσσα, ut inquit Theognis.
 35 Sestertia, id est, censem e-

questrem nostrae monetae 125.
 lib. 36 Heros, vel homo bene-
 ficus. 37 Quam tua fata. 38 Tu
 prius homuncio vilis , quanto
 mox fores in pretio apud ipsum?
 39 Imperaret structori dives his
 verbis. 40 Inquit Poëta , hoc
 nummis praestat , non homini.
 41 Virronis dominus , et rex.
 42 Sis orbus, nullus tibi filius sit,
 ex quarto Aeneidos usurpat haec
 Didonis verba : Si quis mihi par-
 vulus aula Luderet Aeneas. 43 Ti-
 bi charior, quam Virro captor
 dives. 44 Uxor. 45 Loquaci
 pueritia, id est, pueris delecta-
 ri videbitur, quos tamen nullos
 optat. Metaph. 46 Levia tamen
 iis munuscula dabit , quia tu di-
 ves es.

Afferri , minimasque nuces , assemque ⁴⁷ rogatum ,
Ad mensam quoties ⁴⁸ parasitus venerit infans.

145

Vilibus ⁴⁹ ancipes fungi ponentur amicis ,
Boletus domino ; sed qualem ⁵⁰ Claudius edit
Ante ⁵¹ illum uxoris , post quem nil amplius edit ,
Virro sibi , et reliquis ⁵² Virronibus illa jubebit
Poma dari , quorum solo pascaris odore ,

150

⁵³ Qualia perpetuus Phaeacum autumnus habebat .
Credere quae possis surrepta ⁵⁴ sororibus Afris .

Tu ⁵⁵ scabie frueris mali , quod in aggere rodit ,
⁵⁶ Qui tegitur parma , et galea , metuensque flagelli
Discit ⁵⁷ ab hirsuto jaculum torquere capella .

155

Forsitan impensae Virronem parcere credas :
Hoc agit , ut doleas ; nam * quae comoedia ? mimus
Quis melior plorante gula ? ergo omnia fiunt ,
Si nescis , ut per lacrimas effundere bilem

Cogaris , ⁵⁸ pressoque diu stridere molari .

160

Tu tibi liber homo , et regis conviva videris ;
Captum te nidore suae putat ille culinae .

Nec male conjectat ; ** quis enim tam nudus , ut illum

47 A puero rogatum , ad poma , to sagò Cilicio , aliis , ab amento
nuces , et nugas emendas . 48 Pe- è corio capellae . Brodas Misc.
tens cibum , aut munuscula . 49 l. 9. c. 1. ab arcu è cornibus ca-
Periculosi pierumque , et lethales , prinis . Simiam intelligi Jan. Rut-
immeno exemplo in crimen in- gersius , quae lucelli causa ab (*)
ducti , veneno Tib. Claudio prin- agyritis jaculo institui solet . Mar-
cipi per haec occasionem à con- tial. l. 14. epist. 202. bardo cu-
juge Agrippina dato . Plin. lib. cullo tecta , martial. parma , et
22. cap. 22. 50 Claudius Impe- galea tecta ridiculi causa flagello
rator quintus . 51 Ab Agrippina assueta , officiisque sui admonita .
uxore venenatum . Vide S. t. 6. Vide Rurgersii var. lect. l. 3.
vers. 621. 52 Sui similibus , di- c. 15. et vetus Pithoci Scholias-
vitibus . 53 Qualia nata in per- tes habet annotationem , quale
petuo virentibus , et fructiferis simia manducat . Sed non ego
hortis Phaeacum , quorum rex credulus illis . * Ridiculus aequo
Alcinous , canit Homerus , et An- nullus est , quam quando esurit .
tiquitas omnis . 54 Atlantis si- Gelasinus parasitus apud Plau-
liabus scilicet , aurea mala ex tum in Sticho . 58 Ira frendere .
fortis Hesperidum in Africa . 55 ** Quis enim tam pauper , ac
Scabioso malo . 56 Tiro . 57 A miser est , cui vel ingenuo , vel
Centurione , qui exercet tirones , libertino contigit libertas , ut
hirsuto instar capellae , vel indu- haec pati possit ? Bis

(*) Es ablativo de la palabra Griega *grygaz*, *grax*, derivada del verbo
ayipaa, *junto*, *congrego*, y se toma por los vagabundos , que andan
enseñando á los corrillos anuales extraordinarios con habilidades .

Bis ferat,⁵⁵ Hetruscum puerō si contigit aurum?
 Vel⁵⁶ nodus tantum, et signum de paupere loro? 165
 Spes bene coenandi vos decipit: ⁵⁷ ecce dabit jam
 Semesum leporem, atque aliquid de clunibus apri:
 Ad nos jam veniet minor⁵⁸ altilis; inde parato,
 Intactoque omnes, et stricto pane tacetis.
 Ille sapit, qui te sic utitur; ⁵⁹ omnia ferre 170
 Si potes, et debes: ⁶⁰ pulsandum vertice raso
 Praebebis quandoque caput, nec dura timebis
 Flagra pati, his epulis, et tali dignus amico.

⁵⁹ Mos bullae aureae gestan- nem adstrictum duritia, vel ap-
 dae ab Etruscis sumptus est. Vi- possum tantum, Metaphor. à
 de Pers. Satyr. 5. v. 31. 60 Te- gladio stricto, dum expectatis
 nuiores, et libertinae conditio- illas dapes, sed frustra. 64 O-
 nis eoriaceam bullam, vel no- nia ferre si potes, quae parasi-
 dum gerebant. 61 Vos tamen tis eveniunt, eisdem debes.
 abjecti asseciae conceperitis specm 65 Omnibus contumelias, et pla-
 de reliquis ferculorum, quibus gis excipient te, tuo merito, qui
 inhiantes dicitis apud vos, Ecce ferre illa velis, perinde ac si
 dab. etc. 62 Gallina saginata. male tonsus, aut raus servus
 63 Inquit Poëta, non tangitis pa- esces, vel parasitus plagiapida.

SATYRA VI.

Ursidium Posthumum ab uxore ducenda dissuasurus, acriter sa-
 tis insurgit in mulierum ludos scénicos, libidines, superbiam,
 Graecae linguae, liberalium artium, critics, politices, immo
 gladiatoriae inverecundam affectationem, superciliosum in
 maritos imperium, crudelitatem, temulentiam, superstitionem
 denique, et beneficia.

Credo pudicitiam¹ Saturno rege moratam
 In terris, visamque diu, cum frigida parvas
 Praeberet spelunca domos, ignemque, laremque,
 Et pecus, et dominos communi clauderet umbra:
 Silvestrem montana torum cum sterneret uxor⁵
 Frondibus, et culmo, vicinarumque ferarum
 Pellibus: haud similis tibi² Cynthia, nec tibi,³ cuius
 Turbavit nitidos extinctus passer ocellos:
 Sed potanda ferens infantibus ubera magnis,

¹ Saeculo aureo, simplici. ² effuse lacrymans de morte pas-
 Culta, et elegans amica Proper- serculi: meae puello Fendo tur-
 iii. ³ Lesbia, Catulli amica, giduli rubent ocelli. Catull.

Et saepe horridior ⁴ glandem ructante marito. 10
 Quippe aliter tunc orbe novo, coeloque ⁵ recenti
 Vivebant homines, qui ⁶ rupto robore nati,
⁷ Compositique luto ⁸ nullos habuere parentes.
 Multa pudicitiae veteris vestigia forsitan,
 Aut aliqua extiterant et ⁹ sub Jove; sed Jove ¹⁰ non-
 dum 15
 Barbato, nondum Graecis jurare paratis
¹¹ Per caput alterius, cum furem nemo timeret
 Caulibus, et pomis; et ¹² aperto viveret horto.
 Paulatim deinde ad superos ¹³ Astraea recessit,
¹⁴ Hac comite, atque duae pariter fugere sorores. 20
 Antiquum, et vetus est alienum, Posthume, lectum
¹⁵ Concutere, atque ¹⁶ sacri genium contemnere fulcri:
 Omne aliud crimen mox ferrea protulit aetas:
 Viderunt primos argentea saecula ¹⁷ moechos.
¹⁸ Conventum tamen, et pactum, et sponsalia ¹⁹ nostra
 Tempestate paras: jamque ²⁰ à tonsore magistro 26
 Pecteris, et ²¹ digito pignus fortasse dedisti.
 Certe sanus ²² eras: uxorem, Posthume, ducis?
 Dic qua ²³ Tisiphone? quibus exagitare ²⁴ colubris?
 Ferre potes dominam salvis ²⁵ tot restibus ullam? 30
 Cum pateant altae, ²⁶ caligantesque ²⁷ fenestrae?

4 Qua avide vescebatur. 5 Recens exstructo, et ab elementis
 nuper secreto. 6 Ex figmento
 poetico. Virgil. *Gensque virum
 truncis, et rupto robore nata.* 7 A
 Deo, vel a Prometheo efficti. 8
 Terrae filii. 9 Aetate argentea.
 10 Nondum adulto, et adultero.
 11 Parentum, liberorum, aut
 aliorum, quos charos habebant,
 quae solennis jurandi formula,
 uti et per suum caput. 12 In-
 custodito, sepimentis haud mu-
 nito. 13 Justitia Astraei Tita-
 nos, et Aurorae filia. 14 Pudi-
 citia. 15 Ascendere, violare.
 16 Conjugalis tori praesidem-

Synecd. fuleri, quo fulcitur lectus.
 17 Jovem, Neptunum, Martem,
 Appolinem, Mercurium: etc.
 18 Amicorum super sponsali-
 bus. 19 Hac aetate maxime a-
 dultera. 20 Ut nitidior placeas
 uxori futurae. 21 Sponsae an-
 nulum. 22 Prius, antehac sapuis-
 ti, iam dementas, immo furis,
 vel lege interrogatorie: *Certe sa-
 nus eras?* 23 Furia ultrice,
 οφιοπλόναμος, id est, colubris cri-
 nita.(*) 24 Quibus te potius sus-
 pendas, 25 Quae caliginem ocu-
 lis obducant propter altitudinem,
 vel, noctis tenebras. 26 Unde
 te praecipitare possis.

Cum

(*) τισιφίνη, quasi punitio caedis à τίσι, punitio, à verbo
 τίσω, et à φίνει, homicidium.

Cum tibi vicinum se praebeat²⁷ Aemilius²⁸ Pons?
 Aut si de multis nullus placet exitus; illud
 Nonne putas melius, quod tecum²⁹ pusio dormit?
 Pusio, qui noctu³⁰ non litigat, exigit à te 35
 Nulla jacens ille munuscula, nec queritur quod
 Et³¹ lateri parcas, nec quantum jussit,³² anheles.
 Sed placet Ursidio³³ lex Julia: ³⁴ tollere dulcem
 Cogitat haeredem, cariturus³⁵ turture magno,
³⁶ Mullorumque jubis,³⁷ et captatore macello. 40
 Quid fieri non posse putes, si jungitur ulla
 Ursidio? si moechorum³⁸ notissimus olim
 Stulta³⁹ maritali jam porrigit ora capistro.
⁴⁰ Quem toties textit perituri cista Latini?
 Quid? quod et⁴¹ antiquis uxor de moribus illi 45
 Quaeritur: ⁴² ô medici, medium pertundite venam.
 * Delicias hominis! ⁴³ Tarpejum limen adora
 Pronus, et⁴⁴ auratam⁴⁵ Junoni caede juvencam,
 Si⁴⁶ tibi contigerit capitis matrona pudici.
 Paucae adeo⁴⁷ Cereris vittas contingere dignae, 50
 Quarum non timeat pater⁴⁸ oscula: ⁴⁹ necte coronam
 Postibus, et densos per limina tende corymbos.
 Unus⁵⁰ Iberinae sufficit? ocyus illud
 Extorquebis, ut haec oculo contenta sit uno.

27 A. M. Aemilio Scauro con-
 ditus. 28 Unde te in Tiberim im-
 mergas. 29 (*) παῖδις παῖς ιαῦ pro-
 bare videtur. 30 Quod uxor fac-
 cit: infra vers. 26. 31 Quod ni-
 mia libidine exhaustum laeditur.
 32 Te clinopale, et nocturna o-
 pera defatiges. 33 In adulteros
 lata. 34 Suscipere, et educare.
 35 Avi, vel potius pisce, quia
 magno. 36 Jubatis, et barbatis
 nullis. 37 Et aliis obsoniis,
 quae à captatoribus, è macello
 empta orbis donantur. 38 Ursidius.
 39 Conjugali vinculo, fra-
 no. 40 Qui saepius periturus,
 superveniente marito, ab ejus a-
 adultera uxore cista tectus fuerit:
 quale furtum in mimo vidiimus
 Latinum minimum repraesentan-
 tem. 41 Pudica, et casta. 42

Ne insaniat. Si delirans manum
 porrigeret detrectet, vena in fron-
 te seetur, etc. Paulus Aegineta,
 3. lib. c. 8. de phreneticis, et
 Aëtius, lib. 6. cap. 8. * O deli-
 catum hominem Ursidium, qui
 tam insignis adulteri possis cas-
 tam sperare uxorem! 43 Jovem
 Capitolinum in introitu arcis Tar-
 peiae. 44 Auratis cornibus.
 45 Conjugii praesidi, pronubæ,
 in pellices, et adulteros saevac.
 46 Tam insigni adultero. 47 Cu-
 jus mysteria non nisi castis foe-
 minis sunt celebranda. 48 Tan-
 quam basia, et suavia impudica
 potius, quam pia oscula. 49 Quod
 fieri solitum nuptiarum die. 50
 Sponsae Ursidii, vel cuivis in
 urbe educatae.

Mag-

(*) Haec vox pueri amatorem significat à παιδί puer, et πατέρες, amator.

Magna tamen fama est ⁵¹ cuiusdam rure paterno 55
 Viventis: vivat ⁵² Gabiis, ut vixit in agro,
 Vivat ⁵³ Fidenis, et agello cedo paterno.
 Quis tamen affirmat, nil actum in montibus, aut in
 Speluncis? ⁵³ adeon' senuerunt Jupiter, et Mars?
⁵⁴ Porticibusne tibi monstratur foemina ⁵⁵ (*) voto 60
 Digna tuo? ⁵⁶ cuneis an habent spectacula totis,
 Quod securus ames, quodque inde excerpere possis?
⁵⁷ Chironomon Ledam molli saltante Batillo,
⁵⁸ Tuccia ⁵⁹ vesicae non imperat, ⁵⁸ Appula ⁶⁰ gantit,
 Sicut in amplexu, ⁶¹ subitum, et miserabile, longum 65
 Attendit Thymele, Thymele tunc rustica discit.
⁶² Ast aliae, quoties aulaea recondita cessant,
 Et vacuo, clausoque ⁶³ sonant fora sola theatro,
⁶⁴ Atque à Plebeis longe ⁶⁵ (**) Megalesia, ⁶⁶ tristes
⁶⁷ Personam, ⁶⁷ thyrsusque tenent, et ⁶⁷ subligar ⁶⁸ Acci:
⁶⁹ Urbicus ⁷⁰ exodio risum movet ⁷¹ Attellanae 71
 Gestibus Autonoës; ⁷² hunc diligit Aelia pauper.

⁵¹ Quae pudice vixit ruti: nec
 tamen credo victuram illam ae-
 que pudicam, si viderit semel
 urbis mores corruptos. ⁵² Vi-
 libus oppidis caste, ut prius
 in agro: quod si non possit,
 multo minus Romae. ⁵³ Nec
 desunt corruptores virginum et
 iam in agris. ⁵⁴ Pompeji, et
 Isidis, in quibus spatiantur mu-
 lieres. ⁵⁵ Qualcm tu velis, pu-
 dica. ⁵⁶ Sedibus theatri. ⁵⁷
 Saltationem manibus gesticulan-
 tis Ledae representante mimo.
 J. C. Scal. 1. lib. Poet. 18. cap.
⁵⁸ Rustica. ⁵⁹ Non continet
 urinam: infra v. 318. ⁶⁰ Gan-
 nitu, et murimure libidinosum
 fatetur affectum. ⁶¹ Subitum,
 miserabile, longum: gestus, et
 motus, quos exprimit mimus.
⁶² Longo vero ludorum interstitio,
 et ipsae histrionicae exercent, ac
 mimorum vestes contractant. ⁶³
 Forensibus causis, et judiciis.
⁶⁴ Ubi nimis diu cessare viden-
 tur ludi, ac post plebejos ludos
 diu exspectata dominis his des-
 derantibus non exhibentur Mega-
 lesia: ipsae tractant, et exercent
 ludos. ⁶⁵ (**) Circenses ludi
 magnae matris Deum consecrati.
⁶⁶ Spectaculorum desiderio. ⁶⁷
 Ornamenta, et arma histrionica.
 Subligaculum autem *περιφύλακτον*
 erat pudendorum velamen: ne-
 quæ tamen femora contegebant, ut
 braccae, *ἀναγνώσθις*, quae ob-
 id seminalia dicuntur. ⁶⁸ Mimi,
 seu poëtae. ⁶⁹ Cantor, seu Mi-
 mus. ⁷⁰ Vide Sat. 3. vers. 125.
⁷¹ Fabulæ jocularis ab Atella
 urbe Oscorum dictæ, et de Au-
 tonoe Cadini filia scriptæ. ⁷²
 Hos exodiarios pauperculæ a-
 mant. Sol-

(*) A medida de tu desejo.

(**) Subintelligitur verbum *ludicra*, aut *spectacula*: nam *Megalesia* adjективum est, cuius rectus in sing. num. est *Megalensis*, et *Megalense*. Ita sentio, quamvis alii aliter.

73 Solvitur his magno comoedi ⁷⁴ fibula : ⁷⁵ sunt quae
Chrysogonum cantare vetent. Hispulla tragoedo.
Gaudet : an exspectas , ⁷⁶ ut Quintilianus ametur ? ⁷⁵
Accipis uxorem , de qua citharoedus Echion,
Aut ⁷⁷ Glaphyrus fiat pater , Ambrosiusque ⁷⁸ chorales.
Longa per angustos figamus ⁷⁹ pulpita vicos,
Ornentur postes , et grandi janua ⁸⁰ lauro,
Ut testudineo tibi , ⁸¹ Lentule , ⁸² conopeo ⁸⁰
Nobilis Euryalum mirmillonem ⁸³ exprimat infans.

Nupta ⁸⁴ Senatori comitata est Hippia ⁸⁵ Ludum
Ad ⁸⁶ Pharon, et ⁸⁷ Nilum, ⁸⁸ famosaque ⁸⁹ moenia Lagi,
⁹⁰ Prodigia , et mores urbis damnante ⁹¹ Canopo.
Immemor ⁹² illa domus , et conjugis , atque sororis , ⁸⁵
Nil patriae indulxit : plorantesque improba natos ,
Utque magis stupeas , ⁹³ ludos , ⁹⁴ Paridemque reliquit.
Sed quanquam in magnis opibus , ⁹⁵ plumaque paterna ,
Et ⁽⁹⁶⁾ segmentatis dormisset parvula cunis,

73 Aliae magno emunt concubum comoedorum, soluta fibula... 74 Quia virilia coercent, ut abstineant à Venere , et vocem conservent : vide quae ad Martialis epigr. 81. lib. 7. 75 Aliae citharoedum pellicunt ad libidine, cuius usu raucescit. 76 Ut maritus caste ametur. 77 Citharoedus item. 78 Qui in choro tibii canit. 79 Erige per vicos, ò nobilis , pulpita , in quibus nuptiarum ludi agantur... 80 Frondibus , et ramis laureis ad celebratatem nuptiarum ornato postes , et januam , ut in gremium tuum effundat moecha uxori liberos ex gladiatore aliquo, citharoedo , seu histrione. Ironica permissio satis amara. 81 Nobilis , vel lanista è nobili facte , ut Lentulus , cui ex tuis gladiatoribus pariat uxor tot gladiatores. 82 Lecto , vel cunis velo cooperitis , ad arcendos culices , quod velum conopeum dicitur , à *nérwū* , culex. 83 Vultu , et imagine referat. (*) 84 Fabricio

Vejentoni, de quo Sat. 4. v. 123.
nupta Hippia , quod nomen fictum esse vult Nicolaus Loensis , ab *ιππίας* , propter libidinem : Scilicet ante omnes furor est insignis equarum. Virgil. 3. Georg. 85 Sergium gladiatorem. 86 Insulam Alexandriae junctam ponte. 87 Fluvium Aegypti. 88 Proper luxum , et molles delicias infamia. 89 Alexandriam à Lago patre Prothomaci , qui Alessandro in Aegypto , et Africa successit , regnatam. 90 Prodigioum hanc Hippiae , et urbis nostrae libidinem execrantibus ipsis Aegyptiis lascivis. 91 Civitate Aegypti impurissima , Sat. v. 26. 92 Hippia. 93 Circenses , quos omni Romanoruia condizione maxima in votis , et deliciis es e , ubique arguit. Sat. 10. v. 81. Sat. 11. v. 53. 94 Sceanicos ludos : fuit autem Paris pantomimus Domitiano chorus , Juvenali exilio causa. 95 Moilli , et tenera educatione.

(*) Se parezca a Eurialo : saque las jacciones de etc.

(96) Confectis ex tenuissimis ligni segmentis divers. colorum.

Contempsit pelagus : (*) famam contempserat olim, 90
Cujus apud molleis minima est jactura ⁹⁷ *cathedras*
⁹⁸ *Thyrrenos igitur fluctus*, ⁹⁹ lateque sonantem
 Pertulit Jonium constanti pectore , quamvis
 Mutandum toties esset mare: justa pericli
 Si ratio est, et honesta, timent, pavidoque gelantur 95
 Pectore , nec tremulis possunt insistere plantis;
Fortem animum praestant rebus, *quas turpiter audent.*
 Si jubeat conjux , durum est concendere navim :
 Tunc ¹ sentina gravis , tunc summus ² vertitur aér.
 Quae moechum sequitur , stomacho valet : illa ma-
 ritum 100
 Convomit, haec inter nautas , et prandet , et errat
 Per puppim , et duros gaudet tractare rudentes.
 Qua tamen exarsit forma ? qua capta juventa est
Hippia? quid vidit , propter quod ³ Ludia dici
 Sustinuit ? nam ⁴ Sergiolus jam ⁵ radere guttur 105
 Cooperat , et ⁶ secto ⁷ requiem sperare lacerto.
 Praeterea multa in facie deformia , sicut
 Attritus galea , mediisque in naribus ingens
 * Gibbus , et acre malum semper stillantis ocelli :
 Sed gladiator erat , facit hoc illos ⁸ Hyacinthos: 110
 Hoc pueris , patriaeque , hoc praetulit illa sorori,
 Atque viro : ferrum est quod amant : ⁹ hic Sergius idem

97 Foeminas , quae mollibus ca-
 thedris vectantur , aut sedent.
 Cathedra n. propriæ est sella mu-
 liebris , quæ discreta à virili.
 Lips. 1. Elect. 98 Fluctus ma-
 ris inferi à Tyrrheno litore no-
 minati. 99 Maris Jonii fluctus.
 1 Tunc fundum navis grave o-
 lens nauseam movet. 2 Verti-
 gine rotatur , et omnia sursum
 verum ferri videntur. 3 Ludii
 amica. 4 Diminutiyus a Sergius.
 5 Barbatus erat , et Senior. Vide
 217. v. infra. 6 Saucio , vel mu-
 tilo ex insectis nervis. 7 Ru-

dem , et missionem à munere
 gladiatorio. * Catachresis. 8 For-
 mosissimos videri amasios , qua-
 lis erat Hyacinthus puer Appol-
 lini dilectus. 9 Quod si idem
 Sergius rudem , id est , gladium
 è ligno , Polyb. ξύλινων μάχαι-
 ραν. Dionys. ξύλινος ξύλινην , ba-
 culum , seu virgam signum mis-
 sionis à gladiatura impetraret ,
 statim et Hippiae deformis visus
 desereretur , ut prior maritus Ve-
 jento.

(*) Pues ya habia tiempo que vivia olydada del honor , del qual se hace bien poca , ó ninguna cuenta en los estrados.

Accepta rude coepisset Vejento videri.
 10 Quid privata domus , quid fecerit Hippia , curas?
 Respice 11 rivales divorum: Claudius , audi, 115
 Quae tulerit : dormire virum cum senserat 12 uxor,
 Ansa 13 Palatino 14 tegetem praferre cubili,
 Sumere nocturnos meretrix 15 Augusta 16 cucullos,
 * Linquebat , comite ancilla non amplius una ;
 Et 17 nigrum flavo crinem abscondente galero, 120
 Intravit 18 calidum veteri centone lupanar,
 Et cellam 19 vacuam , atque suam : tunc nuda papillis
 Constitut 20 auratis , 21 titulum mentita Lyciscae,
 Ostenditque 22 tuum, 23 generose Britannice, ventrem.
 Excepit blanda intrantes , atque aera poposcit. 125
 Mox lenone suas jam 24 dimittere puellas
 Tristis abit : sed , quod potuit , tamen ultima cellam
 Clausit , adhuc ardens rigidæ tentigine vulvae,
 Et resupina jacens multorum absorbuit ictus,
 Et lassata viris , nondum satiata , recessit, 130

10 *Transitio.* 11 Imperatores , qui divi haberí volunt: vel respice , quot , et quales adulteros admiserit Messalina rivales Claudi Imperat. Vide Tac. Ann. 11.
 12 Messalina. 13 Imperatorio.
 14 Matram , quae centone coperta pro lecto erat: ali pro Lupanari ipso suntum. 15 Cæsarea , Imperatoria. 16 Ne cognosceretur. * Cubile Imperatoris , Claudi scil. mariti. 17 Meretricio flavo galero , seu galericulo è crine flavo , qui meretricium color est , factitio , et adscititio nigrum crinem matronalem abscondente , ut publica meretrix videretur: moechos obtecto capite cucullo per lupanaria nocte vagari solitos notum ex historiis. Quin et meretrices obnuptas fuisse non novum. Tertullian. de cultu foeminarum , *Thamar ille* , etc. 18 Frequentatum , vel calidum à Lycisca rezens egressa: vel à centone cælorem retinens. 19 Egressa Ly-

cisca , quae interdiu eam habuerat , quam ad noctis usum Messalina conduxerat in suam. 20 Ornatis auro , vel sindonio conexo aureis annulis: sic etiam Heliogabalus γυναῖς ἵπται τὸ θύρας τῷ πόρεις ἐγένετο , καπτεραι πόρεναι ναὶ τὸ σινδόνιον χρυσοῦς εἴγηρημένον διατί οὐ τὰς παριόντας κροτεται πιστόμενος . Xiphilin. Heliog. nisi forte sindonium illud intelligatur rectius de velo , quod lupanaribus , et cauponis oppan-debatur , atque annuli sint illi , per quos velum adducitur , et reducitur. 21 Praefigens cellae nomen Lyciscae , quam se profitebatur: fronti autem lupanaris praescriptum erat stupri pretium cum nomine meretricis. 22 Unde tu ortus eras. 23 Forte ironice , cuius pater ganeo necio quis fuerit ex vago concubitu. 24 Quod sub noctem medium sit.

- 25 Obscurisque genis turpis , fumoque lucernae
 Foeda lupanaris tulit ad pulvinar odorem.
 26 Hippomanes , carmenque loquar , coctumque venenum ,
 Privignoque datum ? 27 faciunt graviora coactae
 Imperio sexus , minimumque libidine peccant. 135
 28 Optima sed quare Caesennia teste marito?
 29 Bis quingenta dedit , tanti vocat ille pudicam.
 Nec 30 Veneris pharetris macer est , aut lanipade fervet :
 31 Inde faces ardent : 31 Veniunt à dote sagittae.
 32 Libertas emitur : 33 coram licet innuat , atque 140
 Rescribat , 34 vidua est locuples , quae nupsit avaro.
 * Cur desiderio Bibulae Sertorius ardet ?
 Si verum excutias , Facies , non uxor amatur .
 Tres rugae subeant , et se cutis arida laxet ;
 Fiant obscuri dentes , oculique minores : 145
 ** Collige sardinulas , dicet libertus , et exi :
 Jam gravis es nobis , et saepe emungeris , exi
 Ocius , et propera , 35 sicco venit altera naso.
 36 Interea 37 calet , et regnat , poscitque maritum

25 Et deturpata facie fuligine spurcas lucernae (prostabant autem meretrices ad lucernas : vide Martialis epigr. 41. K.) tulit terrum lupanaris odorem ad lectum Imperatoris. 26 Quid dicam de philtiris , incantamentis , et veneficiis mulierum ? Est autem Hippomanes caruncula in fronte pulli de parti equae , vel quod flentis equae distillat ab inguine virus. (*) 27 Quod si incitentur odio , ira , vel aliquo alio affectu natio , cuius imperio facile obsequitur sexus iste , graviora audiunt scelerata , quam libidinem . 28 Objectio , cui responderet Poëta versu sequente . 29 Mille sesquiteria . 30 Non sagittis , et facie amoris ardet , sed... 31... A dote amor ejus . 32 Libertatem agendi , quae velit , dote magna

emit uxor , maritus vero dotem accepit , libertatem vendidit : πεντα την γυναικα καροταν λαβων , ηχη διδονιγχο , & γυναικειο , etc. Anaxandrides apud Stobaeum . 33 Etiam coram marito licet uxori dotatae innuere moecho , atque literis ejus rescribere . 34 Ordo est , locuples , quae nupsit avaro , est vidua , id est , sui juris est , et ex suo arbitrio vivit , tanquam vidua . * Objectio altera , cui respondet Poëta versu sequenti . ** Formula à re militari translata ad divortium , cujus formula : Res tuas tibi habeo , res tuas tibi agito . 35 Altera uxor adolescentula superveniet . 36 Quandiu autem annis , et forma floraret . 37 Viget , et imperat .

(*) ιωνοματις componitur ex ιωνισ , equus , et ex γανιξ , futor : quod hac caruncula veneficæ homines vertant in furorem .

Pastores, et ³⁸ ovem Canusinam, ³⁹ ulmosque Falernas. 150

⁴⁰ Quantulum in hoc ? pueros omnes, ⁴¹ ergastula tota,
Quodque domi non est, et habet vicinus, ematur.
⁴² Mense quidem brumae, cum jam mercator ⁴³ Jason
⁴⁴ Clausus, et ⁴⁵ armatis obstat casa candida nautis,
Grandia ⁴⁶ tolluntur crystallina, maxima rursus 155
⁴⁷ Myrrhina, deinde ⁴⁸ adamas notissimus, et Berenices
In digito factus pretiosior: ⁴⁹ hunc dedit olim
Barbarus incestae, dedit hunc Agrippa sorori,
⁵⁰ Observant ubi festa mero pede sabbata reges,
Et ⁵¹ vetus indulget ⁵² senibus clementia porcis. 160
* Nullane de tantis gregibus tibi digna videtur?
Sit formosa, decens, dives, foecunda: vetustos
Porticibus disponat ⁵³ avos, intactior omni
Crinibus effusis ⁵⁴ bellum dirimente Sabina;
Rara avis in terris, nigroque simillima cygnus: 165
Quis feret uxorem, cui constant omnia? malo:
Malo ⁵⁵ Venusinam, quam te, ⁵⁶ Cornelia mater

³⁸ E Canusio in Apulia oves,
et lanam optimam. ³⁹ Vinum,
viles Falernas, quas ulmi sus-
tentant. ⁴⁰ Hoc parum est.
⁴¹ Poscit servos omnes ex er-
gastulis. ⁴² Decembri, quo
Bpaxv est *īuxa*. ⁴³ Argonau-
tae nomen pro quovis mercato-
re. ⁴⁴ Domi, propter gelu, et
glaciem. ⁴⁵ Instructis, et ac-
cinctis ad navigandum ex imperio
uxoris importunae obstat casa
nive candida nautis. ⁴⁶ Per ma-
re petuntur vasa crystallina. ⁴⁷
Pocula è myrra: Vide Mar-
tial. epigram. 113. lib. 14. et quae-
nos ibi. ⁴⁸ Pretiosissimus lapis,
et ille notus ex munere Agrip-
pae. ⁴⁹ Quem Agrippa rex Ju-
daeorum dedit incestae sorori
Berenice. ⁵⁰ In Iudea, ubi
nudis pedibus sacra peragunt:
quod Mosi Deus praecepit, ut
calceamenta solverent, etc. Be-
renice a. nudipes, et capillos
rasa venit Hierosolymam Deo vo-
ta, pro salute solutura. Joseph.

lib. 2. Judaici belli, et Egesip-
pus. *Hinc forte iujus digressio-*
nis causa ad mores fugaeorum fa-
cta Berenices mentione. ⁵¹ Ex
divino instituto, et lege, quod
animal esset imminundum, ungu-
lam findens, non ruminans. Le-
vit. 11. 7. non, ut falso Tacitus
⁵² historiarum, in memoriam
cladis, quod ipsos scabies quon-
dam turpaverat (idem etiam men-
tito Justino lib. 36.) cui id ani-
mal obnoxium. ⁵³ Senescunt
nempe, ut quibus vesci Jadaeis
non liceat. * *Procatalepsis.* ⁵⁴ Imagines
majorum cereas, quas
in porticibus, et atriis ordine
disponere solebant. ⁵⁵ Sabinae
rapiae origo belli, eadem utram-
que aciem intervenientes belli
modus, et foederis inter Ta-
tium, et Romulum extitere. ⁵⁶
Pauperem, et ignobilem uxo-
rem ex Apulia. ⁵⁶ Scipionis Af-
ricani filia, Cornelia Gracchi u-
xor, Caii, et Tiberii Gracchii
rum mater. Grae-

Gracchorum , si cum magnis virtutibus affers
 Grande ⁵⁷ supercilium , et ⁵⁸ numeras in dote triumphos.
⁵⁹ Tolle tuum precor Hannibalem , victumque Syphacem
 In castris , et (*) cum tota Carthagine migra. 171
⁶⁰ Parce , precor , ⁶¹ Paean , et ⁶² tu depone sagittas,
 Nil pueri faciunt , ipsam configite ⁶³ matrem,
⁶⁴ Amphion clamat : sed Paean contrahit arcum.
 Extulit ergo ⁶⁵ gregem natorum , ipsumque parentem ,
 Dum sibi nobilior ⁶⁶ Latona gente videtur , 176
 Atque eadem ⁶⁷ scrofa Niobe foecundior alba.
 Quae tanti gravitas ? quae forma , ⁶⁸ ut se tibi semper
 Imputer ? bujus enim rari , summique voluptas
Nulla boni , quoties animo corrupta superbo 180
⁶⁹ Plus ⁷⁰ aloes , quam mellis habet. Quin ⁷¹ deditus autem
 Usque adeo est , ut non illam , quam ⁷² laudibus effert ,
⁷³ Horreat ? inque dies ⁷⁴ septenis oderit horis?
 Quaedam parva quidem , sed non toleranda maritis:
 Nam quid rancidius , quam quod se non putat ulla 185
 Formosam , nisi quae ⁷⁵ de Thusca Graecula facta est?

⁵⁷ Superbiam , et fastum , quae
 appareat in supercilio. ⁵⁸ Si
 propter triumphos majorum tuo-
 rum , non secus ac si magna dos
 esset , mihi imperiosa insultes.
⁵⁹ Tolle jactationes de Hanni-
 bale , Syphace , et Carthagine à
 tuis devictis , et secede. ⁶⁰ Im-
 mo mulierum insolentia quan-
 doque vel in ipsos Deos insur-
 git , accersitque divinam vindic-
 tam in se , suosque , atque hinc
 illa Amphionis deprecatio cla-
 mantis: *Parce , precor.* Vide fab.
 1. l.6. Met. Ovid. ⁶¹ Apollo (**)
 à πάντα , ant πάντα τὰς αὐγὰς ,
 aut exclamacione ιππι. ⁶² Dia-
 na. ⁶³ Nioben Tantali filiam ,
 uxorem Amphionis. ⁶⁴ Jovis

ex Antiope filius , Thebanus. ⁶⁵
 Quatuordecim numero , filios se-
 ptim , totidemque filias. Vide
 Aelianum variae historiae lib. 12.
 cap. 36. ⁶⁶ Apolline , et Diana
 Jovis ex Latona filiis. ⁶⁷ Quac-
 triginta capitum faetus enixa Vir-
 gili Aeneid. 3. et 8. ⁶⁸ Ut suas
 virtutes , aut formam tibi utique
 objiciat ? ⁶⁹ Plus habet amari-
 tudinis superbia ejus , quam est
 dulcedinis ex gravitate morum ,
 et forma. ⁷⁰ Herbae amarissi-
 mi succi. ⁷¹ Tam indulgens , et
 uxorius? ⁷² Propter virtutes.
⁷³ Ob superbiam. ⁷⁴ Majore
 diei parte , eum quinque tantum
 horae ex duodecim amori super-
 sunt. ⁷⁵ De Itala Graeca facta.

(*) *T' vere en hora buena con toda tu curia o. In voce migra aliudit Poëta ad migrationem , quam Romani Carthaginiensibus de- nuntiarunt , qua recusata , nobilissimam urbem Africæ , Romani Imperii aemulam , incendio deleverunt.*

(**) *Medcri , seu levare tristitiam.*

De ⁷⁶ Sulmonensi mera ⁷⁷ Cecropis. ⁷⁸ Omnia Graece,
⁷⁹ Cum sit turpe nostris nescire Latine.
Hoc sermone pavent, hoc iram, gaudia, curas,
Hoc cuncta effundunt animi secreta. Quid ultra? ¹⁹⁰
Concubunt Graecè. ⁸⁰ Dones tamen ista puellis;
Tune etiam, quam sextus, et octogesimus annus
Pulsat, adhuc Graece? non est hic sermo pudicus
In vetula, quoties lascivum intervenit illud,
⁸¹ οὐδὲ ναὶ ψυχὴ. ⁸² Modo sub lodice relictis ¹⁹⁵
Uteris in turba: ⁸³ quod enim non excitet inguen
Vox blanda, et nequam? ⁸⁴ digitos habet, * ut tamen
omnes

(*) Subsident pennae. Dicas haec; mollius ⁸⁵ Oemo,
Quamquam et ⁸⁶ Carpophoro, facies tua computat annos
** Si ⁸⁶ tibi legitimis pactam, junctamque tabellis ²⁰⁰
Non es amaturus, ducendi nulla videtur
Causa, nec est quare coenam, et ⁸⁷ (**) mustacea perdas,
⁸⁸ Labente officio, crudis donanda, ⁸⁹ nec illud,
Quod prima pro nocte datur, cum lance ⁹⁰ beata
⁹¹ Dacicus, et scriptor radiat Germanicus auro. ²⁰⁵

76 Sulmo oppidum Pelignorum.
77 Attica: à Cecrope primo Athenarum rege. 78 Omnia Graece scil. proferunt. 79 Cum Latinis conveniat magis Latine: videtur allusisse ad Ciceronis illud in Bruto: *Non enim tam praelazrum est scire Latine, quam turpe nescire.* 80 Tolerabilius hoc in puellis, tu vero quam etc. 81 *Mea vita, mea aquila.* Vide Martial. epigr. 68. I. 10. 82 Verba haec, quibus in lascivis complexibus sub lodice, et stragulo usa es, in publicum profers. 83 Cujus libidinem non incendit?
84 Lascivia verborum non segnius incitat, quam manus palpatio. * Quod si omnes adhibueris vocis, ingenique nervos, et artes ad irritandam Venerem, et ut placeas; rugosa tamen facies

te annosam prodit. Vide Martial. epigr. 23. lib. 6. 85 Mimo nobilissimo. ** Dilemma, aut amaturus es, aut non: *Si non amaturus es, cur ducis?* *Si amaturus, miser eris.* 86 Spensalibus tabulis legitimis contractis. 87 Ciuria dulcia musto conspersa, quae sub fine convivis dari in nuptiis solita. 88 Discedentes jani, qui officii nuptialis gratia convenerant, vel, labente officio stomachi, quia addit crudis donanda. 89 Nec est, cur perdas illud, quod depositae virginitatis praemium novae nuptiae a marito prima nocte datur. 90 Divite. 91 Nummi aurei signati imagine Domitiani, Dacici, et Germanici cognominati ob victories Dacorum, et Germanorum.

(*) Etiam si nimis te libido pungat, excitet.
(**) Los Dulces.

* Si ⁹² tibi simplicitas uxoria , deditus unī
Est animus , submitte caput cervice parata
Ferre jugum , nullam invenies , quae parcat amanti.
** Ardeat ipsa licet , tormentis gaudet amantis ,
Et spoliis. Igitur longe minus utilis illi 210
Uxor , quisquis erit bonus , optandusque maritus.
Nil unquam invita donabis conjugē : vendes
Hac obstante nihil : nihil , haec si nolit , emetur
Haec dabit affectus , ille excludetur amicus
Jam senior , cujus ⁹⁴ barbam tua janua vidit. 215
** Testandi cum sit lenonibus , atque lanistis
Libertas , et juris idem contingat ⁹⁶ arenae:
** Non unus tibi ⁹⁸ rivalis dictabitur haeres.
** Pone crucem servo : ¹ meruit quo criminē servus
Supplicium ² quis testis adest? quis detulit? audi: 220
Nulla unquam de morte hominis cunctatio ² longa est.
3 O demens , ⁴ ita servus homo est? ⁵ nil fecerit , esto,
Hoc volo , sic jubeo , sit pro ratione voluntas.
Imperat ergo viro : sed mox ⁶ haec regna relinquit,
Permutatque domos , et ⁷ flammea conterit , ⁸ inde 225
Avolat , et spreti repetit vestigia ² lecti.
Ornatas paulo ante fores , pendentia linquit
* Vela domus , et adhuc ⁹ virides in limine ramos.

* Alterum argumenti mem-
brum. 92 Si simpliciter uxoris
sis , velisque uxori in omnibus
morem gerere. 93 Ipsa licet te
redamet ; gaudet tamen te tor-
quere molestiis , et spoliare bo-
nis. 94 Primam , qui ab adoles-
cente te patronum coluit. Ju-
venes enim barbam alebant ad
aetatis annum xxi. deinceps ra-
debantur. 95 Testamento con-
dendi. 96 Gladiatoribus. 97 Ex
edicto tamen uxoris cogeris in-
scribere haeredes è rivalibus tuis
non paucos. 98 (*) *Avt̄ ep̄aſt̄*,
proprie , qui eundem rivum habet
communem. 99 *Uxor jubet ser-*

vum cruci affigere. 1 *Tu qua-
ris.* 2 Nimis longa potest esse.
3 *Ait uxor.* 4 In tantum homo
est servus? 5 Esto , quod nil ad-
misericet , affigatur tamen. 6 Has
aedes cum marito , ubi regnavit
imperiosa. 7 Saepius nubendo
terit : *vel* priora lacerat , et nova-
sumit flammea , id est , vela-
menta rubei coloris , quibus no-
vae nuptiae caput cooperiebatur.
8 A secundo illo ad alium , et
mox ad alium , et quandoque re-
vertitur ad primum maritum. 9
Quibus ornari solebant limina in
festivitate nuptiali , supra v.80.

(*) *Avt̄ ep̄aſt̄* quasi contra aliquem *amator* : componitur ex
ārta , *adversus* , et *ipaw* , *amo*.

Sic

Sic crescit numerus , sic fiunt ¹⁰ octo mariti ,
¹¹ Quinque per autumnos : ¹² titulo res digna sepulchri.
Desperanda tibi salva concordia socrū : ²³¹
Illa docet spoliis ¹³ nudi gaudēre mariti
Illa docet missis à ¹⁴ corruptore tabelis
Nil rude , nil simplex rescribere : decipit illa
¹⁵ Custodes , aut aere domat , tunc ¹⁶ corpore ²³⁵
Advocat ¹⁷ Archigenem , ¹⁸ onerosaque pallia jactat.
Abditus interea latet et secretus adulter,
Impatiensque morae pavet , et ¹⁹ praeputia dicit.
Scilicet expectas , ut tradat mater honestos ,
Aut alios mores , quam quos habet ? ²⁰ Utile porro ²⁴⁰
Filiolam turpi vetulae producere turpem.
²¹ Nulla fere causa est , in qua non foemina litem
Moverit , accusat ²² Mamilia , si rea non est.
Componunt ipsae per se , formantque ²³ libellōs ,
²⁴ Principium , atque locos ²⁵ Celso dictare paratae. ²⁴⁵
²⁶ Endromidas Tyrias , et foemineum ²⁶ cerōma
Quis nescit ? aut quis non vedit vulnera ²⁷ pali ,
Quem cavat assiduis sudibus , scutoque lacessit ,
Atque omnes implet ²⁸ numeros ? dignissima prorsus
²⁹ Florali matrona tuba : nisi si quid in illo ²⁵⁰
Pectore plus agitat , ³⁰ veraeque paratur arenae.
Quem praestare potest mulier ³¹ galeata pudorem ,

¹⁰ Nec n. ultra octavum licebat illi nubere : *Non consulim sed maritorum numero annos suos computant*, etc. *Seneca 3. de Beneficiis 16.* ¹¹ Quinque annis. ¹² Ironico , sepulchris a mulierum inscribebantur maritorum nōmina. ¹³ Ad paupertatem redacti ex sumptu , et nequitia uxoris. ¹⁴ Moecho. ¹⁵ Adhibitos à marito , qui uxorem suspectam obseruant , et custodiant. ¹⁶ Filiae , quae sana cum sit , aegritudinem simulat. ¹⁷ Medicum. ¹⁸ Abjicit à filia , tanquam aegra , nec suffire valente. ¹⁹ Magistrorum. ²⁰ Quaestum facit ex filiae adulteriis. ²¹ In foro etiam causas agunt mulieres. ²² Meretrīx , cui Hostilius

Mancinus aedilis Curulis diem dixit , quod ab ea lapide nocti percussus sit. *Agel. 4. 14.* ²³ scripta , quibus actio instituitur. ²⁴ Exordium , atque locos arguentorum. ²⁵ Oratori , et jurisconsulto nobili. ²⁶ Vide Satyr. 3. v. 103. et 68. has a. purpureas , et molliores. ²⁷ Ad quem in terra defixum foeminae se exercent , tanquam tirones , ut simulata pugna feriendi , recedendi , veram disciplinam ediscant. *Vegetius. 28 Motuum* , et exercitationum militarium. ²⁹ Ut tubae sonitu vocata nudato corpore in Florilib. discurrat. ³⁰ Ad veram gladiaturam in arena. ³¹ Cui frontem perficuit galea.

Quae fugit à sexu , ³² vires amat ? haec tamen ipsa
 Vir nollet fieri : nam ³³ quantula nostra voluptas ?
³⁴ Quale decus rerum , si conjugis auctio fiat: ²⁵⁵
 Balteus , et ³⁵ manicae , et ³⁶ cristae , ³⁷ crurisque sinistri
 Dimidium tegmen : vel si ³⁸ diversa movebit
 Praelia , ³⁹ tu felix ocreas vendente puella.
⁴⁰ Hae sunt , quae tenui sudant in ⁴¹ cyclade , ⁴² quarum
 Delicias , et pauniculus bombycinus urit. ²⁶⁰
 Aspice , quo fremitu monstratos perferat ictus ,
 Et quanto galeae curvetur pondere , ⁴³ quanta
 Poplitibus sedeat , ⁴⁴ quam denso fascia libro;
 Et ride , ⁴⁵ scaphium positis cum sumitur armis.
 Dicite vos , ⁴⁶ neptes Lepidi , caecive Metelli , ²⁶⁵
 Gurgitis , aut Fabii , quae ⁴⁷ Ludia sumpserit unquam
 Hos habitus ? quando ad palum gemat uxor ⁴⁸ Asyli ?
 Semper habet lites , alternaque jurgia lectus ,
 In quo nupta jacet : minimum dormitur in illo.
 Tunc gravis illa viro , tunc ⁴⁹ orba tigride pejor , ²⁷⁰
 Cum simulat gemitus occulti conscientia facti ,
 Aut odit ⁵⁰ pueros , aut ficta pellice plorat ,
⁵¹ Uberibus semper lacrymis , semperque paratis
⁵² In statione sua , atque ⁵³ expectantibus illam ,
 Quo jubeat manare modo : tu credis amorem. ²⁷⁵

³² Virilia exercitia , et arma .
³³ Prae foeminea : notum est
 Tyresiae arbitriu super con-
 tentione Jovis cum Junone , Me-
 tam . 3. ³⁴ Quaiis erit mundus ,
 et ornatus muliebris , si venalis
 exponatur gravis armatura illius
 tanquam Samnitis gladiatoris .
³⁵ Manuum tegmina . ³⁶ Galearum
 pinnae . ³⁷ Protendebant enim
 milites sinistrum pedem in pu-
 gna , quem adversus hostium i-
 crus ferro tegebant . ³⁸ Retia-
 riiorum , mirmillonum , et varia
 genera pugnae . ³⁹ O te felicem ,
 cuius uxor crurum armaturas ha-
 bet , quas vendat . *Ironicē* . ⁴⁰
 Et tamen hae sunt , quae... ⁴¹
 Levi , et tenuissimo velamento

rotundo . ⁴² Quarum delicatum
 corpus gravant vestes bombyci-
 nae . ⁴³ Dum genua flectit reclin-
 ato corpore ad evitando ictus .
⁴⁴ Quam denso volumine repli-
 cetur illi succincta fascia . ⁴⁵
 Matella . ⁴⁶ Matronae nobilis-
 simis oriundae viris , Lepido ,
 Metello caeco , ad v. 139. Sat . 3.
 et Fabio Gurgite cognominato à
 devorato patrimonio . ⁴⁷ Uxor
 Ludii alicuius . ⁴⁸ Gladiatoris .
⁴⁹ Orba catulis , qua nullum ani-
 mal truculentius : vide quae ad
 18. epigr. Martial. lib. 1. Spectac.
⁵⁰ Mariti , vel servos insectatur .
⁵¹ Abundantibus . ⁵² Metapho-
 ra à militib . ⁵³ Quasi signum
 ab illa datum .

Tu

Tu tibi tunc ⁵⁴ curruca places; fletumque labellis
⁵⁵ Exsorbes, quae scripta, et quas lecture tabellas,
Si tibi ⁵⁶ zelotypae retegantur scrinia moechae.
Sed ⁵⁷ jacet in servi complexibus, aut equitis: dic,
Dic aliquem sodes, dic, ⁵⁸ Quintiliane, colorem. ²⁸⁰
⁵⁹ Haeremus: ⁶⁰ dic ipsa: ⁶¹ olim convenerat, inquit,
Ut faceres tu, quod velles, necnon ego possem
Indulgere mihi: clames licet, ⁶² et mare coelo
Confundas: ⁶³ homo sum: ⁶⁴ nihil est audacius illis
Deprensis; iram, atque animos ⁶⁵ à crimine sumunt. ²⁸⁵
⁶⁶ Unde haec monstra tamen, vel quo de fonte requiris?
Praestabat castas humilis fortuna Latinas
Quondam, nec vitiis contingi parva sinebat
Tecta labor, somnique breves, et ⁶⁷ vellere Thusco
Vexatae, duraeque manus, ac ⁶⁸ proximus urbi ²⁹⁰
Annibal, et ⁶⁹ stantes Collina in turre mariti.
Nunc patimur longae pacis mala: saevior armis
Luxuria incubuit, ⁷⁰ victumque ulciscitur orbem.
Nullum crimen abest, facinusque libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit: ⁷¹ hinc fluxit ⁷² ad istos ²⁹⁵,

⁵⁴ Ut avis illa cuculi ova pro
suis sovet, ita tu suppositos,
et alienos liberos pro tuis aliens,
etc. ⁵⁵ Dum ipsam osculatus
consolari. ⁵⁶ Quae adulterii
sibi male conscientia, scelus suum
ut tegat, te suspicione pellicis
vexat. ⁵⁷ Si deprehensa sit.
⁵⁸ Dic, ò oratorum dissertissime
colorem aliquem, vel ratio-
nem ad defensionem, vel excu-
sationem sceleris. ⁵⁹ Non ha-
beo, inquit orator, quo possim
excusare. ⁶⁰ Dic ipsa, inquit
maritus, vel Poëta, ⁶¹ Verba u-
xor. ⁶² Omnia: vide Sat. 2.
vers. 25. quod Lucianus dicit,
τι γα τον ζερν αναμειχθαι,
in Prometheus. ⁶³ Mulier nata
sum, inquit illa, cui per sexus
Imbecillitatem errare in proclivi

est. ⁶⁴ Haec Poëta. ⁶⁵ E de-
prendo crimine major prorum-
pit malitia, et impudentia. ⁶⁶
Quae tandem causa est prodigio-
sae hujus neguitiae? otium scilicet
opulentia, et luxus. ⁶⁷ Tractan-
do lanam Thuscam. ⁶⁸ Bella
prae foribus in Italia. ⁶⁹ In ex-
cubis ad portam Collinam, cum
Annibal tertio ab urbe lapide cas-
tra posuisset. ⁷⁰ Nos orbis vi-
ctores vicit luxuria. ⁷¹ Ex amis-
sa paupertate, victoriis nostris,
et rerum affluentia. ⁷² Ad se-
pem istos (alii Istris legunt,
non tamen ex hujus loci scopo)
Romae colles fluxere deliciae Sy-
baritarum, populi in ea Italiæ
parte, quae magna Graecia di-
cta est, omni deliciarum generè
effeminati.

Et Sybaris colles , hinc ⁷³ et Rhodos , et Miletos,
⁷⁴ Atque coronatum , et petulans , madidumque Ta-
rentum.

*Prima peregrinos ⁷⁵ obscena pecunia mores
Intulit , et turpi ⁷⁶ fregerunt saecula luxu
Divitiae ⁷⁷ molles : quid enim ⁷⁸ Venus ebria curat ? 300
Inguinis , et ⁷⁹ capitis quae sint discrimina , nescit.
Grandia ⁸⁰ quae mediis jam noctibus ⁸¹ ostrea mordet ,
Cum ⁸² perfusa mero spumant unguenta Falerno ,
Cum bibitur ⁸³ concha , (*) cum jam ⁸⁴ vertigine tectum
Ambulat , et ⁸⁵ geminis exsurgit mensa lucernis , 305
I nunc , et dubita , qua sorbeat aera ⁸⁶ sanna
⁸⁷ Tullia , quid dicat notae ⁸⁷ Collacia ⁸⁸ Maurae ,
Maura ⁸⁹ Pudicitiae veterem cum praeterit aram.
Noctibus hic ⁹⁰ ponunt lecticas , micturiunt hic ,
Effigiemque deae longis ⁹¹ siphonibus implent , 310
⁹² Inque vices equitant , ⁹³ ac luna teste moventur ;
Inde domos abeunt : ⁹⁴ tu calcas ⁹⁵ luce reversa
Conjugis ⁹⁶ urinam magnos ⁹⁷ visurus amicos .*

73 Luxuria Graeca , Asiatica ,
Miletos n. civitas est finibus Jo-
nniae , et Cariæ , in Asia minori ,
et Rhodos Insula in mari Carpa-
thio Cariæ adjacens . 74 Molli-
cies , et ebrietas Tarentinorum ,
qui coronati , et unguentis ma-
didi potabant : est a. Tarentum
civitas Calabriæ . 75 Metony-
mia effecti . 76 Corruperunt pris-
ci temporis frugalitatem , et pu-
dicitiam . 77 Ab effectu . 78 Li-
bidini addita ebrietas , libidino-
sa , et ebria mulier . 79 Oris :
fellatrices notat . 80 Quae Ve-
nus ebria . 81 Ad Venerem in-
stigantia , ut omnia conchylia ,
82 Vina unguentis miscentur , eo
invalescente luxuria , ut odorem
prodigum ex utraque corporis
parte caprarent . Si solitata sit .
Martial . 14. lib . 110. epigr . 83
Poculo capaci . 84 Circumvolvi

videtur : quod sit ubi turbidi spi-
ritus è ventriculo copiose ad ce-
rebrum ascendunt . 85 Ubi ocul-
orum nervis potu distentis , et
debilitate distrahuntur radii . 86
Τυγχάνω της λειχθόντος , καὶ μη
ζέσους λεοβίαδος . 87 Μύζηρις
88 Εταιριζόμενης
89 Deae pudicitiae . Emphaticæ ,
cujus aram , vel pudicissime cul-
tam fuisse oportuit . 90 Con-
cuibunt . 91 Urina per vesicae ,
et naturæ meatus prorumpente
tanquam per siphonas , id est ,
fistulas , seu tubos . 92 Αφάν-
τοιλαι , καὶ παρὰ φύσιν ἀνδρί-
σοται . 93 Noctu quidem , sed
Luna teste . 94 O marite . 95
Mane proximo . 96 In Platea Pu-
dicitiae deae sparsam . 97 Salu-
taturus patronos .

(*) Quando ya con los vapores del vino comienza a andar la casa al redor , y a verse las luces multiplicadas .

- * Nota Bonae secreta Deae, cum tibia⁹ lumbos
Incitat, et cornu pariter, vinoque feruntur * 315
Attonitae, crinemque rotant¹ ululante Priapo
* Maenades. O quantus tunc illis mentibus ardor
Concubitus! quae vox saltante libidine! quantus
Ille³ meri veteris per crura madentia torrens!
* Lenonum ancillas posita⁴ Laufella⁵ corona 320
Provocat⁶, et tollit pendentis praemia coxae.
* Ipsa⁷ Medullinae frictum crissantis⁸ adorat,
* Palmam inter dominas virtus natalibus aequat.
Nil tibi per ludum simulabitur, omnia fient
Ad verum, quibus incendi jam frigidus aevo 325
* Laomedontiades, et¹¹ Nestoris¹² hernia possit.
Tunc prurigo morae impatiens, tunc¹³ foemina simplex,
Et pariter toto¹⁴ repetitus clamor ab antro,
* Jam fas est, admitte viros. Jam dormit adulter?
Illa jubet sumpto juvenem properare¹⁵ cucullo: 330
Si nihil est, servis incurritur: abstuleris spem
Servorum? Veniet conductus aquarius: hic si
Quaeritur, et desunt homines: mora nulla per ipsam,
Quo minus imposito clunem submittat asello.
Atque utinam ritus veteres, et¹⁹ publica saltem 335

98 Et novimus quam flagitiosa
sint secreta Bonae deae, de qua
in Sat. 2. v. 85. 99 Ad saltandum, al. ad libidinem, ut Persius Sat. 1. Cum carmina lumbum
Intrant. 1 Non minore scelestum rabie in his quasi Priapeis
feruntur, quam Bacchi sacerdotes in Bacchanibus. Alii legunt,
ulullaque Priapi Maenades, id
est, hae non minore ululatu in-
clamant Priapum, quam illa Bacchae Maenades Bacchum. 2 Fu-
rore percitae Bacchae à μάνις
θατ, id est, furere. 3 Οὐρέ τοι
τῆς μίθης, ναὶ πόθε τῷ ἀφροδίτῃ,
νικηψία. 4 Publicas meretri-
ces, et prostitutas. 5 Matrona.
6 Praemio certaminis nefandi
proposito. Respicit forte certa-
men, et palmam Messalinae, de
qua vide Plin. hist. lib. 10. c. 3.

7 Vincitque αἰσθάδες in um-
bratili, et muliebri hac κανινωπάνη.
8 Mox et ipsa Laufella. 9 Ma-
tronae, quae Val. Claudio nupsit.
10 Τυρεξ ἐπινειρομένη τριβη, λύ-
χο τε. 11 Et libidinis victoria
aequatur nobilitati generis. 12 Priamus filius Laomedontis jam
senior. 13 Grandaevus, et her-
niosus Nestor. 14 Cele, seura-
mex, ubi in intestina humor ali-
quis, vel omentum in scrotum
deciderit. 15 Non sufficit um-
bratilis opera δλισβε, virum ve-
re desiderat. 16 Ab omnibus
mulieribus. 17 Jam, ο Janitrix,
licet viris ingredi ad sacra haec
Bonae Deae. 18 Ne cognoscatur.
19 Γυναικῶν pro salute publi-
ca nuncupata.

His intacta malis agerentur sacra : sed omnes
 Noverunt ²⁰ Mauri , atque Indi , ²¹ quae psaltria penem
 Majorem , quam sint duo Caesaris ²² Anticatones ,
²³ Illuc , ²⁴ testiculi sibi conscius unde fugit mus ,
 Intulerit : ubi velari pictura jubetur , 340
 Quaecunque ²⁵ alterius sexus imitata figuram est .
 Et ²⁶ quis tunc hominum contemptor numinis ? aut quis
²⁷ Sympuvium ridere Numae , nigrumque catinum ,
 Et ²⁸ Vaticano fragiles de monte patellas
 Ausus erat ? sed nunc ad quas non ²⁹ Clodius aras ? 345
 Audio quid veteres olim moneatis amici :
³⁰ Pone seram , cohibe ; sed quis custodiet ipsos
 Custodes ? cauta est , et ab ³¹ illis incipit uxor .
 Jamque eadem summis pariter , minimisque ³² libido est ,
 (*) Nec melior , ³³ pedibus silicem quae conterit atrum ,
 Quam quae ³⁴ longorum vehitur cervice Syrorum . 350
 Ut spectet ³⁵ ludos , conducit ³⁶ Ogulnia vestem ,
 Conducit comites , sellam , cervical , ³⁷ amicas ,
 Nutricem , et ³⁸ flavam , cui det mandata , puellam .
 Haec tamen argenti superest quocunque paterni , 355

²⁰ Remotissimi sub sole Oc-
 cidente , et Oriente degentes .
²¹ P. Clodius sub specie , et
 habitu psaltriae ad constupran-
 dam Pompejam Caesaris uxorem
 ingressus est aedes Caesaris , in
 quibus peragebantur sacra Bon-
 ae deae , maribus non adeun-
 da . ²² Libri duo , quos Cae-
 sar scripsit contra Catonem Ut-
 censem , quem Cicero libro lau-
 daverat , cum vero complicati
 essent in modum cylindri , assi-
 milat eos Poëta peni . ²³ In
 aedes Praetoris , in quibus ce-
 lebrabantur sacra Bonae Deae . ²⁴
 Masculus mus , ²⁵ Masculi . Se-
 neca , epist . 97. Ita submotis ex-
 Ezra conspectum viris , ut picturae
 quoque masculorum animalium con-
 zegantur . ²⁶ Olim nemo religio-
 nem , ut ut simplicem , contemne-

re ausus est . ²⁷ Vas ligneum ,
 vel ut alii placet , fictile à Nu-
 ma in sacris adhibitum . Plin . I.
 35. cap . 12. Vide Junii animad-
 vers . lib . 2. cap . 10. ²⁸ Ficti-
 les ex argilla è monte Vaticano .
²⁹ Mocchi , Clodii similes , ³⁰
 Uxorem contine ; coörce domi
 clausam , atque adhibitis custo-
 dibus . ³¹ Castodibus . ³² Ne-
 que jam mulieres pauperes mi-
 nus furunt libidine , quam divites ,
 neque impensis parcunt magis .
³³ Nudis . Periphasis mulieris i-
 gnobilis , et pauperis . ³⁴ Proce-
 rorum ex Syria lecticariorum .
 Periphasis mulieris nobilis , et
 divitis . ³⁵ Circenses , et thea-
 trales . ³⁶ Ambitiosa paupercu-
 la . ³⁷ Tanquam clientas . ³⁸
 Pulchram , vel flavicomam ,

(*) Tan buenas son las que andan descalzas , como las que van en
 sillas de manos .

Laevibus athletis , ac vasa ³⁹ novissima donat.
 Multis res angusta domi est : ⁴⁰ sed nulla pudorem
 Paupertatis habet , nec se metitur ad illum,
 Quem dedit ⁴¹ haec , posuitque modum: tamen utile quid sit,
 Prospiciunt aliquando viri , ⁴² frigusque , fannemque 360
⁴³ Formica tandem quidam expavere magistra.
⁴⁴ Prōdigia non sentit pereu item foemina censem ;
 At velut exhausta ⁴⁵ redivivus pullulet arca
 Nummus , et è pleno semper tollatur acervo ,
 Non unquam reputat , quanti sibi gaudia constent. 365
 Sunt , quas eunuchi ⁴⁶ imbellies , ac mollia semper
 Oscula ⁴⁷ delectent , et ⁴⁷ desperatio barbae ,
 Et quod ⁴⁸ abortivo non est opus: illa voluptas
 Summa tamen , quod jam calida , et matura juventa
⁴⁹ Inguina traduntur medicis jam ⁵⁰ pectine nigro. 370
 Ergo expectatos , ac jussos ⁵¹ crescere primum
 Testiculos , postquam coeperunt esse bilibres ,
⁵² Tonsoris dāmno tantum rapit ⁵³ Heliodorus.
⁵⁴ Conspicuus longe , cunctisque notabilis intrat
 Balnea , nec dubie ⁵⁵ custodem vitis , et horti 375
 Provocat à domina factus spado : dormiat ille

39 Ultima , nec sibi quicquam
 reliqui facit. 40 Nulla tamen
 pudore paupertatis inhibetur , ne
 reprehendatur , et derideatur ab
 aliis , si cultus , et sumptus ul-
 tra fortunae suae modum vela
 pandat: *vel* non est pudica , et
 frugalis , uti decet pauperem.
 41 Paupertas. 42 De cultu , et
 victu solliciti sibi prospiciunt.
 43 Formica magistra , et exem-
 ple providentiae , et laboris. 44
 At foemina prodiga non consu-
 lit rei familiariter ruent. 45 Ex
 mortuo , consumptoque redi-
 vus renascatur. 46 Ad impaeg-
 nandum impotentes: coēunt c-
 enim , sed nihil emitunt. Scalig.
 Exercitat. 175. Sic Aëtius l. 6. (*)
^{si τεθλασμίοι πόλει ναι συντεξιας}

οὐ πέγονται. Et Polybius : περὶ γε-
 νῆς λαγνίεσσοι μὲν , ναι ἀφίσσοιν,
 σάγερ δέ , ναι ἀδενίς , ναι ἀ-
 γενόν. Vide , et Banlium de vera
 virginitate. Aphrodisaeum pro-
 blemat. l. 4. et Martialem epigr.
 67. l. 6. 47 Eunuchorum , qui
 imberbes , et laeves sunt inopia
 caloris , qui pilos creat. 48 Po-
 tione abortum faciente. 49 Tes-
 tes traduntur evellendi chirurgis ,
 quorum opus prius ad medicos
 pertinebat. 50 Crine pubescenti-
 te. 51 Ad justam magnitudi-
 nem , priusquam evellantur. 52
 Cui eunuchi imberbes nihil lu-
 cri afferunt. 53 Chirurgus. 54
 Et ille spado conspicuus longe.
 55 Priapum.

(*) Latine. Castrati aliquando et venerari appellantur.

Cum ⁵⁶ domina; sed tu ⁵⁷ jam durum, Posthume , jamque
Tondendum eunicho ⁵⁸ Bromium committere noli.
Si gaudet cantu : nullius ⁵⁹ fibula durat
⁶⁰ Vocem vendentis praetoribus : ⁶¹ organa semper 380
In manibus; ⁶² densi radiant testudine tota
Sardonyches : ⁶³ criso ⁶⁴ numerantur pectine chordae,
Quo tener ⁶⁵ Hedymeles operam dedit; hunc tenet, hoc se
Solatur, ⁶⁶ gratoque indulget basia plectro.
Quaedam de numero ⁶⁷ Lamiarum, ac nominis Appi 385
Cum ⁶⁸ farre , et vino ⁶⁹ Janum , Vestamque rogabat,
An ⁷⁰ Capitolinam deberet ⁷¹ Pollio ⁷² quercum
Sperare , et fidibus promittere : quid faceret plus
Aegrotante viro ? medicis quid ⁷³ tristibus erga
Filiolum stetit ante aram , nec turpe putavit 390
Pro ⁷⁴ cithara ⁷⁵ velare caput , ⁷⁶ dictataque verba
Protulit, (ut mos est) et aperta ⁷⁷ palluit agna.
Dic mihi nunc quaeſo , ⁷⁸ dic antiquissime divum,
Respondes his Jane pater ? (*) magna otia coelo.

⁵⁶ Tua, ô Ursidi, uxore, potius quam concubino , quem
τιοσσν αρδροσάθη διαρρήγεις. Joseph. Scaliger. in Catinum
vult tradere eunicho significare
ευρχίζων, id est, castrare, quasi dicat: Noli itaque tu, ô Posthume , castrare catamitum jam grandiore, ne forte uxori tuae usui sit. ⁵⁷ Pubescentem, et grandem concubinum tuum, pectine jam duro exoletum, nec diutius habendum inter comatos. ⁵⁸ Puerum delicatum, et comatum instar Bacchi intonsi, qui Bromius dicitur. ⁵⁹ Supr. v. 73. ⁶⁰ Citharoedi à Praetore ludos edente ad canendum conducti. ⁶¹ Instrumenta musica. ⁶² Gemmae copiosae ornant testudinem: vel digitii annulis, et gemmis radiantes pulsant testudinem. ⁶³ Plectro è calamo, vel pilis crispati. ⁶⁴ Percutiuntur. ⁶⁵ Citharoedus. ⁶⁶ In gratiam prior-

ris domini. ⁶⁷ Nobilium. ⁶⁸ Nobilium. ⁶⁹ Nobilium. Lamia a. familia originem duxit à Lamo Formiarum rege, et conditore. ⁷⁰ Sacrifici. ⁷¹ Vetera, et prima Romanorum numina. ⁷² In certamine musico à Domitianus inter alia Jovi Capitolino instituto. ⁷³ Citharoedus, et amasius suus. ⁷⁴ Coronam è quercu, quod praemium erat victoribus in quinquennali certamine triplici, musico, equestri, gymnico, à Domitianus in honore Jovis Capitolini instituto. Vide Martial. epigr. 54. l. 4. a. ⁷⁵ Utpote desperantibus. ⁷⁶ Ipso citharoedo. ⁷⁷ Rem divinam facere, et vota nuncupare, quod ex instituto veteri faciebant velati. ⁷⁸ A sacerdote verbis praeeunte. ⁷⁹ Subtimida, et dubia an votis extra agnæ feliciter responderent. ⁸⁰ Regnabat enim in Italia ante Saturnum, quem regno pulsum hospitio exceptit.

(*) Por cierto bien desocupados deben de estar los Dioses , quando responden á unas súplicas como estas.

Non est, (ut video) non est, quod agatur apud vos. 395
 Haec de comoediis te consultit, illa tragoeum
 Commendare volet, ⁷⁹ varicosus fiet aruspex.

Sed cantet potius, quam totam pervolet urbem
 Audax, et coetus possit quam ferre virorum,
 Cumque ⁸⁰ paludatis ducibus praesente marito 400
 Ipsa loqui ⁸¹ recta facie, ⁸² strictisque mamillis.
 Haec eadem novit quid toto fiat in orbe,
 Quid ⁸³ Seres, quid Thraces agant, secreta novercae,
 Et pueri: quis amet, quis decipiatur adulter:
 Dicet quis viduam praegnantem fecerit, et quo 405
 Mense, quibus verbis concumbat quaeque, modis quot.
⁸⁴ Instantem regi ⁸⁵ Armenio, Parthoque cometen
 Prima videt: famam, rumoresque illa recentes
 Excipit ad portas, quosdam ⁸⁶ facit; ⁸⁷ isse Niphaten
 In populos, magnoque illic cuncta arva teneri 410
 Diluvio, ⁸⁸ nutare urbes, subsidere terras,
 Quocunque trivio, cuicunque est obvia, narrat.

Nec tamen id vitium magis intolerabile, quam quod
⁸⁹ Vicinos humiles rapere, et concidere loris
⁹⁰ Exorata solet: nam si latratibus alti 415
 Rumpuntur somni: fustes huc ocios, inquit,
 Adferte, atque illis ⁹¹ dominum jubet ante feriri,
 Deinde canem: gravis occursu, teterrima vultu
 Balnea nocte subit: ⁹² conchas, et ⁹³ castra moveri
 Nocte jubet, ⁹⁴ magno gaudet sudare tumultu, 420
 Cum lassata gravi ceciderunt brachia ⁹⁵ massa,
 Callidus, et ⁹⁶ cristae digitos impressit aliptes,

⁷⁹ Dum multum, diuque stat
deos consulens, sanguine eras-
so, et melancholico in pedum
venas delabente fiet varicosus.
⁸⁰ Aphor. 21. ⁸¹ Paludamento
indutis, quod militaris impera-
toria vestis est. ⁸² Inverecun-
de, impudenter. ⁸³ Exertis è
sinu. ⁸⁴ Scythiae Asiaticae po-
puli. ⁸⁵ Exitium portendentem:
mutantem regna cometem. Luca-
nus 1. ⁸⁶ Romano nomini in-
fenso. ⁸⁶ Ipsa singit, spargit
que rumorem. ⁸⁷ Armeniae ma-

juris fluvium inundasse. ⁸⁸ Ter-
rae motu, et histu. ⁸⁹ Paupe-
res vicinos. ⁹⁰ Ne quid crude-
lius in eos statuat. ⁹¹ Domi-
num latrantis canis. ⁹² Vasa
ampla. ⁹³ Sarcinas, et instru-
menta balnearioria. Metaph. à mi-
litia. ⁹⁴ Ambitioso strepitu
servis molesta, vel, exercitio ad
sudorem excitandum. ⁹⁵ Plum-
bea, quam in balneis agitabant,
qui sudare volebant. ⁹⁶ Pu-
dendo.

Ac summum dominae femur ⁹⁷ exclamare coëgit.
 Convivae miseri interea somnoque , fameque
 Urgentur; tandem illa venit ⁹⁸ rubicundula , totum ⁴²⁵
⁹⁹ Oenophorum sitiens , plena quod ¹ tenditur urna
 Admotum pedibus , de quo ² sextarius alter
 Dicitur ante cibum rabidam facturus orexim ,
 Dum reddit , et terram ³ loto ferit intestino :
⁴ Marmoribus ⁵ rivi properant , aut lata ⁶ Falerno ⁴³⁰
⁷ Pelvis olet : nam sic ⁸ tanquam alta in dolia longus
 Deciderit serpens , bibit , et vomit : ergo maritus
 Nauseat , atque ⁹ oculis bilem substringit opertis.

Illa tamen gravior , quae cum discumbere coepit ,
 Laudat Virgilium , ¹⁰ periturae ignoscit Elisae , ⁴³⁵
 Committit vates , et comparat inde Maronem ,
 Atque alia parte in trutina suspendit Homerum:
 Cedunt grammatici , vincuntur rhetores , omnis
 Turba tacet , nec causidicus , nec praeco loquatur ,
 Altera nec mulier : verborum tanta cadit vis , ⁴⁴⁰
¹¹ Tot pariter pelves , et tintinnabula dicas
 Pulsari : jam nemo ¹² tubas , atque aera fatiget .
 Una ¹³ laboranti poterit succurrere lunae .
¹⁴ Imponit finem sapiens et rebus honestis .
 Nam quae docta nimis cupid , et facunda videri , ⁴⁴⁵
¹⁵ Crure tenus medio tunicas succingere deberet ,

⁹⁷ Crepitum concavae manus
 inter ungendum illisae edere , vel
 obscoenius quid poppysina . ⁹⁸
 A sudore , et balneis . ⁹⁹ Vas
 vinarium amplum . ¹ Impletur ,
 vel præbetur . ² Unum , et al-
 terum exhaustur sextarium , ut
 vomitu ventriculum lavet , et
 appetitum provocet . Vide Mar-
 tial. epigr. 79. l. 6. ³ Vomitu ,
 quo abluit , et purgat stoma-
 chum . ⁴ Per pavimentum mar-
 moreum . ⁵ Vomitus . ⁶ Quod
 hauserat , ut revomeret . ⁷ In
 quam evomuit . ⁸ Non secus ac
 serpens , qui natura vini avidis-
 simus . Plin. l. 10. c. 72. si in do-

lium ceciderit , bibit , et vomit ,
 vomit , et bibit . ⁹ Ut compes-
 cas vomitum , vel indignationem .
¹⁰ Ut quae non sine causa , vel
 quae ex amoris impatientia sibi
 mortem consciverit . ¹¹ In tan-
 tum sonora est . ¹² Nil opus
 est tubarum , et pelvium crepi-
 tu , quo credit superstitionis
 vulgus succurri posse lunae la-
 boranti . Vide quae ad Senecæ
 Hyppolyt. v. 789. ¹³ Eclipsim
 patienti . ¹⁴ Etiam philosopha-
 tur , et de summo bono statuit .
¹⁵ Sumat hunc oratoris , vel Pe-
 ripatetici habitum .

- ¹⁶ Caedere Sylvano porcum, ¹⁷ quadrante lavari.
Non habeat matrona, tibi quae juncta recumbit,
¹⁸ Dicendi genus, aut ¹⁹ curtum sermone ²⁰ rotato
 Torqueat ²¹ (²¹) entymema, nec historias sciat omnes;
 Sed quaedam ex libris et non intelligat: odi 451
 Hanc ego, quae repetit, volvitque ²² Palaemonis artem,
 Servata semper lege, et ratione loquendi,
 Ignotosque mihi tenet ²³ antiquaria versus,
²⁴ Nec curanda viris ²⁵ Opicae castigat amicae 455
 Verba: ²⁶ soloecismum liceat fecisse marito.
Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil,
^{Cum} ²⁷ virides gemmas collo circumdedicit; et cum
 Auribus extensis magnos commisit ²⁸ elenchos.
Intolerabilius nihil est, quam femina dives. 460
 Interea foeda aspectu, ridendaque multo
²⁹ Pane tumet facies, aut pingua ³⁰ Poppaeana
 Spirat, et ³¹ hinc miseri viscantur labra mariti.
 Ad moechum veniet lota cute: quando videri
Vult formosa domi? ³² moechis ³³ foliata parantur. 465
 His emitur, quidquid ³⁴ graciles huc mittitis Indi.

¹⁶ Non Cereri, ut mulier, sed tanquam vir Sylvano, vel Epicuream (*) professa caedere Sylvano porcum. ¹⁷ Aut Stoica quadrante lavari. Horat. Sat. 3.1. 1. *Dum it quadrante lavatum, etc.* ¹⁸ Rhétoricum. ¹⁹ Cui altera propositio desit. ²⁰ Succincto, conversione concluso, quod Cicero versum, Aristoteles *ovvēt-γ̄αμμίνν* appellat, vel circulari. ²¹ Argumentum Dialecticum alteram partem animo concipiens, unde et nomen habet: hic pro universa Dialectica ponitur, quasi dicat: nec habeat uxor tua Dialecticam. ²² Grammaticam: fuit a. Rhemorus Palaemon Grammaticus cum excellentissim. tum arrogantisimus, Fab. Quintiliani praceptor. ²³ Antiquitatum, vel, veterum Poëtarum, et mibi inauditorum versus tenens, vel antiquae locutionis investigatrix, et Critica. ²⁴ Non adeo soliciete vel ipsis viris observanda, et castiganda. ²⁵ Barbare loquentis. Vide Sat. 3. v. 207. ²⁶ Nec maritum vitiōse verba componentem corripiat: vide epigr. 20. l. 11. Martial. ²⁷ Monile è smaragdis. ²⁸ In aures uniones ovalē formam habentes. ²⁹ Incrustatione panis lacte asinino maceratis. Sat. 2. v. 107. ³⁰ Unguenta fragrantia à Poppaea Neronis uxore inventa. ³¹ Inter saviandum. ³² Ut moechis placeat. ³³ Unguenta ex foliis nardi, et aliis foliis odoris. Plin. 13. l. 1. c. ³⁴ Ex solis aestu, ut qui Aequinoctiali propiores sint: ut contra pinguedo à frigore, et humore.

Tan-

(*) sectam. (21) Εὐθύμημα, animi conceptus, ab ιν, et θυμος, animus.

Tandem aperit vultum , et ³⁵ tectoria prima reponit.
 Incipit agnoscī : atque ³⁶ illo lacte foveatur,
 Propter quod ³⁷ secum comites educit asellas,
 Exul ³⁸ Hyperboreum si dimittatur ad axem. 470
 Sed quae mutatis inducitur , atque foveatur
 Tot medicaminibus , ³⁹ coctaeque siliginis offas
 Accipit , et madidae ; facies dicatur , an ulcus ?
 Est operae pretium penitus cognoscere toto
 Quid faciant , agitentque die : si nocte maritus 475
 Aversus jacuit , periiit ⁴⁰ libraria , ⁴¹ ponunt
 (⁴¹) Cosmetae tunicas , tarde venisse ⁴² Liburnus
 Dicitur , et poenas ⁴³ alieni pendere somni
 Cogitur : ⁴⁴ hic frangit ferulas , rubet ille flagellis, 479
 Hic scutica: sunt, quae ⁴⁵ tortoribus (*) annua praestent.
 Verberat , atque ⁴⁷ obiter faciem limit , audit amicas,
 Aut latum pictae vestis considerat aurum ,
 Et caedens ⁴⁷ longi relegit transacta * diurni,
 Et caedit , donec lassis caudentibus , *Exi* ,
 Intonat horrendum , jam ⁴⁸ cognitione peracta: 485
⁴⁹ Praefectura domo Sicula non mitior aula.
 Nam si constituit , solitoque decentius optat
 Ornari , et properat , jamque expectatur in hortis,
 Aut apud ⁵⁰ Isiacae potius sacraria lenae:
 Componit ⁵¹ crimen laceratis ipsa capillis, 490

³⁵ Incrustamenta cosmetica. ³⁶ Asinino , quod tencram , eru-
 gatam , et candidam reddit , con-
 servatque cutem. ³⁷ Ut Pop-
 paea , quae in exilium missa asi-
 nus L. secum duxit in hunc u-
 sum. Dion in Nerone , et Plin.
 14. c. 12. 1. ³⁸ Regiones Aqui-
 loni subjacentes polo Arctico
 vicinas. ³⁹ Candidi panis è si-
 ligine , faba , aut oryzā cocti ,
 maceratique lacte asinino ad cos-
 meticen , et faciem emenda-
 dam. ⁴⁰ Ancilla , quae pensa
 librata , et dispergit. ⁴¹ Orna-
 trices ponunt tunicas ad poenas.
⁴² Servus lecticarius è Liburnia.
⁴³ Domini scilicet. ⁴⁴ Fran-

guntur in hujus vertice , vel dor-
 so virgae è ferula. ⁴⁵ Ut stre-
 nue servos flagellent. ⁴⁶ Et in-
 terim quasi per ötium. ⁴⁷ Ac-
 cipit rationes diei transactae.
^{*} Libri , in quo singulorum die-
 rum rationes scribebantur. Alii
 legunt diei. ⁴⁸ Examine , et ju-
 dicio. ⁴⁹ Gubernatio hujus do-
 mus non mitior est , quam Si-
 cula aula crudelissimi tyrani-
 nis infamis. ⁵⁰ Porticum , vel
 templum Isidis , in quo adul-
 terorum , et moechorum conve-
 nitus , et colloquia fiebant de adul-
 teriis. Multas illa facit , quod fuit
 ipsa Jovi. Ovid. ⁵¹ Dominæ ,
 ipsa canilllos lacerato à domina,

(41) A nospius , orno. (*) Deest stipendia , sueldo , salario.

- 52 Nuda humeros 53 Psecas infelix , nudisque mamillis.
 54 (*) Altior hic quare cincinnus ? 55 taurea punit
 Continuo flexi crimen , facinusque capilli.
 Quid Psecas admisit ? quaenam est hic culpa puellæ,
 56 Si tibi displicuit nasus tuus ? 57 altera laevum 498
 Extendit , pectique comas , et volvit in orbem.
 58 Est in consilio matrona , admotaque 59 lanis
 60 Emerita quae cessat acu : sententia prima
 Hujus erit ; post hanc aetate , atque arte minores
 Censebunt: tanquam famae discrimen agatur 500
 Aut animae : *Tanti est quærendi cura decoris.*
 Tot premit 61 ordinibus , tot adhuc 61 compagibus altum
 62 Aedificat caput : 63 Andromachen à fronte videbis:
 Post minor est : aliam credas : 64 cedo , si breve parvi
 Sortita est lateris spatium , breviorque videtur 505
 Virgine 65 Pygmaea nullis adjuta 66 cothurnis,
 Et levis erecta consurgit ad oscula planta.
 Nulla viri cura interea , nec mentio fiat
 67 Damnorum : vivit tanquam vicina marito,
 Hoc solo propior , quod amicos conjugis odit , 510
 Et servos : 68 gravis est rationibus. Ecce furentis

52 Ad verbera , si quid peccet. 53 Ancillæ nomen sumptum ex Ovidio , qui ita Dianaë ornaticem nominat : forte à *ψυλήσιν* , ornatices enim aquæ pauculum irrorabant ad compositionem crinum. 54 Inquit domina . 55 Scutica ex taurino corio , vel pene poenas exigit male compositi crinis unius , perinde ac crimen ingens , facinusque fuisset. Martial. 2.66. 56 Si deformis sit nasus tuus. 57 Ancilla altera crinem à sinistra parte componit. 58 Convocatur ad consilium formæ , atque ornatus . Dic , Chrysis , nunquid inde sens ? Petronius. 59 Lanificio . 60 Quae hebeti , inquietum interpres , per annos oculorum acie à suendo cessat. Ego de acu cri nali dictum censeo , cuius hanc peritam , olimque exercitam accersit in consilium. 61 Fasciis , et tiaris , ut altior videatur. *Celsæ procul aspice frontis honores , suggestumque comae.* Pap. in I. Sylvaram. 62 *ματαχρητικῶς , καὶ οὐαπτίκῶς.* 63 Proceram , qualis fuit Andromache Hectoris uxor , à fronte , à tergo minor multo videtur. 64 Quidni alia jam videatur ? vel has illi tiaras indulge , ut naturam arte corrigat , aut suppleat. 65 De Pygmæis quis non audivit ? qui Indiae montium incolae cubiti longitudinem non excedunt. 66 Altis calceamentis subere suffertis , sublevatisque. Hisp. Chapi-nes. 67 Quae vir ejus hinc sustinet. 68 Persuosa sumptus.

(*) Cómo me has dexado este bucle mas alto que el otro?

“ Bellonae , matrisque Deum ⁷⁰ chorus intrat , et ⁷¹ in-
gens
⁷¹ Semivir , ⁷³ obscoeno facies reverenda minori ,
Mollia qui rupta ⁷⁴ secuit genitalia testa
Jampridem , cui ⁷⁵ rauca cohors , cui ⁷⁶ tympana cedunt
Plebeja , et ⁷⁷ Phrygia vestitur bucca tiara ,
Grande sonat , metuique jubet Septembri , et ⁷⁸ Austri
Adventum , nisi se centum lustraverit ⁷⁹ ovis ,
Et ⁸⁰ xerampelinas veteres donaverit ipsi ;
Ut quicquid subiti , et magni discriminis instat , ⁵²⁰
In tunicas eat , et ⁸¹ totum semel expiet annum .
Hybernum fracta glacie descendet in amnem ,
⁸² Ter matutino Tiberi mergetur , et ipsis
Vorticibus ⁸³ timidum caput abluet : inde ⁸⁴ Superbi
Totum regis agrum , nuda , ac tremebunda ⁸⁵ cruentis
Erepet genibus , ⁸⁶ si candida jusserit Io , ⁵²⁶
Ibit ad Aegypti finem , calidasque petitas
⁸⁷ A Meroë portabit aquas , ut spargat in aede
Isidis , ⁸⁸ antiquo quae proxima surgit ovili :

69 De his Satyr. 2. vers. 3. gis , etc. 83 Superstitiosum :
70 Sacerdotum . 71 Corpore , superstitio enim ex inscrips. , et
vel veneratione , et existimatione . 84 Campum Martium ,
72 Antistes , cui executi sunt
testes . 73 Reverendus , quod minori sit pene . 74 Satyr. 2. v.
116. 75 Cantu , vel , quod eunuchis , ut et foeminis ex frigore , et
superflui humoris abundantia arteriam asperam crassiorem red-
dentinibus , vocis meatus angustatur
76 Sacerdotes minores tympana
pulsantes . 77 Persis , et Trojanis
in usu insula , cuius lobi sub-
mento connectebantur . 78 Qui
in Septembri flans febres , et
morbos generat . 79 Ova enim
expiationibus , lustrationibusque
adhibebantur , ac praecipue in
sacris Isidis . 80 Vester coloris
siccae rosae , vel cuiusmodi est
in autumalibus vitis frondibus .
81 Mala totius anni . 82 Persius
Satyr. 2. Tiberino in gurgite mer-

83 Superstitiosum :
superstitio enim ex inscrips. , et
timore . 84 Campum Martium ,
quem , cum prius Tarquinii Su-
perbi ager fuisset , Brutus Marti
consecravit . 85 Rependo . Is.
Casaub. ad Suetonium in Augus-
to accipit hunc locum pro nudipedalium superstitione . Huc
pede matronam nudo descendere
vidi . Ovid. 6. Fastor . 86 Si per
sacerdotem , vel somnum jusserit
Isis , Dea Aegyptia ex candida
vacca Io facta . 87 Ex Mer-
eoë insula Nili sub zona torri-
da , quam describit Heliodor . 1.
10. 88 Quae vicina est ovili ex-
structo in Martio campo in me-
moriā Romui , et Remi , qui
ibi pecora pascebant . Sunt qui
de septis intelligunt , in quibus
claudebatur populus ad suffragia :
de his vide , quae ad Martial. epi-
gr. 14. l. 2. c.

Credit enim ⁸⁹ ipsius dominae se voce moneri. 530
 " En animam, et mentem, cum qua dii nocte loquantur.
 Ergo hic praecipuum, summumque meretur honorem,
 Qui grege ⁹¹ linigero circumdatus, et grege ⁹² calvo
⁹³ Plangentis populi currit ⁹⁴ derisor ⁹⁵ Anubis,
⁹⁶ Ille petit veniam, quoties non abstinet uxor 535
 Concubitu, sacris, observandisque diebus :
 Magnaque debetur violato poena ⁹⁷ cadurco:
 Et ⁹⁸ movisse caput visa est argentea serpens.
 Illius lacrymae, ⁹⁹ meditataque murmura praestant,
 Ut veniam culpae non abnuat, ¹ ansere magno 540
 Scilicet, et tenui popano corruptus ² Osiris.
 * Cum dedit ille locum; ³ cophino, foenoque relichto,
 Arcanam Judaea tremens ⁴ mendicat in aurem,
 Interpres legum ⁵ Solymarum, et magna sacerdos
⁶ Arboris, ac summi fida internuncia coeli. 545

⁸⁹ Isidis in somnis jubentis.
⁹⁰ Epiphonema I onicum. ⁹¹ Sa-
 cerdotum Isidis vestes lineas in-
 durorum. ⁹² Capite rasō in Isi-
 dis sacris. ⁹³ Cum planctu A-
 pim bovem quaerentis. Diodo-
 rus Siculus l. 4. ⁹⁴ Creduli po-
 puli. ⁹⁵ Antistes sustineat per-
 sonam Anubidis, qui filius fuit
 Osiridis, et quod canem gesta-
 ret armorum insignia, ab Aegy-
 ptis in specie canis colebatur.
 Diodor. Sicul. ibid. ⁹⁶ Antistes.
⁹⁷ Proprie, stragulo. Lecto in-
 tra novēm sacros dies violato.
⁹⁸ Ac si veniam indulgens, ca-
 pite annuisse visa est: *vel*, ira-
 tae similis caput movisse (*ut*
Sat. 2. v. 136.) draconis effigies
 in Isidis templo, de qua vide
 Diodor. Sicul. et Macrobi. lib. 1.
 Saturn. 20. cap. ⁹⁹ Concepere
 preces. ¹ Ansere, et popano,
 id est, placenta Isidēm colere,
 et vesci sacerdotes solebant. He-
 rodot. l. 2. ² Deus ille, qui A-
 nubis, v. 13+. * Ubi abiit sa-
 cerdos Isidis. ³ Nicol. de Lyra
 ad illud in Davidis Psalm. 8. (")
⁴ Χίπης αυτός εν τῷ ποφίνῳ.

^{διαίρεσαν}, coplinum, et fœ-
 num ē Judaeis tisque portata non
 tam refert ad tenitatem Judaï-
 cae supellectilis, quam ex in-
 stituto factum suspicatur, ut
 haec circumferrent usque moni-
 menta durae servitutis in Aegy-
 ptio, ubi faeces, et stereora ē ci-
 vitibus cophino exportare co-
 gebantur, atque paleas, fœ-
 num, et stipulas colligere ad la-
 teres conficiendos. An forte in
 memoriam famis, quam tolera-
 bant in obsidione? ubi fœni ve-
 teris laceramenta victui habe-
 bantur, ut refert Josephus, l. 7.
 bell. Judaic. c. 7. ⁴ Insururrat
 aliquid de sua religione, simu-
 que opem petit, sed tecte, ne
 in periculum adducat matronas
 Romanas, quibus dannosum fo-
 ret Judaicam prositri religio-
 nem. Vide Martial. epigr. 14. 1. 7.
⁵ Iudaicarum ab Hierosolymis.
⁶ In nemore Aricino vicitans,
 et alludit ad Dodoneas sacerdo-
 tes, quae responsa sub queru-
 redebant. Vide quae ad Sen.
 Medeam v. 3+9.

F

Im-

(") Latin. Manus illius in corbe (cesta) servierunt.

Implet et illa manum , sed parcus: aere minuto,
Qualiacunque voles, Judaei somnia vendunt.
7 Spondet amatorem tenerum , vel divitis orbi
Testamentum ingens , ⁸ calidae ⁹ pulmone columbae
Tractato , Armenius , vel ¹⁰ Commagenus aruspex:
Pectora pullorum rimatur , et exta catelli , ⁵⁵¹
Interdum et pueri . Faciet quod ¹¹ deferat ipse;
11 Chaldaeis sed major erit fiducia : quicquid
Dixerit Astrologus: credent à fronte relatum
¹² Ammonis , quoniam ¹³ Delphis oracula cessant , ⁵⁵⁵
Et genus humanum damnat ¹⁵ caligo futuri.
Praecipius tamen est horum , qui saepius ¹⁶ exult:
Cujus amicitia , ¹⁷ conducendaque ¹⁸ tabella
¹⁹ Magnus civis obit , et formidatus Othoni.
(*) Inde fides arti , sonuit si dextera ²⁰ ferro , ⁵⁶⁰
Laevaque , si longo castrorum in carcere mansit.
²¹ Nemo Mathematicus genium indemnatus habebit;
Sed qui pene perit , ²² cui vix in ²³ Cyclada mitti
Contigit , et ²⁴ parva tandem caruisse Seripho.
Consultit ictericae lento de funere matris , ⁵⁶⁵
²⁵ Ante tamen de te , Tanaquil tua , quando sororem

7 Ordo est , Armenius , et Com.
ar. spondet , etc. 8 Recens cae-
sac. 9 Inspectis extis. 10 Ex
Orientali Syriae parte. 11 Ac
euset. 12 Astrologis Babylonis,
et Syris. 13 Jovis : ab ^duxus,
id est , arena: in arenosis enim
Africæ desertis templum illi à
Baccho conditum est propter fon-
tem ex ariete conspecto inven-
tum: vel Hammonis ab Hebraio-
co solarium , simulachrum Jovis
in sublimi extructum. 14 Oppido
Phocidis , templo , et oraculo
Apollinis insigni , quod tamen
oraculum detectit , ut et reliqua
adventu Christi : Vide Plutar-
chum de defectu oraculorum. 15
Ignoratio. 16 Supple fuit , ut
ille Seleucus Mathematicus qui
cum Othonem olim superstitem
fore Neroni spondisset , tunc
ultra imperium quoque promisit

illi. Suetonius in Othonem 4. ¹⁷
Magna mercede , et pretio emen-
da ab Othonem , cui victoriam
spondebat , vel alio. 18 Quae
judiciis ex coeli constitutione
est notata. 19 Sergius Galba.
20 Manicis , et catenis ferreis
vincita. 21 Nemo creditur ge-
nium , et animum praescium ha-
bere , qui non fuerit damnatus.
22 Imperato exilio , ut effugeret
praesentem mortem. 23 Insulam
a Cycladibus aliquam in exilium.
24 Revocari ex illa exiliis insula.
Cycladum una in mari Aegeo-
25 Uxor tua futurorum cognitio-
nis studiosa , ut illa Tarquinii
Prisci uxor , consult Mathemati-
cos de morte matris tuae , quam
ictero laborantem speraverat jam
dudum extulisse , et tamen prius
de tua , quam super omnia ex-
petit.

Ef-

(*) Se acreditan los Astrologos con haber estado en cadenas.

Efferat, et patruos: an sit victurus adulter
 Post ipsam: * quid enim majus dare numina possunt?
 (*) Haec tamen ignorat, quid sidus triste minetur
²⁶ Saturni, ²⁷ quo laeta Venus se proferat astro, ³⁷⁰
 Qui mensis damno, quae dentur tempora lucro.
 Illius occursus etiam vitare memento,
 In cujus manibus, ceu pinguia succina, ²⁸ tritas
 Cernis ²⁹ ephemeridas; quae nullum consulit, et jam
 Consulitur: quae, castra viro, patriamque petente, ³⁷⁵
 Non ibit ³⁰ pariter, ³¹ numeris revocata ³² Thrasilli.
 Ad primum lapidem vectari cum placet, hora
 Sumitur ex libro, si prurit frictus ocelli
 Angulus, inspecta ³³ genesi collyria poscit.
 Aegra licet jaceat, capiendo nulla videtur ³⁸⁰
 Aptior hora cibo, nisi quam dederit ³⁴ Petosiris.
 Si ³⁵ mediocris erit, ³⁶ spatium lustrabit utrumque
 Metarum, et sortes ducet, ³⁷ frontemque, ³⁸ manumque
 Praebebit vati crebrum ³⁹ poppysma roganti.
 Dicitibus responsa dabit ⁴⁰ Phryx augur, et indus ³⁸⁵
 Conductus dabit astrorum, mundique peritus,
 Atque aliquis senior, ⁴¹ qui publica fulgura condit.

* Ironicæ. ²⁶ Frigidi, et sicci, sortilegi, et divinatores, v. 389.
 malefici. ²⁷ In quo signo, vel ³⁷ Physiognomoni, seu metopos-
 qua domo gaudent ascendens: copo, qui prospicit hominum
 quos planetas habeat amicos. mōres, naturas, et futuros etiam
²⁸ Uncas, et pellucidas, ceu eventus ex vultu, ac fronte per-
 pinguia succina. ²⁹ Libellum noscere, et praevidere, pre-
 suppurantem astrorum per singulos dies constitutionem. ³⁰
 Una cum marito. ³¹ Calculationibus. ³² Nobilis Mathematici frontem, ut et..... ^{38....}
 tempore Tiberii, cuius per- Chironanti, qui divinat ē lineis,
 ritiam quomodo expertus fuerit et incisuris manuum, praebet
 Tiberius in otio apud Rhodum, ut manus. ³⁹ Ex manus contreci-
 cognoscas, vide quae Suet. in Ti- tatione, vel, osculum ex collis-
 ber. c. 14. Tacitus annal. 6. Dion. labii sonans: al. concubitu-
 55 lib. ³³ Nativitatis themate. ⁴⁰ Astrologus, et Philosophus Indus, Gymnosophista,
³⁴ Insignis Astrologus Aegyp- Brachmanes: nam supra de Phry-
 tius. ³⁵ Paupercula. ³⁶ In cir- ginis sacerdotibus dixerat, neque
 co maximo, ubi plurimi erant illi ista curabant, aut norant.
⁴¹ Hetruscus fulgurum conditor, et expiator Pers. Satyr. 2. v. 26.

(*) Haec tamen foemina, quae Astrologos consulit, ipsa quidem astrologa non est; at peiores sunt, quae astrologiam callent: in quas nunc invenitur Poëta.

42 Plebejum in Circo positum est , et in aggere fatum:
 43 Quae nudis longum ostendit cervicibus aurum,
 Consultit ante 44 Phalas, delphinorumque columnas, 590
 An saga vendenti nubat 45 caupone relicto.
 46 Hae tamen et partus subeunt discrimen , et omnes
 Nutricis tolerant fortuna urgente labores ;
 Sed jacet 47 aurato vix ulla puerpera lecto. 594
 Tantum 48 artes hujus , tantum medicamina possunt,
 Quae steriles facit , atque 49 homines in ventre necandos,
 Conducit. 50 Gaude , infelix , atque ipse bibendum
 Porridge , 51 quidquid erit : nam si 52 distendere vellet,
 Et 53 vexare uterum pueris salientibus , 54 essem
 Aethiopis fortasse pater : mox 55 decolor haeres 600
 Impleret tabulas , 56 nunquam tibi mane videndus.
 Transeo suppositos , et 57 gaudia , votaque saepe
 58 Ad spurcos decepta lacus , atque 59 inde petitos
 Pontifices , 60 Salios , 61 Scaurorum nomina 62 falso
 Corpore laturos : stat fortuna improba noctu 605
 Arridens 63 nudis infantibus : hos fovet omnes,
 Involvitque sinu , domibus tunc porrigit altis,

42 Vilissimi homines, et (*) a-
 267-101, ut Iudii , astrologi , con-
 jectores , fanatici , in Circo mor-
 rabantur. Plebeji vates in circo
 sedent , et in aggere Tarquinii
 Superbi , qui est ad Circum. Sat.
 3. v. 65 Horatius itaque appellat
 fallacem Circum : de his En-
 nius : Non yicanos haruspices , non
 de circo astrologos , etc. Et Ci-
 cero pro Milone : In Circo maxi-
 mo , etc. 43 Syra mulier , vel
 meretrix aurea g stans monilia.
 44 Sortilegos , et divinatores ,
 qui in Circo ante Phalas , id est ,
 turres ligneas , et delphinorum
 columnas versabantur. 45 Pri-
 ore marito deserto , vel mortuo.
 46 Pauperculae. 47 Diviti , et
 nobili , ipsa dives. Hypallage.
 48 Veneficae. 49 Conceptos jam
 et formatos. 50 Marite . Neanti

ce. 51 Quidquid erit potionis
 abortum facientis. 52 Gravida
 fieri. 53 Parere. 54 Ex adulterio
 conjugis tuae cum servo
 Aethiopie. 55 Niger , vel fuscus:
 Mulato: ex patre Aethiopie , et
 matre Romana scriberetur tibi
 haeres dictante uxore , supr. v.
 218. 56 Utpote malum omen ,
 et inauspicatum. 57 Patrum , de
 nothis , et suppositis , tanquam
 suis. 58 Lacum Velabrensem ,
 quo exponebantur spurii. 59
 Clam à matribus , quae nigros
 suos ex Aethiopicis servis foctus
 ejecerunt , et à lacu Velabrensi
 petendos curarunt expositos
 aliarum foeminarum spurious af-
 ferri , quos maritis pro sui ob-
 trudant. 60 Martis sacerdotes.
 61 Nobilium. 62 Supposito. 63
 Expositis nudis.

(*) Latin. *foco carentes, sine domo.*

Secretumque sibi ⁶⁴ mimum parat : hos amat , his se
Ingerit , atque suos ridens producit alumnos.
Hic magicos adfert ⁶⁵ cantus , hic ⁶⁶ Thessala vendit ⁶¹⁰
⁶⁷ Philtra , quibus valeant ⁶⁸ mentem vexare mariti,
⁶⁹ Et solea pulsare nates : quod desipis , inde est ,
Inde animi caligo , et magna oblivio rerum ,
Quas modo gessisti ; tamen hoc tolerabile , si non
Et furere incipias ; ut ⁷⁰ avunculus ille Neronis , ⁶¹⁵
Cui totam ⁷¹ tremuli frontem Caesonia puli
Infudit : quae non faciet , quod principis uxor ?
⁷² Ardebat cuncta , et fracta compage ruebant ,
Non aliter , quam si fecisset Juno maritum
Insanum : minus ergo nocens erit Agrippinae ⁶²⁰
⁷³ Boletus : siquidem unius praecordia pressit .
Ille senis , * tremulumque caput ⁷⁴ descendere jussit
In coelum , et * longam manantia labra salivam .
⁷⁵ Haec poscit ferrum , atque ignes , haec potio torquet ,
Haec lacerat mixtos equitum cum sanguine patres : ⁶²⁵
⁷⁶ Tanti partus equae , quanti una venefica constat ?
Oderunt natos de pellice : nemo repugnat ,

⁶⁴ Ludum , et varium jocum
ex his suppositis . ⁶⁵ Incantamen-
ta . ⁶⁶ Thessalia olim vene-
ficiis . et magicis famosa . ⁶⁷
Potiones amatorias . ⁶⁸ Dementes
reddere . ⁶⁹ Pro sua libidi-
ne tractare . Pers . Sat . 5 . v . 149 .
⁷⁰ Caligula , qui ab uxore Cae-
sonia creditur potionibus amato-
rio quidem medicamento , sed quod
in furore converterit . Sueton .
Calig . cap . 50 . Idem refert Jo-
sephus Antiquit . l . 19 . ⁷¹ Ca-
runculam è fronte recens nati
pulli equini , id est , hippomanae
supra v . 134 . ⁷² Caligulæ
furoris igne ardebat , ruebant
que pessum res humanae , qua-
rum habendas tenuit Romanorum
Imperator , non secus ac nutas-

sent coelestes res . Jove in fu-
rorem verso . ⁷³ Quo venenato
sustulit Claudium Imperatorem .
⁷⁴ Relatum enim inter deos ,
rursus à diis detrusum esse ad in-
feros jocatur Seneca ἀπονοεννυ-
θωσ (*). Claudi Ceesaris . * E-
rat enim Claudius tremulo capite , spumante rictu , humentibus
naribus , etc . Sueton . Claud . 30 .
c . ⁷⁵ Haec potio , et pilum
Caesonia Caligulam in furiosam
crudelitatem impulit . Exquisi-
tum aliquod veneni genus pla-
cebat , quod turbaret mentem ,
et mortem differret . Tacitus 12 .
Ann . ⁷⁶ Si tantum mali ex uno
hippomane , quantum ex una ve-
nefica ?

(*) Est titulus , quem Sen . operi suo in derision . Claudi scripto praefi-
xit , quasi diceret : post mortem cucurbita , ab ἀπόστολος , post , et πολεούθης ,
cucurbita (calabaza) : significavit Claudium inter cucurbitas potius
quam inter Deos post mortem fuisse referendum .

Nemo vētat: jamjam priuignum occidere fas est,
Vos ego pupilli, mōeo, quibus amplior est res,
Gustodite animas, et nulli credite mensae:

630

Lividā materno fervent adipita veneno.

77 Mordeat ante aliquis, quicquid porrexerit illa,

78 Quae peperit, timidus praegustet pocula ⁷⁹ pappas.

⁸⁰ Fingimus haec, altum Satyra sumente ⁸¹ cothurnum,

Scilicet, et finem egressi, legemque ⁸² priorum, 635

Grande Sophocleo cārmen ⁸³ bacchamur hiatu,

Montibus ignotum ⁸⁴ Rutulis, coeloque Latino.

Nos utinam vani! sed clamat ⁸⁵ Pontia, *Feci*,

Confiteor, puerisque meis aconita paravi,

Quae depensa patent, facinus tamen ipsa peregi. 640

* Tune duos una ⁸⁶ saevissima vipera coena?

Tune duos? ⁸⁷ septem, si septem forte fuissent.

** Credamus Tragicis quicquid de ⁸⁸ Colchide torva

Dicitur, et ⁸⁹ Progne: nil contra conor, et illae

Grandia monstra suis audebant temporibus, sed 645

⁹⁰ Non propter nummos, minor admiratio summis

Debetur monstris, ⁹¹ quoties facit ira nocentem

77 Praegustet. 78 Ipsa mater, quae ut gratificetur secundo marito, veneno non raro tollit filios x priore marito, ut ad illum rem integrum deferat: infra de Pontia. 79 Alumnus, vel tutor Syracusanus: ~~πάππας~~, pater. 80 Aliquis fortasse arguat nos haec fingere, etc. mox: Ultimam quidem fingeremus, neque vera nimis essent, quae memoria. 81 Tragicam licentiam, et argumenta ficta. 82 Poētarum Satyricorum. 83 Poētico instinctu furore canimus Tragica. 84 Italii montibus, id est, Romae, Rutili vero populi Latii. 85 Publī Petronii filia, vecti Bolani uxor, quae duos ex Bolano filios veneno sustulit, ut adultero

nuberet. Martial. epig. 34. lib. 2, idque professa ē formula fatentium reorum: quae eadem est inscriptio epitaphiis solennis.

* *Inquit Poēta.* 86 In tuos saeva, ut viperæ, ē quibus foemina marem, nati matrem enecant.

87 *Respondet Pontia.* Imo septem interfecisset, si mihi septem fuissent, ut secundo gratificarer marito. ** *Poētæ verba.* 88 Medea, quac liberos suos in odium Jasonis dilaniavit. (*) 89 Quac Ityn filium coctum Tereo apposuit. (**) 90 Ut nostræ. 91 Quoties furore amoris, vel iræ aguntur præcipites non leviore ruina, quam præcrupta, et ruinam minitantia juga montium subducto clivo, seu radicis parte.

(*) Quod eam deserens, Creusam uxorem duxerat.

(**) Quod Philomelam sororēm compresserat, atque, ne rem degeret, ei linguam absciderat.

Hunc

Hunc sexum , et rabie jecur incendente feruntur
 Praecipites , ut saxa jugis obrupta , quibus mons
 Subtrahitur , clivoque latus pendente recedit. 650
Illam ego non tulerim , quae ⁹² computat , et scelus ingens
⁹³ *Sana facit : ⁹⁴ spectant ⁹⁵ subeuntem fata mariti*
Alcestim , et , ⁹⁶ similis si permutatio detur ,
Morte viri cupiant animam servare catellae. 649
Occurrent multae tibi ⁹⁷() Belides , atque ⁹⁸ Eriphylae :*
Mane ⁹⁹ Clytemnestram nullus non vicus habebit :
Hoc tantum refert , quod ¹ Tyndaris illa bipennem
² *Insulsam , et fatuam laeva , dextraque tenebat ;*
At nunc res agitur tenui pulmone ³ rubetae :
⁴ *Sed tamen è ferro , ⁵ si praegustaret Atrides 660*
Pontica ⁶ ter victi cautus medicamina regis.

92 Deliberat modo , vers. 647.
 93 Prudens , mentis compos :
 non ex vindicta , affectu , aut infirmitate . 94 In theatralibus ludis repraesentata . 95 Mariti Admeri vitam sua morte redimenter . 96 Sed his , si similis dareatur permutatio , et optio , redimerent vitam catellae morte vi ri . 97 Similes Danai filiabus L. quae uno excepto maritos interfecere . 98 Cujusmodi fuit Eriphyla , quae vatem Amphiaraum maritum (**) monili à Polynice

corrupta prodidit . 99 Similem Clytemnestrae , quae ut Aegysto adultero frucretur , maritum Agamennona à bello Trojano redeuntem bipenni occidit . 1 Clytemnestra Tyndari filia . 2 Non artificiosam caudem , quale nostrarum venenum . 3 Sat. I. V.70 . 4 Et paratae tamen etiam ferrem decernere . 5 Si maritus se praemuniret antidoto , quali usus est Mithridates rex Ponti . 6 A Sylla , Lucullo , Pompejo .

(*) Ita ab avo Belo dictae , ut et Danaides à patre Danao ; qui cum ex oraculo audisset , à genero se interficiendum , recusavit 50. filias fratris Aegypti filiis in uxores dare ; at bello coactus , mōrem fratri gerere simulans , filiabus persuasit , ut in nuptiarum nocte viros occiderent ; quod et feceré , excepta Hypermenestrā : Dolium pertusum ob tantum scelus irrito labore aquā implere apud iūeros creduntur .

(**) Domi latitantem , ne ad bellum Thebanum , ubi se peritum , augur peritissimus praevidebat , ire cogeretur .

SATYRA VII.

Ad Telesinum Poëtam. Caesarem quidem studia, et artes respirare; caeterum apud alios Romanos Poëtarum, Historicorum, Causidicorum, Rhetorum, et Grammaticorum studia, et labores pro levi, et vili esse.

FT spes, et ratio studiorum in Caesare tantum:
1 Solus enim ² tristes hac tempestate Camoenas
(*) Respexit, cum jam celebres, notique Poëtae
3 Balneolum Gabiis, Romae conducere furnos
Tentarent, nec foedum alii, nec turpe putarent
Praecones fieri, cum ⁴ desertis Aganippes
Vallibus esuriens migraret in ⁵ atria ⁽⁶⁾ Clio.
Nam, si ⁷ Pieria quadrans tibi nullus in arca
Ostendatur, ^(**) ames nomen, victumque ⁸ Machaerae,
Et vendas potius, commissa quod auctio vendit ¹⁰
Stantibus, oenophorum, tripodes, armaria, cristas,
⁹ Halcyonem Bacchi, ¹⁰ Thebas, et ¹¹ Terea ¹² Fausti.
(***) Hoc satius, quam si dicas sub judice, Vidi,
Quod non vidisti: faciant ¹³ equites Asiani,
Quanquam, et ¹⁴ Cappadocias faciant, equitesque ¹⁵ Bithyni,
¹⁶ Altera quos nudo traduxit ¹⁶ Gallia talo. ¹⁵

1 Trajano, alii Nerva, alii
Domitiano, qui caetera vitiosus,
favebat tamen literis, fovebat
que Musas. Vide vitam Juvena-
lis. 2 Neglectos, et inopes Poë-
tas. 3 Inopia sua, et poëseos
neglectu coacti, Roma, et in
aliis oppidis Italiae conferrent se
ad sordidas artes, ut ex bâlnea-
torio, et furnaria victim sibi
quaererent. 4 Missis studiis in
remotis solitudinibus juxta Aga-
nippem fontem Boeotiae à Cad-
mo inventum, et Musis sacrum.
5 Divitum, vel atria Licinia in-
foro, quo convenire praecones,
et ubi auctiones fieri solebant.
6 Poëta Clius cultor. 7 Tui
docti Poëtae, qui Musas è Pie-

ria colis. 8 Praeconis illius
temporis. 9 Tragoediam de Hal-
cyone, Ceycis uxore, à malo
Poëta Baccho scriptam. Alias
Aleithoen Pacci, fabulam vide 4.
Metam. Ovid. 10 Tragoediam
de Thebarum regibus, Oedipo,
etc. 11 Tragoediam de Tereo,
Progne, Philomela, etc. 12 Ma-
li Poëtae. 13 Servi ex Asia du-
cti jam equites Romani facti,
sed levis fidei. 14 Equites è
servis Cappadocibus, qui Arme-
niae sunt contermini. 15 Equi-
tes è servis Bithynis in Asia mi-
nore juxta Pontum. 16 Gallo-
græcia, seu Galatia: Vide Lucii
Flor. 2. lib. 11. cap.

Ne-

(*) Bolió los ojos á las astigadas Musas. (6) Una ex 9. Musis.

(**) En verdad que envidiarás el nombre, y modo de vivir de Maquera.

(***) Mejor es esto, que decir ante el Juez (en rara de justicia) lo vi,
sin haberlo visto.

Nemo tamen studiis indignum ferre laborem
 Cogetur posthac , necit quicunque ¹⁷ canoris
 Eloquium vocale modis , ¹⁸ laurumque momordit.
 * Hoc agite , ô juvenes : circunspicit , et stimulat vos,
 Materiamque sibi ¹⁹ Ducas indulgentia quaerit. ²¹
 Si qua aliunde putas rerum expectanda tuarum
 Praesidia , atque ideo ²⁰ croceae membrana tabellae
²¹ Impletur , ²² lignorum aliquid posce ocyus , et , quae
 Componis , dona ²³ Veneris , ²⁴ Telesine , marito : ²⁵
 Aut clade , et positos ²⁵ tinea pertunde libellos.
 Frange miser calamos , ²⁶ vigilataque praelia dele,
 Qui facis in parva sublimia carmina cella ,
 Ut dignus venias ²⁷ hederis , et imagine ²⁸ macra.
 Spes nulla ulterior : didicit jam dives avarus ³⁰
 Tantum admirari , tantum laudare disertos,
 Ut pueri ²⁹ Junonis avem ; sed desuit aetas ,
 Et ³⁰ pelagi patiens , et ³¹ cassidis , atque ³² ligonis:
 Tardis tunc subeunt animos , tunc seque , suamque
 (*) ³³ Terpsichorem odit . ³⁴ facunda , et nuda senectus. ³⁵
 (**) Accipe nunc artes , ne quid tibi conferat iste ,
 Quem colis , et ³⁵ Musarum , et Apollinis aede relictas ,
 Ipse facit versus , atque uni ³⁶ cedit Homero

17 Poëma altum , et sonorum.
 18 Honorem lauri , et gloriam
 poëmatis sui degustavit , vel ,
 Poësi iniciatus , et sacer Apollini
 vates factus momordit lauru-
 rum , quae manducata nunime
 inflare credebarat. Δαρψυφάγων
 φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπη , (***)
 Lycophron . * Rituale verbum , et
 in sacris solenne . ¹⁹ Impera-
 toris liberalitas , et favor . ²⁰
 Vide Persii Sat . 3 . 10 . vel Vi-
 telliani . ²¹ Carminibus . ²² Ad
 incendium . ²³ Vulcano igni .
²⁴ Poëta , ad quem hanc Saty-
 ram scribit . ²⁵ Blattis , et ti-
 neis escam mitte . ²⁶ Carmina ,
 quae de bellis clucubrasti . ²⁷

Corona ex hederis , victorum
 Poëtarum praemio , et ²⁸
 Statua in bibliothecam Apolli-
 nis recipienda , referente ma-
 ciem tuam ex intensione studii
 contractam . Vide Persii prologi
 vers . 5 . ²⁹ Pavonem . ³⁰ Quae
 poterat impendi mercaturaे , et
 nauticae ... ³¹ Militiae ...
³² Agriculturae . ³³ Studia
 poëtica . ³⁴ Ipsi jam senes ,
 inopesque , ut ut docti . ³⁵ Poë-
 tis ipsis , vel doctorum censura ,
 qui in aede Musarum , et Apol-
 linis de carminibus judicabant ,
 vel , nullo Musarum instinctu ,
 sed invita Minerva , carmina agres-
 sus . ³⁶ Putat se cedere .

(*) Est una ex 9. Musis , poniturque pro studiis poëticis , ut
 recte Farnabius exponit . (**) Oye ahora las industrias de que se
 vale , para no darte nada , ese á quien obsequias . (***) Latin . Lau-
 rum comedens insanum edit ex gutture cantum .

37 Propter mille annos : at , si dulcedine famae
 Succensus recites , 38 Maculonus commodat aedes , 40
 Ac longe ferrata domus servire jubetur ,
 In qua sollicitas imitatur 39 janua portas.
 Scit dare libertos extrema in parte sedentes
 Ordinis , et magnas 40 comitum disponere voces.
 Nemo dabit 41 regum , 42 quanti subsellia constent , 45
 Et quae conducto pendent 43 anabathra tigillo ,
 Quaeque 44 reportandis posita est 45 orchestra cathedris.
 Nos tamen hoc agimus , tenuique in pulvere sulcos
 Ducimus , et 46 litus tenui versamus aratro.
 Nam , si discedas , laqueo tenet 47 ambitiosi
 Consuetudo mali , tenet insanabile multos
 Scribendi cacoëthes , et aegro in corde senescit.
 Sed vatem egregium , cui non sit publica vena ,
 Qui 48 nihil expositum soleat 49 deducere , 50 nec qui
 Communi feriat carmen triviale moneta , 55
 * Hunc qualem nequeo monstrare , et sentio tantum ,
 (*) Anxietate carens animus facit , 51 omnis acerbi
 Impatiens , 52 cupidus silvarum , 53 aptusque bibendis

37 Neque hoc propter ingenium ; sed annos , quod Homerus antiquior sit illo . 38 Dives quispiam . 39 Ferrata , instar portarum civitatis ob sessae . 40 Clientum , qui tibi applaudebunt .
 41 Divitium . 42 Pretium conductorum subselliiorum , graduum , orchestræ . 43 Scalas , et gradus , per quos ad pulpita ascenditur . 44 Quippe quae conducta referuntur . Nam et dominum mutat , et auditorium extruit , et subsellia conducit . Dialog. de Oratoribus . 45 Tabulatum , in quo est chorus , et saltat Pantomimus . Satyr . 3. vers . 178 .
 46 Sterile , et inutile studium exercemus , et urgemus , non majori fructus spe , quam si litus araremus . 47 Laudem affectan-

tis poëtices : pene conversus hic locus ex Aristophanis Ranis .
 Τιμησθε παντούντων , 2v , etc . 48 Nihil humile , aut vulgare . Es fugiendum est ab omni verborum vilitate , et sumendae voces a placide summodae , etc . Petron . 49 Egregie , et subtiliter , veluti te qui filo . 50 Qui non vulgari nota , et stylo carmina condit . Metaph . à monetariis . qui unius noctae nummos producent . * Et cuius nomen , aut exemplum non possum dare , ut tales novi neminem , et cuius ideam mente solum concipio . 51 Molestis vacuus , et liber . 52 Secessus , et solitudinis amans . 53 Natura idoneus , quem ars perficiat , et quem furore suo inspirent Apollio , et Musae .

(*) Ovid . I . 1. Trist . el . 1. Carmina proveniunt animo deducta sereno Carmina secessum scribentis , et otia quaerunt ... Carminibus metus omnis abest .

Fontibus ⁵⁴ Aonidum ; neque enim cantare sub antro
⁵⁵ Pierio , ⁵⁶ thyrsunve potest contingere ⁵⁷ sana 60
 Paupertas , atque aeris inops , qui nocte , dieque
 Corrus eget : satur est , ⁵⁸ cum dicit Horatius , ohe!
 Quis locus ingenio , nisi cum se carmine solo
 Vexant , et ⁵⁹ dominis ⁵⁹ Cirrhae , ⁶⁰ Nysaeque feruntur
 Pectora nostra duas non admittentia curas? 65
 Magnae mentis opus , nec ⁶¹ de lodice paranda
 Attonitae , currus , et equos , faciesque deorum
⁶² Aspicere , et qualis ⁶³ Rutulum confundat ⁶⁴ Erinnys:
 Nam , si Virgilio puer , et tolerabile desit
 Hospitium , ⁶⁵ caderent omnes à crinibus hydri , 70
⁶⁶ Surda nihil ⁶⁷ gerneret grave buccina : poscimus , ut sit
⁶⁸ Non minor antiquo ⁶⁹ Rubrenus Lappa ⁷⁰ cothurno,
 Cujus et ⁷¹ alveolos , et laenam ⁷² pignorat Atreus.
 Non habet ⁷³ infelix Numitor , quod mittat amico ;
 Quintillae quod donet , habet : nec defuit illi , 75.
 Unde emeret multa pascendum carne leonem
 Jam domitum : constat leviori bellua sumptu
⁷⁴ Nimirum , et capiunt plus intestina poëtæ.

54 Musarum ex Aonia , antris ,
 montibus , et fontibus musis con-
 secratis nobili. 55 Supra v. 8.
 56 Eurem ιματιστον , quali
 in Orgis Thyrsgerae feruntur
 Bacchides. Poëtae autem in tur-
 ca Bacchi sunt. 57 Sieca , et so-
 bria , quae Poëtis haud convenit ,
 qui non nisi mero (quod animæ
 educit instrumenta) madidi , et
 male sanū carmina scribunt , quae
 vivere possint: vide epigr. Anti-
 patri 2. lib. Antholog. συμπτώτινα
 ἀγρίου μάλα. 58 Od. 19. 1. 2. (*)
 59 Ab Apolline , cui Cirrha urbs
 ad radicem Parnassi sacra. 60
 Baccho , qui in Nysa Arabiae edu-
 catus , cultusque est. 61 De do-
 mesticis curis sollicitae. 62 Men-
 te conceptas describere. 63 Tur-

num Rutulorum regem. 64 A-
 lecto furia , Aen. 7. 65 Non po-
 truisset fingere furias angibus
 crinitas , ut ibidem , geminis ere-
 xit crinibus angues. 66 Non au-
 dita , vel rauca. Catachresis. 67
 Nec adeo horrendum finxit A-
 lectus cornu , in eodem 7. Aen.
 ibid. 68 Non minoti pretio , et
 aestimatione. 69 Poëta Tragi-
 cus. 70 Poëtis Tragicis prisci
 te mporis. 71 Tabulas , vel al-
 yeolos , id est , lances. 72 Tra-
 goedia de Atreo , quam dum scri-
 bit , suppellectilem pignori ex-
 ponit: alias , pignori accipit A-
 treus foenerator. Prior expositio
 magis placet. 74 Judicio , et
 usu. Vide Martial. epigr. 6. 1. 9.
 74 Ironice.

(*) Pleno Bacchi pectore (ut ipse ibi ait) Bacchi laudes in hac
ode Horatius cecinit.

Contentus fama jaceat ⁷⁵ Lucanus in hortis
 Marmoreis : at ⁷⁶ Serrano , tenuique ⁷⁶ Salejo 80
Gloria ⁷⁷ quantalibet , quid erit , si gloria ⁷⁸ tantum?
 Curritur ad vocem jucundam , et carmen ⁷⁹ amicæ
⁸⁰ Thebaidos , laetam fecit cum Statius urbem ,
 Promisitque ⁸¹ diem ; tanta dulcedine captos
 Afficit ille animos , tantaque libidine vulgi 85
 Auditur : sed cum ⁸² fregit subsellia versu ,
 Esurit , intactam ⁸³ Paridi nisi vendat ⁸⁴ Agaven .
⁸⁵ Ille et ⁸⁶ militiac multis largitur honorem ,
⁸⁷ Semestri vatum digitos circumligat auro .
 Quod non dant proceres , dabit histrio : tu ⁸⁸ Camerinos ,
 Et Bareas , tu nobilium magna atria curas ?
 Praefectos ⁸⁹ Pelopeia facit , ⁸⁹ Philomela tribunos .
 Haud tamen invideas vati , quem ⁹⁰ pulpita pascunt .
 Quis tibi ⁹¹ Mecoenas ? quis nunc erit , aut * Proculejus ,
 Aut * Fabius ? quis * Cotta iterum ? quis * Lentulus al-
 ter ? 95
Tunc par ingenio pretium : ⁹² nunc uthle multis
Pallere , et ⁹³ vinum toto nescire Decembri .

⁷⁵ Qui dives ad poësim acces-
 sit . ⁷⁶ Pauperi Poëtae . ⁷⁷ Ut-
 cunque magna . ⁷⁸ Nuda , et si-
 ne pretio . ⁷⁹ Gratae . ⁸⁰ Sta-
 titi poëmatis de bello Thebano .
⁸¹ Recitandi . ⁸² Frequentia au-
 ditorum (*) *ων ὑπόρθη, ναιν παύ-*
^{γος μετέργυντοι τέως .} Poly-
 b. historiarum 15. vel , vehe-
 menti recitatione , ut Satyra 1.
Ruptae lectore columnæ . Sic Mar-
 tianus Capella : cognoscentium
 quoque fregere subsellia : hunc
 olim perorantem , et rhetoricae se-
 dilia plausibili oratione frangen-
 tem , etc. Sidonius lib. 5. epis-
 tolarum ad Sap. ⁸³ Pantomimo ,
 Domitiae Neronis amitac
 liberto . ⁸⁴ Fabulam de matre
 Penthei conscriptam , eamque

novam . ⁸⁵ Paris . ⁸⁶ Praefectu-
 ras . ⁸⁷ Dignitatem equestri , cui-
 jus insigne annuli aurei , quos
 inventit luxus semestres , id est ,
 aestivos minores ; hybernos , ma-
 jores , ut Satyra 1. vers. 28. ⁸⁸
 Nobiles . ⁸⁹ Tragoedia de Pe-
 lope filia Thyestæ , vel de Phi-
 lionela conscripta , et Paridi ven-
 dita . ⁹⁰ Recitationes in pulpi-
 tis . ⁹¹ * Vir liberalis , et mu-
 nificus . Sat. 5. v. 108. ⁹² Nunc
 studii utilitas huc reddit omnis
 denique , ut palleant , et vino
 abstineant , legitur et , *tunc utile* .
⁹³ Abstemia agere Saturnalia ,
 quae mense celebrantur Decem-
 bri , in quibus vino , et epulis
 maxime indulgetur .

(*) Latin. Quorum ex plausu , et clamore diruptus est locus .
 Ves-

94 Vester porro labor foecundior, historiarum
 Scriptores, 95 petit hic plus temporis, atque 96 olei
 plus;
 Namque oblita modi millesima pagina surgit 100
 Omnibus, et crescit multa damnosa papyro,
 Sic ingens rerum numerus jubet, atque operum lex.
 Quae tamen inde seges? terrae quis fructus 97 apertae?
 Quis dabit historico, quantum daret 98 acta legenti?
 99 Sed genus ignavum, quod tecto gaudet, et umbra.
 1 Dic igitur, quid causidicis² civilia praestent 106
 Officia? et magno³ comites in fasce libelli?
 Ipsi magna sonant; sed tunc cum creditor audit
 Praecipue, vel, si + tetigit latus acrior illo,
 5 Qui venit ad dubium grandi cum⁶ codice⁷ nomen.
 Tunc immensa cavi spirant mendacia⁸ folles, 111
 7 Conspuiturque sinus: verum deprendere messem
 Si libet, 10 hinc centum patrimonia causidicorum,
 Parte alia solum¹¹ russati pone¹² Lacertae.
 Consedere¹³ duces: surgis tu¹⁴ pallidus¹⁵ Ajax 115

94 Sed vester labor, o historici, utilior forte est, et foecundior. *Ironice.* 95 Hic labor petit plus operae, et olei. Sed legitur, et petitur plus. 96 Impensae in oleo ad lucernam. 97 Proscissae, et aratae. *Metaph.*
 98 Actuario, sive advocto. 99 Sed historici, inquieti, sunt genus ignavum, etc. Isaacus Ca-
 saubonus in *animadversionibus* ad Suetonium in Augusto legit,
 quod lecto gaudet, intelligique lectum, ceu lecticulam lucubratio-
 riā. *anvīdiov.* Ita Seneca 72.
 epist. *Quaedam sunt, quae possis,*
 et in cisto scribere: *quaedam let-
 ectum, et otium, et seoretum desi-
 derant.* Et Pers. Sat. i. *Non quic-
 quid denique lectis Scribitur in ci-
 treis.* 1 Respondet poeta. 2 A-
 ctiones causarum civilium. 3 Li-

bri actionum, quos secum in
 judicium ad fert. 4 Punxit, com-
 movitque aliis causidicus acrior
 illo, vel creditor. 5 Qui, debiti-
 tore inficiente, negat id deberi,
 paratus ostendere libros accepti,
 et expensi. 6 Legum, vel pro-
 bationis. 7 Debitum. 8 Pulmo-
 nes, vel fauces. 9 Contentione
 orationis. 10 In hac lance, id
 est, confer lucrum aurigae cum
 illo causidici, et complices unius
 aurigae lucrum aequare centum
 causidicorum mercedes. 11 Ves-
 te russata, id est, rubra induit.
 12 Miliitis, vel aurigae russatae
 factionis. 13 Judices. *Hemis-
 tich.* *Ovidianum Met.* 13. 14 De
 eventu, vel causa subtimidus.
 15 Causam dicturus, ut Ajax ibi-
 dem.

Dicturus¹⁶ dubia pro libertate,¹⁷ Bubulco
Judice: rumpe miser¹⁸ tensum jecur, ut tibi lasso
Figantur¹⁹ virides scalarum gloria palmae.
(*) Quod vocis pretium? siccus petasunculus, et vas
²⁰ Pelamydum, aut veteres Maurorum²¹ epimenida bulbis;
Aut vinum²² Tiberi devectum, quinque la genae,¹²¹
Si quater egisti: si contigit aureus unus,
²³ Inde cadunt partes in foedere pragmaticorum:
²⁴ Aemylio^(**) dabitur, quantum petet, et melius²⁵ nos
Egimus: hujus enim stat²⁶ currus aheneus, alti¹²⁵
Quadrijuges in vestibulis, atque ipse feroci
²⁷ Bellatore²⁸ sedens curvatum hostile minatur
Eminus, et statua meditatur praelia²⁹ lusca.
Sic³⁰ Pedo³¹ conturbat, ³⁰ Matho deficit, exitus hic est
³⁰ Tongilli, magno cum³² rhinocerote lavari¹³⁰
Qui solet, et vexat lutulenta balnea³³ turba,

16 Pro eo, cuius libertas in
questiōnem vocatur, ut Cic. pro
Archia. 17 C. Attilio Bubulco
Cos. vel rusticō aliquo judice.
18 Jecur ira instatum, vel pulmo-
nem spiritu. 19 Victoriae signa
ē pulpitū tuis aedibus affiguntur;
erat autem moris victoriam in
actionibus partam testari appen-
sa pro foribus palma. (***) si qū-
riunt ēst τῇ θύρᾳ χλωποὶ ἤτα-
νοποι. Lucian. Πελόπων διδά-
σσαν: alii censent significari
hinc pauperiem oratorum, qui-
bus etiam victoribus pro palma-
tis aedibus erant coenacula, ad
quae scalis ascenderent. 20 Pis-
cium ē thynnī genere. 21 Bulbi
genus. Plin. l. 19. vel bulbi, pis-
ces exigui, et viles. Lips. epist.
2. lib. 4. Quaest. epist. alii le-
gunt Epimenia, quasi menstrua
haec sint munera ex Africa. 22
Vile, ut Vejentanum, seu Etrus-

cum, non adverso flumine ex
Campania, vel Graecia adve-
ctum. 23 Aurei illius partes quae-
dam auferuntur distribuendae ex
pacto Pragmaticis, qui, verbis,
et formulis juris instructi, mer-
cedibus adducti, ministros se ora-
toribus praebent in judiciis. Cic.
1. de Orat. et Fab. l. 12. cap. 3.
24 Diviti causidico. 25 Nos ta-
men pauperes advocati. 26
Triumphalis currus majorum in
porticus. 27 Equo. 28 Eques-
tris statua. 29 Altero oculo
clauso, ut ictum dirigat, vel,
inclinato capite, vel detorto, ita
ut unus tantum oculus videatur.
30 Causidicus. 31 Decoquit, et
aes alienum ontrahit: novis cre-
ditoribus solvens, veteribus non
ita, dum se divitem praeferat.
32 Cutto ex cornu Rhinocero-
tis, quo in balneis ntuntur divi-
tes. 33 Clientum, et servorum.

(*) T bien, con que se e v ene a pugar al cabo tanto vocear, y clamar?

(**) Su boca será su mid da.

(***) Latin. Palmae super porta virides eam coronantes.

Perque forum juvenes longe premit * assere ³⁴ Medos,
 Empturus pueros , argentum , ³⁵ myrrhina , villas;
³⁶ Spondet enim Tyrio ³⁷ stlataria purpura filo.
Et tamen hoc ipsis est utile : purpura ³⁸ vendit 135
Causidicum , vendunt ³⁹ amethystina , convenit illis
Et strepitu , et ⁴⁰ facie majoris vivere census.
 Sed finem impensae non servat prodiga Roma.
⁴¹ Ut redeant veteres , ⁴² Ciceronis nemo ducentos
 Nunc dederit nummos, nisi fulserit annulus ingens. ¹⁴⁰
 (*) Respicit hoc primum ⁴³ qui litigat , an tibi servi
 Octo , decem ⁴⁴ comites , post te an sit sella , ⁴⁵ togati
 Ante pedes : ideo conducta ⁴⁶ Paulus agebat
⁴⁷ Sardonyche, atque ideo pluris, quam ⁴⁸ Cossus agebat,
 Quam ⁴⁹ Basilus : *rara in tenui facundia panno:* 145
 Quando licet ⁵⁰ flentem Basilo producere matrem?
 Quis bene dicentem Basilum ferat? ⁵¹ accipiat te
 Gallia , vel potius ⁵² nutricula causidicorum
 Africa , si placuit mercedem imponere linguae.

Declamare doces , ô ⁵³ ferrea pectora ⁵⁴ Verti, 150
 Cum ⁵⁵ perimit saevos ⁵⁶ classis numerosa tyrannos.

* Satyra 3. v. 235. ³⁴ Lecticarios ex Media. Lipsius legit Moesos, ut Sat. 9. 35 Vasa: vide de Martial. epigr. 113. l. 1. et quae nos ibi: vide et huiusmodi licitatem Mamurram. epigr. 60. l. 9. Martial. 36 Exponit se, tanquam divitem. 37 Latus clavus purpureus, si praefixo, ut stile pro lite. 38 Comendat, et facit, ut conducatur majori pretio. 39 Vestimenta violacea, ab Amethysti gemmata colore. 40 Ostellatio majoris census. 41 Quod si in vitam reversi sint summi illi oratores Romani Crassus, Antonius, Cicero, acturi jam causas.... 42 Clientes non tam respicerent eloquen-

tiam, quam census, faciem, et comitatus oratoris, an illi lectica octophorus plena ipso, etc. ⁴³ Clientes. ⁴⁴ Amici antearibunes. ⁴⁵ Orator causidicus. ⁴⁶ Annulo, in quo haec erat gemma. ⁴⁷ Tenui oratori producenti matrem in gravi causa pro vita, et salute filii supplicantem, et misericordiam moventem, quod fecit Cicero pro Fontejo. ⁴⁸ In Galia oratoria exercebas. ⁴⁹ Litigiosa. ⁵⁰ Nullius laboris non patientissima. ⁵¹ O Rhetorum praceptor. ⁵² Perimendos declinat, alii de Dionysio exponunt, qui de rege in hoc pistriatum fuerit conjectus. ⁵³ Discipulorum.

(*) Lo primero que mira el litigante, quando busca Abogado, es, si, etc.

Nam, quaecunque sedens modo legerat, haec eadem stans
Proferet, atque ⁵⁴ eadem cantabit versibus ⁵⁵ iisdem.

Occidit miseris ⁵⁵ crambre repetita magistros.

Quis ⁵⁶ color, et quod sit ⁵⁷ causeae genus, atque ubi
⁵⁸ summa 155

Quaestio, quae veniant diversa parte ⁵⁹ sagittae,

Scire volunt omnes, () mercedem solvere nemo.*

⁶⁰ Mercedem appellas? quid enim scio? ⁶¹ culpa de-
centis

Scilicet arguitur, quod ⁶¹ laeva in parte mammillae

Nil salit ⁶³ Arcadicu juveni, cuius mihi sexta 160

Quaque die miserum dirus caput ⁶⁴ Annibal implet:

Quicquid id est, de quo deliberat, an petat urbem

A Cannis? an post nimbos, et fulmina cautus

⁶⁵ Circumagat madidas à tempestate cohortes.

⁶⁶ Quantum vis stipulare, et protinus accipe quod do,

Ut toties illum ⁶⁷ pater audiat? haec alii sex 166

Et plures uno conclamant ore sophistae,

Et veras agitant lites, (**) ⁶⁸ raptore relictos;

⁵⁴ Periodis, et pronuntiatione.

⁵⁵ Eadem identidem ab eodem

iisdem inculcata, non sine fas-

tido enecat, non secus ac (***)

δις πραπή βάνατος, recalcata

brassica, et ad fastidium repo-

sita. Quod enim de Cambre in-

gerunt Domitius L. Scoppa, et

alii, ut sit inscriptio declama-

tionis ex historia devictorum à

Cumanis Capuanorum juxta Cami-

bren oppidum Campaniae, tor-

tuosum inibi, et longe nimis pe-

titum videtur. Vide Angeli Poli-

tiani 33. c. Miscell. ⁵⁶ Ratio.

⁵⁷ Deliberativum, demonstrati-

vum, aut judiciale. ⁵⁸ Contro-

versiae status. ⁵⁹ Objectiones,

et argumenta adversarii. *Meaph.*

⁶⁰ Inquit discipulus. ⁶¹ Respon-

det magister. 62 Cor stupidum

est. 63 Pingui, hebeti, obtuso,

quales sunt Arcades, teste Phi-

*lost. 1.3. (****) Βενοίστανοι, vel*

asinino. Vide Pers. Sat. 3. v. 9.

⁶⁴ Obtundit me toties auditia ad

nauseam illius declamatio de An-

nbale deliberante, an recens è

Cauensi victoria peteret urbem,

suadente Maharbale, et illi coe-

nam in Capitolio pollicente. ⁶⁵

Reducat, cum jam posuisset

castra ad tertium à Roma lapi-

dem, deterritus fulmine, et tem-

pestate per dies tres. ⁶⁶ Dicit

dispensator, qui Rhetori disci-
pulum tradit. ⁶⁷ Pers. Sat. 3. v.

47. ⁶⁸ Themate ficto de rapto-

re: *De his vide Quintilani decla-*

mationes, et Senecae controversias.

(*) Pero eso de pazar ninguno lo quiere entender.

(**) Omissio themate de Paride Priami filio, qui Helenam Me-
nelai uxorem rapuit ad suam, et patriae perniciem.

(***) Latin. Bis brassica mors est. (****) Latin. Stupidi.

69 Fusa venena silent , 70 malus , ingratusque maritus,

Et 71 quae jam veteres sanant mortaria coecos. 170

(*) Ergo 72 sibi dabit ipse 73 rudem , si nostra movebunt Consilia , (**) et vitae diversum iter ingredietur,

Ad b pugnam qui rhetorica descendit ab c umbra,

74 Summula ne pereat , qua vilis 75 tessera venit

Frumenti , quippe haec merces lautissima : tenta 175

76 Chrysogonus 77 quanti doceat , vel 77 Pollio quanti

78 Lautorum pueros , artem 79 scindens 80 Theodori.

Balnea 81 sexcentis , et pluris 82 porticus , in qua

Gestetur dominus , quoties pluit : anne serenum

Exspectet , spargatve luto jumenta recenti ? 180

83 Hic potius : namque hic mundae 84 nitet ungula mulae.

Parte alia longis 85 Numidarum fulta columnis

Surgat , et 86 algentem rapiat coenatio solem.

Quanticunque domus , veniet , 87 qui fercula docte

Componit , veniet , 88 qui pulmentaria condit. 185

Hos inter sumptus sestertia 89 Quintiliano

69 Nec umbratili in schola accusacione

70 Thēma de ingrato marito :

Et hic de Medea , et Jasone ex-

poni possunt. 71 Thēma de no-

vera veneficii privignum insi-

mulate , quem offendebat mis-

centem collirium ad aegros ocu-

los patri. 72 Poëta itaque sua-

det sophistae , ut et ipse potius

se conferat b ad veras causas fo-

renses ab c imaginaria hæc , et

scholastica sophistarum exercita-

tione , quam hujusmodi perpetiatur

(**) ἀκριπίας , et calumnias.

73 Libertatis , et Rhetoricas ,

Metaph. à gladiatoriibus , qui ru-

de donati cessant. 74 Merces

minima. 75 Tabella lignea cer-

ta nota insignita figuræ quadra-

tae : unde et nomen , quandoque

rotundæ , quo symbolo ab ho-

reis publicis frumentum petas.

76 Quantula mercede. 77 Rhei-

tor , sophista. 78 Nobilitum. 79

In minima mensa quasi dividens ,

et ingerens præcepta Rhetorica.

80 Theodori Gadarei Rhetoris.

81 Supple numijis. 82 Sat. 4.

v. 6. 83 In porticu potius quam

platea. 84 Nec luto spargitur.

85 E lapide Numidico , qui ad

columnas optimus est. Horatius

Od. 18. l. 2. columnas ultima re-

cisas Africa. 86 Triclinium hi-

bernū , quod septentrioni , aut

orienti objectum solem matutini-

num , et opacam exciperet Ar-

cton. 87 Structor. 88 Coquus.

89 Rhetori præceptoris filii.

{*} Se jubilará a sí mismo. {**} Lat. Ingratitudines.
{***} Tomará otro modo de vivir.

Ut multum, duo sufficient; (*) res nulla minoris
Constatib patri, quam filius: ⁹⁰ unde igitur tot
 Quintilianus habet saltus? ⁹¹ exempla novorum
 Fatorum transi: a felix, et b pulcer, et c acer, 190
 Felix, et sapiens, et nobilis, et generosus
 Appositam * nigrae ⁹² lunam subtexit ⁹³ alutae:
 Felix, orator quoque maximus, et ⁹⁴ jaculator,
⁹⁵ Et si perfixit, cantat bene: (**) distat enim, ⁹⁶ quae
 Sidera te excipient modo primos incipientem 195
 Edere vagitus, et adhuc ⁹⁷ à matre rubentem.
Si fortuna volet, fies de rhetore ⁹⁸ consul,
Si volet baec eadem, fies de consule ⁹⁹ rhetor.
¹ Ventidius quid enim? quid ² Tullius? an ne aliud quam
 Sidus, et occulti miranda potentia fati? 200
² Servis regna dabunt, ³ captivis fata triumphos.
³ Felix ille tamen (***) corvo quoque rario albo.

⁹⁰ Obiectio; unde igitur fuit
 Quintilianus tam dives? ⁹¹ Re-
 spondet à fatis, et fortuna illi ob-
 tigerunt bona a fortunac, b cor-
 poris, et c animi. * Nam ut
 quisque insanus nigris medium im-
 pediit crus Pellibus. Horat. Sat. 6.
 lib. 1. Senatores primo calceos
 nigros indebant, postea cereos,
 galbeos, coccinos, etc. ⁹² Se-
 natorum calceis luna assuta erat
 scilic. littera C. nota centenarii
 numeri patriciorum à Romulo
 institutorum. ⁹³ Calceo ex alu-
 ta. ⁹⁴ Dialecticus. sophista. ⁹⁵
 Etsi quid peccatum sit, in illius
 tamen laudem vertetur, ut rau-
 cus ex frigore etiam bene can-
 tare dicatur. ⁹⁶ Quod tibi nas-

centi sit *θεια*, et *ωπισσατος*.
⁹⁷ A paru recenti sanguine ma-
 terno rubentem. ⁹⁸ Ut Cicero.
 Quintiliano autem ornamenta po-
 tius consularia, quam insignia
 potestatis, data, resert. *Ausonius*
ad Gratianum. ⁹⁹ Valerius Li-
 cinianus praetorius exul de Se-
 natore. Rhetor de consule sa-
 ctus. Plin. epist. 11. 1. 4. ¹ Ven-
 tidius Bassus è captivo, et mu-
 lione ad praeturam, consulatum,
 et triumphum condescendit. Valer.
 Max. 6. 10. A. Gell. 15. 1. ² Qui
 ex serva natus Tarquinio Prisco
 in regno Romano successit. ³
 Quintilianus sane felix, cui ex
 arte contigerunt dvitiae.

(*) Nada ie cuesta tan poco, le sale tan varato al padre, como el hijo. Hoc satyrice in patres, qui in balneis, porticibus, domibus magnos faciebat sumptus; in mercede magistris solvenda parec admodum, et tenaces (Hisp. agarrados) erant.

(**) Vá mucho en el astro, que domina en el cielo al tiempo de nacer un hombre.

(***) Simile est illud: *nigroque simillima cigno*. Sententia est: *Facilius est corbum inveniri albi coloris, quam Rhetorem, aequo, ac Quintilianus, fortunatum.*

*Poenituit multos vanas, sterilisque * cathedrae,
Sicut Thrasimachi probat exitus, atque Secundi
Carinatis, et hunc inopem vidistis, Athenae, 205
Nil praeter gelidas ausae conferre ? cicutas.*

* *Dii majorum umbris tenuem, et sine pondere terram,
Spirantesque crocos, et in urna perpetuum ver,
Qui praeceptorem sancti voluere parentis
Esse loco : (*) metuens virgae jam grandis Achilles 210
Cantabat 10 patriis in montibus : et 11 cui non nunc
Eliceret risum citharoedi 12 cauda magistri?*

13 Sed Ruffum, atque alios caedit sua quaeque juven-
tus,

24 Ruffum, qui toties Ciceronem Allobroga dixit.
Quis gremio 15 Enceladi, doctique 16 Palaemonis adfert,
Quantum grammaticus meruit labor? et tamen 17 ex
hoc, 216
Quodcumque est (minus est autem quam rhetoris aera)
17 Discipuli custos praemordet 18 Acoenitus ipse,
19 Et qui dispensat, 20 frangit sibi : 21 cede, Palaemon,

4 Rhetoricae professionis, quam
exercebant sedentes in cathedra.
5 Carthaginiensis, qui propter
exiguam mercedem destitit à
Rheborica, quam profiteri coe-
pisset. 6 Atheniensis, qui Rhe-
boricen professus à Caligula in
exilium relegatus est, quod per
exercitationem in tyrannos per-
orasset. 7 Vide Pers. Satyr. I.
v. 2. 8 Dii dent majorum nos-
trorum manibus, et cineribus le-
vem terram perpetuo florentem,
etc. Vide quo nos ad ultimum
versum Hippolyti Senecae 89.
epigr. I. I. Mart. et Pers. Sat. I.
v. 35. 9 Fidibus canere didicit.
10 Thessaliae. 11 Et qui tunc
grandis non risu contuminebat

senem Centaurum: alii, et quis
non risisset? 12 Inferior Chiro-
nis Centauri pars. 13 Nunc
a. Ruffum, id est, praecepto-
rem etiam pueri sui discipuli
caedunt. 14 Satrium Ruffum,
Ciceronis aemulum, qui Cice-
ronem Gallicae ejusdam elo-
quentiae esse dixit. 15 Gram-
matici. 16 Rhemni Palaeononis
Grammatici, de quo Sar. 6. v.
458. 17 Ex hac mercedula. 18
Paedagogus aliquid diminuit, ab-
radit. In nomine autem aliud
ad Anicetum paedagogum, de
quo Sueton. c. 5. Neron. 19 Oe-
conomus, dispensator. 20 Sibi
aliquid praecedit. 21 Cede de tu-
derecho.

(*) Sententia est: Achilles jam adolescens cantabat in patriis
montibus Chironis Centauri. Musici imperio parens, ejusque vir-
gam metuens; sed hoc priscis temporibus: at nunt (Farn. tunc, sed
male) nullus puer tam reveretur magistrum; imo potius candam
ejus (erat Chiron extrema sui parte equus) irriteret.

Et patere inde aliquid decrescere : (non aliter, quam
 22 Institor hybernae tegetis , niveique cadurci) 221
 23 Dummodo non pereat , mediae quod noctis ab hora
 Sedisti , qua nemo faber , qua nemo sedebat ,
 24 Qui docet obliquo lanam deducere ferro :
 Dummodo non pereat totidem olfecisse lucernas, 225
 Quot stabant pueri , cum totus 25 decolor esset
 26 Flaccus , et haereret nigro fuligo 27 Maroni.
 Rara tamen merces , quae 28 cognitione tribuni
 Non egeat : (*) sed 29 vos saevas imponite leges ,
 Ut praeceptoris verborum regula constet, 230
 Ut legat historias , auctores noverit omnes
 Tanquam unguis , digitosque suos , ut forte rogatus
 Dum petit aut thermas , aut 30 Phoebi balnea , 31 dicat
 32 Nutricem Anchisae , nomen, patriamque 33 novercae
 Archemori , dicat 34 quot Acestes vixerit annos, 235
 Quot 35 Siculus Phrygibus vini donaverit 36 urnas.
 Exigite , ut mores teneros , ceu pollice , ducat,
 Ut si quis cera vultum facit : exigite , ut sit
 Et 37 pater ipsius coetus , ne turpia ludant,
 Ne 38 faciant vicibus : non est leve tot puerorum 240
Observare 39 manus , oculosque 40 in fine trementes.

22 Supple , patitur sibi de pri-
 mo pretio indicto aliquid de-
 trahit. 23 Dum aliquid mercedis
 habeas. 24 Carminator. 25 Fu-
 ligine , vel manuum conrecta-
 tione. 26 Horatii opus. 27 Vir-
 gili operi. 28 Lite coram Tri-
 buno aerario , cui de minoribus
 causis cognoscendi jus erat. 29
 Ironicè dicum in Romanos di-
 vites , qui tametsi exiguum (**)
 minerval praeceptoribus pende-
 rent , multis tamen , iisque in-
 utilibus quaestionibus eos exar-
 nificabant. 30 Balnearoris. 31
 Hujusmodi quaestionibus Gram-

maticos vexare solebat Tiberius
 Nero. Suetonium vide , et Agel-
 lium 14. 6. et Senec. epistol.88.
 32 Nomen nutricis Anchisae , de-
 qua nihil constat. 33 Ex Ae-
 neid. 10. quam Servius Caspe-
 rian nominat. 34 Quia senior.
 35 Acestes. Aeneid. 1. Siciliae
 rex. 36 Quia , *cadis onerarat A-
 cestes.* ibid. 37 Paternum in dis-
 cipulos induat affectum. Quintil.
 2. 3. 38 Agant , et patian-
 tur. 39 Ne praeputia ducant.
 ματρωσι. 40 In fine libidinis
 molliter natantes , et , ut quidam
 legunt , patrantes.

(*) Inveniuntur nunc in eos , qui magistris tam exiguum tri-
 ctum ex tanto labore capientes ad omnes quaestiones etiam futi-
 les , et inanes extempore velint respondere.

(**) Merces est , quae magistris persolvitur.

Hacc, ⁴¹ inquit, cures, et, ⁴² cum se verterit annus,
Accipe, ⁴³ victori populus quod postulat, aurum.

⁴¹ Pater. ⁴² Finito anno.
⁴³ Levem mercedem, ut posse
aureos quinque, quos popu-
lus in ludis scenicis dari pos-
tulabat ab eo, qui spectacula ex-
hibebat. Capitolinus Antonino.
Lucianus in Icaromenippo deri-
det tragicos (^{*}) ἵπτα δράχμαν
ἴση τὸν ἀγῶνα μειῶσαιντας; vi-
deor tamen mihi posse hoc in-
terpretari, nec inepre, de auro,
quod aurigis vitoribus, vel ip-

sis equis postulari moris erat à
populo in Circo, quasi dicat:
Annua Grammatici merces non
excedit summam auri, quod da-
tur aurigae pro unius horae ope-
ra: vide Martialis epigramma 74.
lib. 10. et Bulenger de Circo,
cap. 34. de praemiis aurigarum,
et Xiphilin. in Heliogabalo, quem
(**) θεωτοὺς ἀρματηλατίσαται, πατέ-
χεντες. οὐσιερ τίνα τὸν τυχόν-
των αἰτήσαται.

(*) Lat. Septem drachmis in certamen conductos.

(**) Lat. Videbant, cum curru viceretur, atque aureos, ut
quemlibet victorum petentem.



SATYRA VIII.

*Veram nobilitatem non traducem à majoribus derivari, verum
in sua virtute sitam esse, frustra ostentari fumosas paren-
tum imagines, si ipsi in ignavos, falsarios, ganeones, mi-
mos, et gladiatores per omnem turpitudinem degenerarint.*

STemmata quid faciunt? quid prodest, Pontice, (*) longo
Sanguine censeri, pictosque ostendere vultus
Majorum, et stantes in curribus Aemilianos,
Et Curios jam dimidios, + nasumque minorem
Corvini, et Galbam auriculis, nasoque carentem? 5
Quis fructus generis tabula jactare capaci
Corvinum, et posthac multa deducere * virga
Fumosos equitum cum dictatore magistros;
Si (**) coram Lepidis male vivitur? effigies quo
Tot bellatorum, si luditur alea pernox 10
Ante Numantinos, si dormire incipis? ortu
Luciferi, quo signa duces, et castra movebant?
Cur Allobrogicis, et magna gaudeat ara
Natus in Herculeo Fabius Lare, si cupidus, si

1 Gradus generis, et lineaæ, quae ad pictas imagines, tanquam rami ex stirpe discurrent, Plin. lib. 2. cap. 33. 2 Statuas triumphales Aemilianorum. 3 Statuas nobilium vetustate di-
minutas, et exesas. 4 Statuas equitum temporis edacitate im-
minutas. 5 Quid mihi tu (im-
memor virtutis majorum, cuius
tibi haec monumenta legenti me-
moria erat subjicienda) jactas
genus tuum, et familiam ampla
tabula Genealogica descripta,
et veteres jamque fumo, situ-
que obsitas imagines majorum
tuorum, quorum alii Dictatores,
alii magistri equitum fuere. Alii
legunt Pamusos, praefero Fumo-
sos: sic enim Cicero in Pisonem

fumosas dixit imagines: et Seneca epistola. * Radio, quo ordinem generis indicat. Alii vit-
garum fasces majoribus suis praeflatas intelligent. Ego ramos, et virgas ex stirpe discurrentes si-
gnificari arbitror, ut notatum supra. 6 Imaginibus clarissimo-
rum majorum, quales fuere Aemilius Lepidus, et Scipio Aemilius, qui Numantinus, et Afri-
canus cognominatus est. 7 Mane summo. 8 Cur titulos Fabii Maximi, qui Allobrogas devicit,
usurpet, et originem gentis suae ab Hercule ductam glorietur Fa-
bius Persicus filius, cui ob luxum à Praetore Urbano paternis
bonis interdictum? Valer. Max.
3. 5. et Senec. 4. de Beneficiis. 30.

(*) Longa majorum serie.

(**) ¿Qué sirve esto, si delante de las imágenes de los antepasa-
dos esclarecidos se trae una vida desreglada?

Vanus, et⁹ Euganea quantumvis mollior agna? 15
 Si¹⁰ tenerum attritus¹¹ Catinensi pumice lumbum,
 12 Squalentes¹³ (***) traducit avos, 14 emptorque veneni
 15 Frangenda miseram¹⁶ funestat imagine gentem?
 Tota licet veteres exornent undique¹⁷ cerae
 Atria: Nobilitas sola est, atque unica virtus. 20
 18 Paulus, vel¹⁹ Cossus, vel²⁰ Drusus moribus esto:
 21 Hos autem effigies majorum pone tuorum:
 Praecedant ipsas illi te consule²² virgas,
 Prima mibi debes animi bona. Sanctus haberi,
 Justitiaeque tenax factis, dictisque mereris, 25
 Agnosco²³ procerem: 24 salve Getulice, seu tu
 Silanus, quoctunque alio de sanguine, rarus
 Civis, et egregius patriae contingis²⁵ ovanti.
 Exclamare libet, 26 populus quod clamat Osiri
 Invento: quis enim generosum dixerit hunc, qui 30
 Indignus genere, et praeclaro nomine tantum

9 Veneta, vel Altina: lanarum
 autem incolitae laudantur Altinates oves. 10 Laevigatum, et
 glabrum. 11 Quales Aetna ex-
 coquit, vel evomit: est autem
 Catina urbs Siciliae ad radicem
 Aetnae posita. 12 Pilis horridos:
 (*) μετρωπανιζόμενος. 13 De-
 decorat; (***) θεατρίζει. Polyb.
 (*****) παραδηματίζει. Metaph.
 à noxiis per forum traductis: vide
 quae ad Mart. epig. 4. I. spect. b.
 14 Venericus. 15 Non ponenda
 cum aliis: si quis autem gravis
 criminis convictus esset, et sta-
 tua ejus frangebatur. Sat. 10. v.
 16 Polluit. 17 Cereae ima-
 gines. 18 P. Aemilius. 19 Cor-
 nelius Cossus, qui Volumnio
 rege Vejentium occiso secunda
 spolia optima tulit: vel, Cossus,
 qui sub Augusto Getulos domuit,
 quia sequitur, salve Getulice. 20
 Claudio, qui ex hostium duce
 Druso cominus trucidato nomen
 reportavit. 21 Mores. 22 Li-
 ctorum, id est, consulatum, et
 honores praecedant mores prisci,
 et sancti. 23 Te esse vere no-
 bilem. 24 Vere triumphans, et
 nobilis, ac si esses Cossus Ge-
 tulicus (supra nota 19) sive Si-
 lanus, quoctunque ortus ex san-
 guine. 25 De te praeclaro, et
 bene merito ejus. 26 Non mi-
 nori laetitia, quam Aegyptii
 exultant, ubi invenerint Apim
 boven, qui Osirideum, id est,
 frumenti lationem repraesenteret,
 exclamantes (*****) ὑψάνται,
 συκαιρουσι, Athenagoras Orator
 in legatione pro Christianis.

(*) Lat. Non rasos. (**) Sacra à la verguenza. Alludit Poëta ad consuetudinem Romanorum noxiis per forum ad ignominiam traducentium, criminum inscriptionibus collo suspensis.

(***) Lat. In theatrum producit. (****) Lat. Ignominiae expoно. (*****) Lat. Invenimus, lactemur.

Insignis? ²⁷ (*) nanum cuiusdam Atlanta vocamus:
 Aethiopem ²⁸ cygnum: parvam, ²⁹ extortamque puellam
³⁰ Europen: ³¹ canibus pigris, scabieque vetusta
 Laevibus, et siccae lambentibus ora lucernae, ³⁵
 Nomen erit pardus, tigris, leo, si quid adhuc est,
 Quod fremit in terris violentius: ergo cavebis,
 Et metues, ³² ne sic tu Creticus, aut Camerinus.
 His ego quem monui? tecum est mihi sermo, ³³ Rubelli
 Plance, (***) tumes alto Drusorum sanguine, tanquam
 Feceris ipse aliquid propter quod nobilis esses, ⁴¹
 Ut te conciperet, ³⁴ quae sanguine fulget Iuli,
³⁵ Non quae ventoso conducta sub aere textit.
 Vos humiles, inquis, vulgi pars ultima nostri,
 Quorum nemo queat patriam monstrare parentis: ⁴⁵
 Ast ego, ³⁶ Cecropides? ³⁷ vivas, et originis hujus
 Gaudia longa feras: tamen ima plebe Quiritum
 Facundum invenies: solet hic defendere causas
 Nobilis indocti: veniet de plebe ³⁸ togata,
³⁹ Qui juris nodos, et legum aenigmata solvat. ⁵⁰

²⁷ Sic ironice, et *nar' av̄t̄.* ²⁸ *nanum nobili cuiquam in deliciis vocamus Atlantem, qui gigas fuit, frater Promethei, rex Mauritaniae, in montem conversus, ut fabulantur: vide quae ad Martial. epigr. 77. lib. 6. f. vide et Politiani Miscellan. c. 23. 28 Album. ²⁹ Incurvam, gibbosam. ³⁰ Proceram, et erectam, qualis fuit Europa à Jove tauru rapta. ³¹ Aut si quis canes tardos, scabie depilatos, et (^{**}) *aiȳss* dicat pardos, tigres, leones, et si quid illis ferocius, nobilissime. ³² Ne tu scilicet ironice dicaris Creticus, etc. specie, et nomine quidem nobilis, ut Creticus. Sat. 2. vers. 67. et Camerinus ^{7. v. 90.} revera ignobilis, et degener. ³³ Cui nobilitas per matrem ex Julia familia, pari ac Nero gradu. Sit ante oculos Nero, quem longa Caesarum serie tumentem, etc. Tac. Hist. 16. ³⁴ Nobilis matrona è gente Julia. ³⁵ Non plebeja, quae sub dio (alii legunt Aggere: ut sit agger Tarquinii, ubi plebejas mulieres texere solebant) textit. Ptolomacus Flavius conjectaneorum cap. 13. *sub aere* expavit in atrio, ubi exercebant textrinam priscae. ³⁶ Romulida, indigena, Julia familia oriundus, ut Athenienses nobilissimi à Cecrope rege primo. ³⁷ Respondeat Rubellio Poeta. Ironice. ³⁸ Ima, et vili. ³⁹ Juris peritus.*

(*) Hispan. Enano.

(**) Lat. Fuliginosos.

(***) Superbis, quod à nobilissima Drusorum familia ortus.

⁴⁰ Hic petit ⁴¹ Euphraten juvenis, ⁴² domitique Batavi
Custodes aquilas, armis industrius: at tu
Nil nisi ⁴³ Cecropides, ⁴⁴ truncoque simillimus (*) Her-
mae:

Nullo quippe alio vincis discrimine, quam quod
(**) Illi marmoreum caput est, tua vivit imago. ⁴⁵
Dic mihi, ⁴⁶ Teucrorum proles, animalia muta
Quis generosa putet, nisi fortia? nempe volucrem
Sic laudamus equum, ⁴⁷ facili cui plurima palma
Fervet, et exultat ⁴⁸ rauco Victoria ⁴⁹ circo.
Nobilis hic, quo cunque venit de ⁴⁹ gramine, (***) cuius
Clara fuga ante alios, et ⁵⁰ primus in aequore pulvis. ⁵¹
⁵¹ Sed venale pecus Corythae, posteritas et
Hirpini, si rara jugo victoria sedit:
Nil ibi majorum respectus, gratia nulla
⁵² Umbrarum, ⁵³ dominos pretiis mutare jubentur ⁵⁴
Exquis, b tritoque trahunt epirhedia collo
Segnipedes, dignique c molam versare Nepotis.
Ergo, ut niremur ⁵⁴ te, ⁵⁵ non tua, primum aliiquid da,

⁴⁰ Alii de plebe ad militiam
in extremis Romani imperii fini-
bus proficiuntur contra Par-
thos, et Germanos. ⁴¹ Flumen
Mesopotamiae, quod è Niphate
majoris Armeniae monte nasci-
tur. ⁴² Praesidia posita ad coëc-
cendos, ne rebellent, Belgas il-
los nuper à Domitiano domitos.
⁴³ Genere speciosus, Romuli-
dam te jactans, uti se Cecropi-
des Athenienses. ⁴⁴ Mercurii
statuae, quae capite quidem e-
rant marmoreae, et formatae, cae-
terae trunci rudes, et inutile li-
gnum. ⁴⁵ O Rubelli, qui te
Julio Caesare, Julio, et Teucus
saturni jaceras. ⁴⁶ Facili ad cur-
sum, et veloci. ⁴⁷ Propter cla-
morem, vel sonoro. ⁴⁸ Spe-

ctante, et studiose acclamante
populo in Circo. ⁴⁹ Pascuo,
agro, regione: alii legunt Germi-
ne. ⁵⁰ Pedibus pulverem in Cir-
co movens caeteros cursu praec-
vertitur. ⁵¹ Equi contra etiam
generosissima equa Corintha, et
victore equo Hirpino nati non
aestimantur, sed venduntur si
degeneres sint, et raro curuli
certamine vincant. ⁵² Mortuo-
rum majorum Hirpini, et Cori-
thae. Catachresis. Harpinnae equi
curulis Oenomai meminit Lyco-
phron. ⁵³ Vili venduntur b
rhedariis, et c molitoribus. Ne-
pos nomen molitoris. ⁵⁴ Tuas
virtutes, quae in te sunt. ⁵⁵ Non
majores, qui extra te.

(*) Graece Ερμῆς dictus est Mercurius ab Ἱρπίῳ, dico, nuntio,
quod Deorum ad homines mandata perficeret.

(**) Porque no hay mas diferencia, que tener el la cabeza de mar-
mol, y tu de carne.

(***) Qui caeteris antecedit.

Quod

*Quod possim titalis incidere praeter honores ,
Quod damus illis , et dedimus , ⁵⁶ quibus omnia debes.* 70
⁵⁷ Haec satis ad juvenem , quem nobis fama superbum
Tradit , et inflatum , plenumque ⁵⁸ (*) Nerone propin-
quo.

*Rarus enim ferme sensus communis in ⁵⁹ illa
Fortuna : sed (**) te censeri laude tuorum ,
Pontice , noluerim , sic ut nihil ipse futurae 75
Laudis agas : miserum est aliorum incumbere famae ,
Ne colapsa ruant subductis ⁶⁰ tecta ⁶¹ columnis .
⁶² Stratus humi palmes ⁶³ viduas desiderat ulmos .
Esto bonus miles , tutor bonus , arbiter idem
Integer , ambiguae si quando cirabere testis ,
Incertaque rei , ⁶⁴ Phalaris licet imperet , ut sis 80
Falsus , ⁶⁵ et admoto dictet perjuria (***) tauro ,
Summum crede nefas animam praeferre pudori ,
Et propter vitam vivendi perdere ⁶⁶ causas .
⁶⁷ Dignus morte perit , coenet licet ostrea centum
⁶⁸ Gaurana , et ⁶⁹ Cosmi ⁷⁰ toto mergatur abeno .
⁷¹ Expectata diu tandem provincia cum te
Rectorem accipiet , pone irae frena , modumque ;*

⁵⁶ Ex quorum honoribus totus
pendes , quum per te nihil lau-
de dignum habeas . ⁵⁷ Atque
haec sufficiunt obiter , et per di-
gressionem dicta Rubellio . ⁵⁸
Unde potius erubescendum erat ,
Nero autem ipse et à Julia fami-
lia originem duxit . ⁵⁹ Nobili ,
et ampla . Stultissim patiuntur
opes . ⁶⁰ Allegor. gloria tua .
⁶¹ Meritis , et honore majorum .
⁶² Uisque vitis ad terram eadit ,
nisi sustentetur , ita et tu con-
temneris , ac peribis , amotis
majorum laudibus : vel ut vitis
sustentanda est ulmis , ne humili-
jaceat , ita et tu virtute tua . ⁶³
Quibus maritetur vitis , ac inni-

tatur : ex sympathia vitis cum
ulmo . *Tibi viuis in ulmo est .* Virg.
2. Eclog. ⁶⁴ Tyrannus : fuit a.
Phalaris Agrigentinorum tyran-
nus . ⁶⁵ Velirque te ad perjurium
adigere , minitatus tibi taurum
aheneum . Vide Pers. Sat. 3. v. 39.
⁶⁶ Virtutem , veritatem , honest-
atem , bonam conscientiam , etc .
⁶⁷ Sceleris sibi conscius , ut ut
vivere videtur , perit . ⁶⁸ Lu-
crina . Gaurus mons est Campaniae
maritimus prope lacum Lu-
crinum , ubi optima ostrea . ⁶⁹
Unguentarii , vel luxuriosi . ⁷⁰
Unguentis pleno . ⁷¹ Exspecta-
ta , et expedita tibi .

(*) Quod NeroneM propinquitate attingeret .

(**) Te aestimari , de te judicari per res gestas majorum .

(***) Tauru ea arte fabricato , ut in eum immissi daunati ,
subjecto igne instar bovis mugirent .

Pone et avaritiae; miserere inopum ⁷² sociorum:
⁷³ Ossa vides regum vacuis exhausta medullis. ⁹⁰
 Respice, quid moneant leges, quid curia mandet,
 Praemia quanta bonos maneant, quam ⁷⁴ fulmine justo
 Et ⁷⁵ Capito, et ⁷⁶ Tutor ruerint damnante senatu
⁷⁷ Piratae Cilicum: ⁷⁸ sed quid damnatio confert, ⁹⁴
 Cum ⁷⁹ Pansa eripiat, quicquid tibi ⁸⁰ Natta reliquit?
 Praeconem, ⁸¹ Cherippe, tuis circunspice ⁸² pannis,
 Jamque tace, furor est ⁸³ post omnia perdere (*) naulum.
 (**) Non idem gemitus olim, nec vulnus erat par
 Damnorum sociis florentibus, et modo victis:
 Plena domus tunc omnis, et ingens stabat acerbus ¹⁰⁰
 Nummorum, ⁸⁴ Spartana chlamys, ⁸⁵ conchylia Coa,
 Et cum ⁸⁶ (***) Parrhasii tabulis, signisque ⁸⁷ (****)
 Myronis,
 (*****) Phidiacum vivebat ebur, necnon ⁸⁸ Polycleti

72 Provincialium, sociorum
 populi Romani. 73 Reges à praefectis
 exhaustos, et fortunis omni-
 bus exutos. 74 Vindicta, et
 poena. 75 Capito Cossutianus
 damnatus repetundarum, quod
 Ciliciam, cui practuerat, spo-
 liasset. 76 Julius Tutor idem
 damnatus, quod eandem pro-
 vinciam rapini vexasset. 77 Et
 ipsorum piratarum spoliatores.
 78 Sat. i. v. 47. 79 Posterior
 praefectus, vel, aerarium publicum.
 80 Praefectus prior. 81 O
 provincialis. 82 Qui vendat e-
 tiam pannos tuos, ne sit quo te
 spoliet novus praefectus. 83 Dum

Romam navigas praefectum ac-
 cusaturus, quo etiam damnato
 nihil tibi ex tuis redet, verum
 in aerarium infertur. 84 Tincta
 purpura è muricibus, qui ca-
 pignant circa Taenarum Laco-
 niae regionis promontorium.
 85 Vestimenta tincta Conchyliis
 in Cò insula captis. *Conchylia au-*
tem, seu purpura florem illum tin-
gendi expeditum vestibus in me-
diliis habent fascibus. Liquoris hic
minimi est in candida rena, etc.
 Plin. 86 Pictoris. 87 Statuarii.
 88 A Phidia tam affabre sculp-
 ptum, ut vivere videretur.

(*) *El flete. Nauas à vav, navis, est pretium, quod vector
 à vectis exigit.*

(**) *Cum socii opibus florebant, minus aegre incommoda po-
 terant tolerare: nunc exhausti, atque ad egestatem redacti, ma-
 gno, etiam si leve eis damnum infertur, incommodo afficiuntur.*

(***) *Pictoris celeberrimi, qui Zeuxidem acmulum, picto ve-
 lo, quod hic contrahere (*Hisp. correr*) tentavit, non sine adstan-
 tium risu fefellit.*

(****) *Eximii Statuarii, cujus nomen operibus suis artifices
 post insculpebant, ut illa emptoribus commendarent.*

(*****) *Maxime celebratur *Sophyphus*, id est, statua hastam fe-
 rent, quam hic fecit.*

Multus ubique labor: ⁸⁹ rarae sine Mentore Mensae. 104
⁹⁰ Inde ⁹¹ Dolabella est, atque hinc ⁹² Antonius, inde
⁹³ (*) Sacrilegus ⁹⁴ Verres, referebant navibus altis
 Occulta spolia, et ⁹⁵ plutes de pace triumphos.
 Nunc sociis juga pauca boum, et grex parvus equarum
 Et ⁹⁶ pater armenti captio eripetur agello:
 Ipsi deinde lares, si quod spectabile signum, 110
 Si quis in aedicula Deus unicus; ⁹⁷ haec etenim sunt
 Pro summis: nam sunt haec maxima: despicias tu
 Forsitan ⁹⁸ imbellis Rhodios, ⁹⁹ unctamque Corinthum
 Despicias merito: quid enim resinata juventus,
 Cruraque totius facient tibi laevia gentis: 115
 Horrida ² vitanda est Hispania, ³ Gallicus axis,
⁴ Illyricumque latus: parce et ⁵ messoribus illis,
 Qui saturant ⁶ urbem ⁷ circo, scenaque vacantem.
 Quanta autem inde feres tam dirae praemia ⁸ culpae,
 Cum tenues nuper ⁹ Marius (****) discinxerit Afros? 120
 Curandum in primis ne magna injuria fiat

⁸⁹ In qua non erant pocula à
 Mentore caelata. ⁹⁰ Primi illi
 Praefecti provincialibus nuper
 vietis, et societate Romana do-
 natis integras, et intactas relin-
 quabant opes, tabulas, statuas,
 opera nobilium artificium: quae
 tamen omnia Praefectorum se-
 cunda quasi progenies, Dolab-
 bella, Antonius, Verres, etc.
 everebant. Tertia vero proge-
 nies et agros provincialibus eri-
 piunt. ⁹¹ Quem Scaurus accu-
 savit, damnavitque, quod Asiam
 proconsul spoliasset. ⁹² Sena-
 tu motu, quod Achajam depra-
 datus esset. ⁹³ Qui nec sacris
 parcebat. ⁹⁴ Siciliac praetor,
 et praedo. ⁹⁵ Quam alibi de
 bello. ⁹⁶ Taurus, vel equus ad-
 missarius. ⁹⁷ Melius conve-

nient summis viris Romanis. Iro-
 nice: vel haec jam utcunque te-
 nuia pro summis habentur à pau-
 peribus, quibus reliqua sunt haec
 ut maxima. ⁹⁸ Molles. Sat. 6.
 294. ⁹⁹ Unguentis delibutam,
 luxuriosam. ¹ Resinalaevigata.
^{δρυπχνιζούσιν.} Clem. Al. 3. Pae-
 dag. (**) ² Non lacessenda rapinis praetoris. ³
 Galli è rhedis pugnantes, vel
 Gallia regio, quae à Roma ad
 axem Arcticum vergit. ⁴ Illy-
 ri, qui latus dextrum maris A-
 driatici incolunt, Scaloniam.
⁵ Afris. ⁶ Roman. ⁷ Circen-
 sibus ludis, et theatralibus pror-
 sus indulgentem. ⁸ Spolitionis.
⁹ Marius Priscus. Sat. 1. vers. 49.

(*) Sacrilegum dicit, quod in sacris Bonae Deae, quae salte
 foeminae adibant, vestitu muliebri ingressus, cum sorore concu-
 buerit. (**) Lat. Pice polita.

(***) Discinxerit: spoliarit.

¹⁰ Fortibus, et miseris : tollas licet omne, quod usquam est

Auri , atque argenti , scutum , gladiumque relinques,
Et jacula , et galeam : spoliatis arma supersunt :

" Quod modo proposui non est sententia , verum
Credite me vobis folium recitare Sibyllae. 126

Si tibi sancta cohors ¹² comitum , si nemo tribunal
¹³ Vendit ¹⁴(*) acersecomes, si nullum in conjugé crimen,

Nec per ¹⁵ conventus , nec cuncta per oppida curvis
Unguibus ire parat nummos raptura ¹⁶ Celaeno: 130

Tunc licet à ¹⁷ Pico numeres genus , altaque si te
Nomina delectant , omnem ¹⁸ Titanida pugnam

Inter maiores, ipsumque ¹⁹ Promethea ponas:
De quocumque voles proavum tibi sumito ²⁰ libro.

Quod si praecipitem rapit ambitus , atque libido, 135
Si frangis virgas sociorum in sanguine , si te
Delectent hebetes lasso lictore secures :

Incipit ipsorum contra te stare parentum
Nobilitas , ²¹ claramque facem praeferre pudendis.

(***) Omne animi vitium tanto conspectius in se 140
Crimen habet , quanto major , qui peccat , habetur.

²² Quo mihi te solitum falsas signare tabellas

10 Fortibus , iisdemque miseris factis , qui injuriarum tandem ultionem cogitabant. 11 Digressus sum ab instituto verae nobilitatis characterismo: quae tamen leviter tetigi , non minus vera sunt quam oracula , quae foliis inscripsit Sibylla. 12 Aminorum , et domesticorum. 13 Corruptus corruptum. 14 Catamitus intonsus ex α et $\eta\mu\pi\omega$, et $\eta\mu\mu$. 15 Loca , in quibus populi provinciae à magistratibus judicidis, teque adeò praetore , juris dicendi gratia congregan-

tur. 16 Uxor , velut Harpya. Aeneid. 8. vel avaritia tua. Rationes Severi Caecinae sudentis , ne quem magistratum , cui provincia obvenisset , uxor contaretur , vide apud Tacit. 3. Annalium. 17 Primo Aboriginium rege , Fauni patre , Saturni filio.

18 Ipsos Titanas (***) $\beta\epsilon\mu\chi\kappa\sigma$. 19 Japeti , et Clymetes filium Deucalionis patrem. 20 Scriptore , vel historia. 21 Ut turpitudine tua eo clarius appareat , quo illustrior est tua nobilitas. 22 Quorsum te nobilem jactas? etc.

(*) Intonsus. $\eta\mu\pi\omega$ est tondeo , $\eta\mu\mu$ coma , et α valet noui.

(**) Lat. Adversus Deos pugnantes.

(***) Hegio in Adelph. Terentii actu 3. scen. 4. Quam vos sallime agitis , quam estis maxime Potentes , dites , fortunati , nobiles; Tam maximo vos aequo animo aequa noscere Oportet , si vos multis perhiberi probos. In

In templis, ²³ quae fecit avus, statuamque parentis
Ante triumphalem? quo, si nocturnus adulter,
Tempora ²⁴ Santonico velas adoperta cucullo? 145

Praeter ²⁵ Majorum cineres, atque ossa volucri
Carpento rapitur pinguis ²⁶ Damasippus, et ipse,
Ipse rotam stringit multo ²⁷ sufflamine consul,
Nocte quidem: sed luna videt, sed sidera testes
Intendunt oculos, finitum tempus ²⁸ honoris 150
Cum fuerit, clara Damasippus luce flagellum
Sumet, et occursum nusquam trepidabit amici
²⁹ Jam senis, ac virga prior innuet, atque ³⁰ maniplos
Solvet, et infundet jumentis hordea lassis.
Interea dum ³¹ lanatas, torvumque juvencum 155
More Numae caedit Jovis ante altaria, jurat
³² Hipponam, et ³³ facies olida ad praesepia pictas.
Sed cum pervigiles placet ³⁴ instaurare popinas,
Obvius assiduo ³⁵ Syrophoenix nudus amomo
Currit, ³⁶ Idumaeae Syrophoenix incola portae, 160
Hospitis affectu dominum, regemque salutat,
Et cum venali ³⁷ Cyane succincta ³⁸ lagena.
Defensor culpae dicet mihi: *fecimus et nos*

²³ Emphatico, et apposite, tu falsarius, ille religiosus. ²⁴ Quo Santones Galliae populi utuntur. ²⁵ Viam Flaminian, vel Latinam. Sat. I. v. 170. ²⁶ Nobilis quispiam aurigandi studiosus: *nomen fictum*, quasi equorum dormitor. Hippodamas. ²⁷ Retinaculo, quod per radios rotarum immissum currum in descensu sistit, quod Herodes Atticus τροχοπέδιον appellavit, Simaritus ἔχοσιδην, referente Atheneo, lib. 3. cap. 21. ²⁸ Consulatus. ²⁹ Gravis Senatoris, cuius auctoritatem, aetatemque reverentiae, et pudori fuisse aequum erat. ³⁰ Jugales, vel fasciculos foeni. ³¹ Oves. ³² Jumentorum, et mulionum Deam, tanquam numen maxime sibi vene-

nerandum, quodque sibi proprium velit. Eponam vocat Prudentius in Apotheosi, et Plutarck in parallelis. ³³ Imagines ejusdem Deae, atque aliorum ejusmodi numinum quae equis praesunt. ³⁴ Intermissa aurigatione repetere popinas. ³⁵ Unguentarius, nomen fictum ex Syria, et Phoenicia, unde mittuntur unguenta, et odores. Quin et Bachchum Lucianus in *biographia unius* appellat Συριανὸς τιμος οὐνόπετος κάδος θυγατρίδεων. ³⁶ Judeaeae portae Romae sic dictae, quod per eam Vespasianus, et Titus de Judaeis triumphantibus ingressi sunt: est a. Idumaea Syria pars Judaeae vicina. ³⁷ Popinaria, tabernaria. ³⁸ Vini.

Huc juvenes : ³⁹ esto : desisti nempe , nec ultra
Fovisti errorem : breve sit , quod turpiter audes. 165
*Quaedam cum prima resecentur crimina * barba ,*
Indulge veniam pueris. ⁴⁰ Damasippus ad illos
 Thermarum calices , ⁴¹ inscriptaque linteae vadit
⁴² Maturus bello Armeniae , Syriaeque tuendis
⁴³ Amnibus , et ⁴⁴ Rheno , atque Istro : praestare ⁴⁵ Ne-
 ronem 170

Securum valet haec aetas : ⁴⁶ mitte Ostia , Caesar ,
 Mitte , sed in magna legatum quaere popina ,
 Invenies aliquo cum ⁴⁷ percussore jacentem
 Permistum nautis , aut furibus , aut fugitivis ,
 Inter carnifices , et fabros ⁴⁸ sandapilarum , 175
 Et ⁴⁹ resupinati cessantia tympana ⁵⁰ Galli ,
 Aequa ubi libertas , communia pocula , lectus
 Non aliis cuiquam , nec mensa remotior ulli .
 Quid facies talem sortitus , Pontice , servum ?
 Nempe in ⁵¹ Lucanos , aut Thusca ⁵² ergastula mittas .
^{At vos ,} ⁵³ Trojungenae , vobis ignosciis , et quae 181
 Turpia ⁵⁴ cerdoni , ⁵⁵ Volesos , ⁵⁵ Brutisque decebunt .

Quid , si nunquam adeo foedis , adeoque pudendis
 Utimur exemplis , ut non pejora supersint ?
 Consumptis opibus vocem , Damasippe , locasti 185

³⁹ Respondet. * Quae resecta
 ponebatur primum anno aetatis
 vicesimo. ⁴⁰ Sed Damasippus.
⁴¹ Vela popinis , et thermis , quae
 promiscue cum lupanaribus con-
 funduntur , oppansa : eaque ut
 plurimum linteae , et acu picta ,
 qualia visuntur in Italia , et His-
 pania , nisi per inscripta melius
 intelligamus inscriptionem rerum
 ibi venalium , seu meretricium in
 cellis prostantium , ut titulum
 mentitae Lyciscae : vide quae ad-
 notata ad vers. 124. et 125. Sa-
 tyr. 6. ⁴² Jam vir , militiae
 habilis. ⁴³ Euphrati , et Oronti ,
 id est , ad prohibendos hostes .
 ne incursionibus Syriam infes-
 tent. ⁴⁴ Ne incursent hostes in
 hasce provincias , vel ne deficiant

Galli , aut Germani horum flu-
 viorum accolae. ⁴⁵ Imperato-
 rem. ⁴⁶ An tibi opus est nobili-
 viro , o Caesar , quem mitras ad
 Ostia Tyberis , ut ibi navim con-
 scandat cum mandatis , et lega-
 tione ? si opus sit , quaere lega-
 tum in popina. ⁴⁷ Sicario. ⁴⁸
 Feretrorum , quibus villum per-
 sonarum , et damnatorum corpo-
 ra efferebantur. ⁴⁹ Ignavii , vel
 ebrii. ⁵⁰ Sacerdotis Cybeles. ⁵¹
 Agros Lucanos in Etruria , ubi
 vincitus sodiat. ⁵² In quibus
 servi in c impedibus opus fa-
 ciunt. ⁵³ Nobiles Romani , qui
 à Trojanis originem deducuntur.
⁵⁴ Vili , et ignobili. ⁵⁵ Nobili-

- 56 Sippario, clamosum ageres ut ⁵⁷ Phasma Catulli,
 58 (*) Laureolum ⁵⁹ Velox etiam bene Lentulus egit,
 Judice me dignus vera cruce, nec tamen ipsi
 Ignoscas ⁶⁰ populo: populi frons durior hujus,
 Qui sedet, et spectat ⁶¹ triscurria patriciorum, 190
 62 Planipedes audit ⁶³ Fabios, ridere potest qui
 64 Mamercorum * alapas. Quanti sua funera vendant,
 Quid refert? vendunt ⁶⁵ nullo cogente Nerone,
 Nec dubitant ⁶⁶ celsi praetoris vendere ludis. 194
 67 Finge tamen gladios inde, atque hinc pulpita pone:
 Quid satius? ⁶⁸ mortem sic quisquam exhorruit, ut ⁶⁹ sit

56 Ludis scenicis: est enim
 Sipparium aulaeum, seu velum
 sub quo latent mimi. 57 Fabu-
 lam dictam Phasma, id est, spe-
 cillum, à Catullo mimographo
 scriptam. 58 Fratrem Laureoli,
 qui in fabula à Naevio, vel La-
 berio scripta cruci affigitur, de
 quo Martial. lib. spectaculorum,
 epigr. 7. 59 Lentulus Velox
 Nobilis. 60 Qui haec nobilium
 dedecora sustinet spectare non
 sine aplausu: hujus rei foedam,
 et indignam impudentiam vide,
 si viciat, egregie depictam à Xi-
 philino, in spectaculis à Nero-
 ne in honorem matris Agrippi-
 nae editis, lib. 6. 61 Extremè
 securilia. Jos. Scal. ad Catullum
 legit transcurria, et vult Poë-
 tam innuere patricios Transisse
 ad scurras, id est, orchestram.
 62 Comoedos planis, id est, nu-
 dis pedibus agentes. 63 Nobi-
 lies. 64 Nobilium, qui parasito-
 rum plagipatidarum, vel servo-
 rum partes sustinentes alapis cae-
 dentur à domino mimo, ut Pan-
 niculus à Latino: vide Martial.
 epist. 72. lib. 2. et ep. 62. lib. 5.

* Insuper contumeliis alaparum
 sic os objicit, quasi de praeco-
 pto domini ludat. Tertull. de
 spectaculis. Ictibus infelix facies
 locatur, ut infelicior venter sa-
 ginetur. Cyprian. 65 Domitiano
 non cogente eos, ut fecit Nero,
 qui in arenam descendere jussit
 400. Senatores, 600. equites, qua-
 dringentos tamen apud Sueton.
 falso exscriptum pro quadriga-
 nos suspicatur Lipsius 2. Saturn.
 3. ut et sexcentos, etc. in Ne-
 rone c. 12. Sed et Xiphil. de hisce
 spectaculis: (**) καὶ εἰδεῖσθαι τὸ
 ἀνθρώποι τὰ γυναικά μηδέ-
 λα, τὰς φύσις, τὰς φαβίς, τὰς
 πορνίας, etc. 66 In sublimi
 curru sedentis, ut ludos, quos
 praebet, disponat. Sat. 10. v. 300.
 67 Proponatur ex hac parte gla-
 diatura, ex illa scenica: utra ha-
 rum eligenda? an non illa potius
 subeunda, vel si opus sit... 68 ...
 Gladio mori, potius quam... 69
 Agat partes Latini Zel. Thyme-
 les, id est, cantatrixis, de qui-
 bus 1. Sat. v. 36.

(*) In hac fabula crucifigitur Laureolus servus, cum in crimi-
 ne deprehendatur; et Juvenalis sententia, verae erat cruci affi-
 gendum Lentulus Laureolum agens: quod scilicet nobilis arti his-
 trionicae operam daret. (**) Lar. Et spectarunt tunc homines in
 theatro summas familias, Furiös, Fabios, Porcios,

Zelotypus Thymelles , stupidi collega ⁷⁰ Corinthi?
⁷¹ Res haud mira tamen , citharoedo principe , mimus
 Nobilis : haec ultra quid erit , nisi ludus ? et illic
 Dedecus urbis habes , nec ⁷² Mirmillonis in armis , 200
 Nec clypeo ⁷³ Gracchum pugnantem , aut ⁷⁴ falce supina ,
 (Damnat enim tales habitus , et damnat , et odit)
 Nec galea frontem abscondit ; ⁷⁵ movet ecce tridentem ,
 Postquam vibrata pendentia retia dextra
⁷⁶ Nequicquam esfudit , nudum ad ⁷⁷ spectacula vultum
 Erigit , et tota fugit agnoscendus arena. 206
⁷⁸ Credamus tunicae , de faucibus aurea cum se
 Porrigat , et longo jactetur spira galero.
 Ergo ⁷⁹ ignominiam graviorem pertulit omni
 Vulnere , cum Graccho jussus pugnare secutor . 210
 Libera si dentur populo suffragia , quis tam
 Perditus , ut dubitet ⁸⁰ Senecam praeferre ⁸¹ Neroni?
 Cujus supplicio ⁸² non debuit una parari
⁸³ Simia , nec serpens unus , nec culeus unus.
 Par ⁸⁴ Agamemnonidae crimen , sed causa facit rem
 Dissimilem : quippe ⁸⁵ ille deis auctoribus ulti
⁸⁶ Patris erat caesi ⁸⁷ media inter pocula , sed nec

⁷⁰ Mimi , histrionis. ⁷¹ Ordo est , nobilis tamen minus est res haud mira principe citharoedo , id est , cum Nero sit citharoidus . ⁷² Vide Sat . 2. vers . 143. ⁷³ Nobilem . ⁷⁴ Qua uituit Mirmillo . Harpe Thrace , id est , gladio incurvo , seu fica , ut Retiarius tuscina , seu tridenti , et reti . ⁷⁵ Retiarius esse vult (qui solus ex gladiatoriibus aperta facie pugnabat) ut videatur , et cognoscatur . ⁷⁶ Et erravit , nec adversarium irrerivit . ⁷⁷ Spectatores . ⁷⁸ Agnoscamus Senatorium gladiatorem ex tunica , quae appetat latis clavis aureis distincta , arque ex aurea fascia , qua galerus sub mento redimitur . ⁷⁹ Derisus à spectatoribus , quod peritus Mirmillo imperitum no-

bilem superarit . ⁸⁰ Sanctissimum virum , sed humili loco natum . ⁸¹ Genere claro , sed vitiis inquinatissimo . ⁸² Nec enim unum commiserat parricidium . ⁸³ Parricidii convictus cum simia , gallinaceo , viper , et cane , tot simul parricidis culleo insutus in mare , vel proximum flumen projiciebatur . ⁸⁴ Orestis , qui matrem Clytemnestram interfecit . ⁸⁵ Orestes non sine numinis impulsu patris caedem ultus , maternae deinde necis reus in Areopago , aequatis Deorum sententis interventu Mineruae absolutus est . (*) ⁸⁶ Agamemnonis . ⁸⁷ A matris adultero Aegistho : al. in balneo , al. dum vestem indueret sine capitulo .

(*) At in culpae poenam furiis agitatus Orestes .

⁸⁸ Electrae jugulo se polluit , aut ⁸⁹ Spartani
Sanguine ⁸⁹ conjugii: ⁹⁰ nullis aconita propinquis
Miscuit , ⁹¹ in scena nunquam cantavit Orestes , ²²⁰
⁹¹ Troica non scripsit : quid enim ⁹² Virginius armis
Debuit ulcisci magis , aut cum ⁹² Vindice ⁹² (*₂) Galbae
⁹³ Quid Nero tam saeva , crudaque tyrannide fecit?
Haec opera , atque hae sunt generosi principis artes,
(*₃) Gaudentis foedo ⁹⁴ peregrina ad pulpita saltu ²²⁵
⁹⁵ Prostitui , ⁹⁶ Grajaeque apium meruisse coronae.
Majorum effigies habeant ⁹⁷ insignia vocis :
Ante pedes ⁹⁸ Domiti longum tu pone Thyestae
⁹⁹ Syrma , vel Antigones , seu ¹ personam Menalippes ,

88 Caede sororis suae Electrae ,
ut Nero Britannici fratri . 89
Conjugis Hermiones filiae Mene-
lai ducis Spartani , ut Nero cae-
de Octaviae , Antoniae , et Pop-
paeae . 90 Ut Nero Britannico
fratri , et Domitiae amitae . 91
Ut Nero , qui exhaustis turpiter
Imperii opibus , undecunque prae-
dae inhians quasi offensus desor-
mitate veterum aedificiorum , ur-
bem incendit , quod incendium è
turri Mecoenatiana prospectans ,
laetusque flammæ pulchritudine ,
(*) ἀλωτίνης Ηλίας in illo suo scenico
habitu decantavit . Tacit . Annal .
15. Sueton . Orosius . 92 Qui
praefecti in Gallis , et Hispanis
à Nerone desciverunt , et in Ne-
ronem conjuraverunt aspirante
Senatu . 93 Quidnam enim ma-
xime fuit in honestum , et indig-
num quod in omni sua tyranni-
de admisit Nero ? certe prosti-
tuisse se in nostris , Graecisque
scenis citharoedum , bistrionem ,
saltatorem , etc . 94 Neapoli , et

in Achaja , aliisque locis pere-
grinis . 95 Metaphora à mere-
trice . 96 In Isthmicis certami-
nibus cum citharoedis certans
apiò coronabatur Nero . 97 Co-
ronam hanc tuam ex apiò . 98
Domitii atavi , vel patris tui . 99
Vestem longam , qua induitus es ,
cum tragoidiam de Thyeste , vel
Antigone filia Oedipi ageres .
Larvam , qua usus repraesentasti
fabulam Menalippes à Neptuno
amatæ , non à personando dic-
tam , ut Gellio videtur , inquit
J.Sc. sed quod erat (*₄) περὶ σώμα .
Sunt qui Syrma signiantur , et
(*₅) εὐφατιναλίψως tribui volunt
Thyeste , et Antigones personis ,
scilicet regii spiritus , et elati a-
nimis . Personam item Menalippes ,
quia sub ejus persona Euripides
Anaxagoræ præceptoris sui se-
datum animum , et philosophi-
cam exprimit sententiam . Vide
Dionysii Halicarnassæi commen-
tarium περὶ τῶν ἐχθραῖς τομέων .

(*) Hisp. *La toma*

(*₂) Hic Neroni successit.

(*₃) Nero Graecorum assentationibus captus , qui ejus vocis
suavitatem in coelum laudibus extollebant , dicere solebat : *Graeo-*
cos tantum aures habere.

(*₄) Lat. Circa corpus.

(*₅) Lat. Magis emphaticæ.

Et de marmoreo citharam suspende ² Colosso.
 Quis, Catilina, tuis natalibus, atque Cethegi,
 Inveniet quicquam sublimius? ³ arma tamen vos
 Nocturna, et flamas domibus, templisque parasitis,
 Ut ⁴ Braccatorum pueri, ⁵ Senonumque minores,
 Ausi, quod liceat ⁶ (*) tunica punire molesta. 235

Sed vigilat ^(*) consul, ⁷ vexillaque vestra coēret,
 Hic ⁸ novus Arpinas ignobilis, et modo Romae
⁹ Municipalis eques, ¹⁰ galeatum ponit ubique
 Praesidium attonitis, et ¹¹ in omni gente laborat.
 Tantum igitur muros intra ¹² toga contulit illi 240
 Nominis, et tituli, quantum non ¹³ Leucade, quantum
¹⁴ Thessaliae campis Octavius abstulit udo
 Caedibus assiduis gladio; sed Roma parentem,
 Roma ¹⁵ patrem patriae Ciceronem libera dixit.
¹⁶ Arpinas alias Volscorum in monte solebat — 145
 (*) Poscere mercedes alieno lassus aratro,
 Nodosam post haec ¹⁷ frangebat vertice vitem,
 Si lentus pigra ¹⁸ muniret castra dolabra:

² Citharam a. à judicibus ad se
 delacam adoravit, ferrique ad
 Augusti statuam jussit. Augusti
 a. statuam, seu Colossum ere-
 xerat Nero pedum 110. ut Plin.
 34. lib. 7. c. ut Suetonius, 120.
 pedum. ³ Haec satis nota ex
 Salustio. ⁴ Ut olim Narbonen-
 sis ex Gallia Braccara, et... ^{5...}
 Lugdunenses, qui sub Brenno
 Romanū cuperunt, et incende-
 runt. ⁶ Tunica alimentis ignium
 illita, qua obvoluti cremabantur
 vivi, saevo cum joco, candelae
 loco; *vel*, Herculem Oetaeum
 repraesentantes. Sat. I. 155. ⁷
 Copias, et conatus vestros. ⁸
 Cicero Arpino Volscorum oppi-
 do ortus. ⁹ Ex municipio Ar-

pinati adscitus eques. ¹⁰ Ar-
 matum. ¹¹ Per Italiam omnem
 dispositis excubis, per Allobro-
 gas, aliosque explorans insidias
 conjuratorum. ¹² Prudentia in
 pace. ¹³ Cruenta pugna navalis
 iuxta Leucadem promontorium
 Epiri, qua devicti sunt Antonius,
 et Cleopatra. ¹⁴ Pharsaliae cam-
 pis, ad Philippos in Thessalia,
 ubi devicti sunt Brutus, et Cas-
 sius. ¹⁵ Quo nomine primus
 eum salutavit M. Cato. ¹⁶ M.
 Marius mercenarius in suo Ar-
 pinio arator. ¹⁷ Vitis centurio-
 nis in Marii vertice frangebatur.
 Sat. 14. vers. 193. ¹⁸ Miles gre-
 garius, seu faber.

(*) Bitumine, resina, et pice illita.

(*) Cicero. Vide ejus in Catilinam orationes.

(*) Trabajar à jornal.

Hic tamen , et ¹⁹ Cimbros , et summa pericula rerum
Excipit , et solus trepidantem protegit urbem. ²⁵⁰
Atque ideo postquam ad Cimbros , stragemque vola-
bant,

Qui nunquam attigerant (*) majora cadavera , corvi,
²⁰ Nobilis ornatur lauro collega secunda.

Plebejae ²¹ Deciorum animae , plebeja fuerunt
Nomina : pro totis legionibus hi tamen , et pro ²⁵⁵
Omnibus auxiliis , atque omni * plebe Latina
Sufficiunt ** diis infernis , terraeque parenti.

Pluris enim Decii , quam qui servantur ab illis.

²² Ancilla natus ²³ trabeam , et ²⁴ diadema Quirini ,
Et fasces meruit , regum ²⁵ ultimus ille bonorum. ²⁶⁰
Prodita ²⁶ laxabant portarum claustra ²⁷ tyrannis
Exilibus ²⁸ juvenes ipsius (*₂) consulis , et quos
Magnum aliquid dubia pro libertate deceret ,
Quod miraretur cum ¹⁹ Coclide ²⁹ Mutius , et ³⁰ quae
Imperii fines Tiberinum virgo natavit. ²⁶⁵
Occulta ad ³¹ patres produxit crimina ³² servus

¹⁹ Cimbros , et Teutonas , qui
ex Dania , et Germania maximo
cum exercitu Romanam contendentes
magnum terrem Italiae incusserunt , sed a Mario devicti
praeda corvis facti sunt. ²⁰ No-
bilis collega Quintus Catulus Lu-
cetius secundo loco triumpha-
vit , cum uni Mario homini novo
victoriae honos tribueretur , li-
cet utriusque consulis auspiciis
ros gesta sit. ²¹ Patris , et filii ,
qui se pro Romanis legionibus
devoverant . * ²² Al. pube. **
Diis manib. Terraeque matri. ²²
Servius Tullius captiva Oricu-
lana natus. ²³ Vestem trabibus
pannonum albis , et purpureis in-
tertextam : vel , ut Livio placet ,
togam circumdistinctam purpu-

ra sub tegmine puniceo , ut Ha-
licarnassaeo , vestem ex purpu-
ra , et cocco. Verum has distin-
guit Alexander ab Alexand. c. 18.
lib. 5. ²⁴ Fasciam , ceu pan-
num , quo reges caput vincie-
bant , coronam Romuli. ²⁵ Se-
cutus enim est Tarquinius Su-
perbus regum ultimus. ²⁶ La-
xare conspirabant. ²⁷ Tarqui-
niis , quos reducere volebant.
²⁸ Titus , et Tiberius filii Junii
Bruti Consulis. ²⁹ Horatio Co-
clite. ³⁰ M. Scaevola. ³¹ Clae-
lia , quae obses Porsennae data
Tyberim tranavit , deceptis cus-
todibus. ³² Brutum , et Aqui-
lium , vel , Valerium , et Sena-
tores. ³³ Indicavit Vindex Ce-
cinensis Aquiliorum servus.

(*) Cimbri multum Romanos corporum proceritate supera-
bant.

(*₂) Patris jussu virginis caesi , et securi percussi.

³⁴ Matronis lugendus ; at ³⁵ illos ³⁶ verbera justis
Afficiunt poenis , et ³⁶ legum prima securis.

Malo pater tibi sit ³⁷ Thersites , dummodo tu sis

³⁸ *Acacidae similis , ³⁹ Vulcaniaque arma capessas,* 270

Quam te Thersitae similem producat Achilles ,

Et jam ut longe repetas , longeque revolvas

Nomen , ab infami gentem deducis ⁴⁰ asylo ;

Majorum primus quisquis fuit ille tuorum ,

Aut pastor fuit , aut ⁴¹ illud , quod dicere nolo. 275

³⁴ Orbis filiis , vel cuius mors
Iugenda esset matronis , quas à
tyrannorum impudicorum vi in-
dicio suo liberat . ³⁵ Filios Bru-
ti , et Aquillii cum aliis conju-
ratis . ³⁶ Virgis caesos , consu-
latus ille primus , imperium libe-
rum primum securi percussit .

³⁷ Graecorum deformissimus a-
nimō , et corpore . ³⁸ Achilli .
³⁹ A Vulcano fabricatis . ⁴⁰ Ad
quod (Remuli instituto , ut im-
perium augeret) undique confu-
gere scelerati . ⁴¹ Latro , sica-
rius , homicida , spurius , etc.
qui ad asylum hōc confugit .



SATYRA IX.

*Obscenam Cinaedorum, et Pathicorum turpitudinem acriter,
at nimis aperte insectatur.*

⁷ P. **S**cire velim, quare toties mihi, Naevole, tristis
Occuras fronte (*) obducta, ceu Marsya vi-
ctus;

Quid tibi cum vultu, qualem deprehensus habebat
Ravola, dum Rhodopes uda terit inguina barba?
⁸ Nos colaphum incutimus lambenti crustula servo, ⁵
⁹ Non erat hac facie miserabilior Creperejus
Pollio, qui triplicem usuram ¹⁰ praestare paratus
Circuit, et ⁷ (^{*2}) fatuos non invenit: unde repente
Tot rugae? certe modico contentus ⁸ (^{*3}) agebas
Vernam equitem, ⁹ conviva (^{*4}) joco mordente facetus, ¹⁰
Et salibus vehemens ¹⁰ intra pomoeria natis.
Omnia nunc contra, vultus gravis, horrida ¹¹ siccae
Sylva comae, nullus tota nitor in cute, qualem
Praestabat calidi circumlita fascia ¹² (^{*5}) visci;
Sed (^{*6}) fruticante pilo neglecta, et squalida crura. ¹³

¹ Dramatica haec Satyra.
P. Poëtam, N. Naevolum deno-
tat. ² Marsyas Phrygius Apollinem
in certamen musices provoca-
re ausus ab eo victus, et ex-
coriatus est. ³ Tristi, qualem
habebat Ravola cum deprehend-
eretur meretricis Rhodopes in-
guina lingens. ⁴ Quidni tristis
sit, et poenam expalteat: quan-
do etiam servis colaphum incuti-
mus lambentibus dulciora? quan-
to magis illi, etc. ⁵ Non magis
pallebat Cr. Pollio luxuriosus ne-

pos. ⁶ Solvere pollicitus. ⁷ Qui
illi pecuniam credant non reddi-
turo. ⁸ Verna cum esses, equi-
tum opes aequabas animo, cul-
tu, nitore. ⁹ Erasque conviva
facetus joco mordente. ¹⁰ Ur-
banis. Pomoeria enim sunt loca
post, vel pone moenia, quae
nec habitari, nec arari fas erat.
¹¹ Non delibutac, et unguento
splendentis. ¹² Psilotri è resi-
na, visco, et cera pilos evel-
lentis.

(*) Ceñuda.

(*2) Ningun tonto, que le sie.

(*3) Representabas.

(*4) Con dichos picantes.

(*5) Φιλαθρον est medicamentum ad depilandum corpus à φιλα,

nudus.

(*6) Germinante, pullulante.

Quid

(*) Quid macies aegri veteris , quem tempore longo
 Torret ¹³ quarta dies , olimque domestica febris ?
Deprendas animi tormenta latentis in aegro
Corpore, deprendas et gaudia : ¹⁴ sunit utrumque
*Inde habitum facies : igitur (*2) flexisse videris* 20
Propositum , et vitae contrarius ire priori.
*Nuper enim (¹⁵ ut repeto) ¹⁶ fanum Isidis , et ¹⁷ Gany-
 medem ,*
Pacis , et ¹⁸ adiectae secreta palatia matris ,
Et ¹⁹ Cererem (nam quo non prostat foemina templo?)
*Notior ²⁰ Aufidio moechus (*3) celebrare solebas ,* 25
(Quod taceo) atque ipsos etiam ²¹ inclinare maritos .
N. Utile et hoc multis vitae genus ; at mihi nullum
Inde operae pretium : ²² pingues aliquando lacernas
Mumenta togae , duri , crassique coloris ,
Et male percussas textoris pectine Galli 30
Accipimus , tenue argentum , ²³ venaeque secundae .
 24 (*6) *Fata regunt homines , fatum est in partibus illis ,*
Quas sinus abscondit : nam , si tibi sidera cessant ,
Nil faciet longi mensura incognita nervi :
Quamvis te nudum ²⁵ spumanti ²⁶ Virro labello 35
Viderit , et blandae assidue , densaeque ²⁷ tabellae

13 Quartana , et jam familiaris febris . 14 Ex animo facies induit moerorem , aut laetitiam . 15 Ut memoria repto . Ut memini . 16 Sat . 6 . v . 488 . 17 Statua Ganymedis à Vespasiano erectam in templo Pacis . Ptol . Flavius conjectam , c . 57 . legit *Ganymedis* , et regi vult à praecedenti fanum . Quid n . (inquit) Pacis templo cum statua Ganymedis . 18 Cybeles matris Deum è Phrygia adiectae templum , quod in palatio est . 19 Et ipsum Castae Cereris templum . 20 Moe-

cho insigni . 21 Ad turpe ministrium . 22 (*4) Παχύ μαρτιον , hibernum , (*5) τερπον , crassioris è Gallia lanae , et fili , unde addit percussas textoris pectine Galli : et Mart . 4 . Sequanicae pinguem textricis alumnam , et , me pinguis Gallia vestit . De lacernis videtur quae ad v . 62 . Sat . 1 . 23 Minus purum , mixtum . 24 Etiam πυνίσια cinaedus iste scarabaeus . (*) 25 Prae libidine , et desiderio saliva fluente . 26 Dives patricius . 27 Litterae missae .

(*) Quare extenuatus es , ac si diu aegrotasses febri quartanæ correptus ?

(*2) Ab inita vivendi ratione devinasse , discessisse .

(*3) Crebro , frequenter adire , frequentare .

(*4) Lat . Pallium crassum . (*5) Lat . Rigidum .

(*6) Lat . Philosophatur , ut Stoici fatis omnia regi censentes , 2 Etimiles , Stoicus .

Solicent. 28 οὐδενὶ γὰρ γνῶντις ἀνδρὶα πίπεισθαι.

29 Quod tamen ulterius monstrum, quam mollis avarus?

30 Haec tribui, deinde illa dedi, mox plura tulisti.

31 Computat, et (*) cevet: 32 ponatur calculus, adsint
Cum tabula pueri: numera sestertia quinque 41
Omnibus in 33 rebus, numerentur deinde 34 labores.

35 (*) An facile, et prouum est agere intra viscera penem

Legitimum, atque illic hesternae occurrere coenae?

Servus erit minus ille miser, qui foderit agrum, 45

Quam dominum: (*) sed tu sane tener, et puerum te
Et pulcrum, et 36 dignum cyatho, coeloque putabas.

37 Vos humili asseciae, vos indulgebitis unquam
Cultori, jam nec morbo donare parati? 49

38 En cui tu viridem 39 umbellam, cui 40 succina mittas
Grandia, natalis quoties redit, aut 41 madidum ver
Incipit, et strata positus, longaque cathedra,
Munera foeminae tractas secreta 42 kalendis.

28 Supple πρίπη, id est, ex-
pedit, ut cinaedus sit moribus
dulcis. Alii legunt, ἀντοι γὰρ εἰ-
πιλατται ἀνδρανίκας, id est,
ipse cinaedus attrahit, vel pelli-
cit ad se virum. 29 Avarus est,
quod etiam mollitie deterius
monstrum est. 30 Verba Virro-
nis ad Draucum. 31 Inquit Draucus.
32 Et haec Virronis sunt.
33 Quas tibi donavit. 34 Tui,
an eaquent sumptus meos. 35
Respondet Draucus, iracundus,
obscoenus, impius. Et hic qui-
dem locus ex eorum numero est,
propter quorum insolentiam toto
Juvenalis opere abstineo bonum
virum jubet ful. Caes. Scalig. 3.
Poetic. 9. 36 Qui rapiaris ad mi-

nisterium cyathi Jovis, tanquam
Ganymedes. 37 Ecquid speran-

dum clientibus vestris, si nihil
donetis libidinis vestrae, et vo-
luptatum ministris. 38 En pul-
crum, et delicatum Ganymedem.

Ironic. 39 Ne sole scilicet offi-
scetur, instar Conopei, quae so-
lem arceat. Hispanis signate di-

citur Quitasol, id est, arcens so-
lem, οὐαδίοις Dionys. Halyearn.

7. lib. 40 Vasa, vel sphaerulas,
et armillas è succino. 41 Kalen-

dis Martis, quibus natalis Ve-
neris celebrabatur, et matrona-
lia, ubi mulieribus à maritis, et
auatoribus mittebantur munera.
Vide, quae ad epigr. 85. lib. 5.

Martial. b.

(*) Cevet. Alii caver, honestius.

(*) Merito hic Lubin. exclamat: averte hinc oculos, pudor. Este
procum, casti, procum, o! procum este, pudici.

(*) Verba Naevoli, quibus Virronem irridet.

Dic ⁴² passer, cui tot montes, tot praedia servas
⁴³ Appula, ⁴⁴ tot milvos intra tua pascua lassos? ⁵⁵
Te ⁴⁵ Trifolinus ager foecundis vitibus implet,
⁴⁶ Suspectumque jugum Cumis, et ⁴⁷ Gaurus ⁴⁸ inanis:
Nam quis plura ⁴⁹ linit ⁵⁰ victuro dolia musto?
⁵¹ Quantum erat ⁵² exhausti lumbos donare clientis
Jugeribus paucis, ⁵³ meliusne hic rusticus infans ⁶⁰
Cum matre, et casulis, et cum lusore catello
Cymbala pulsantis legatum fiet amici?
Improbus es, cum poscis, ⁵⁴ ait, sed pensio clamat,
Posce, sed apellat ⁵⁵ puer unicus, ut (*) Polyphemi
Lata acies, per quam solers evasit (*₂) Ulysses. ⁶⁵
Alter emendus erit? namque hic non sufficit, ambo
Pascendi: quid agam bruma spirante? quid, oro?
Quid dicam ⁵⁶ scapulis servorum mense Decembri,
Et ⁵⁷ pedibus? durate, atque ⁵⁸ expectate cicadas?
Verum ut dissimules, ut mittas ⁵⁹ caetera, quanto ⁷⁰
⁵⁵ Metiris pretio, quod, ni tibi deditus essem,
Devotusque cliens, uxor tua virgo maneret?
Scis certe quibus ista modis quam saepe rogaris,
Et quae pollicitus, fugientem saepe ⁶⁰ puellam
Amplexu rapui, ⁶¹ tabulas quoque ruperat, et jam ⁷⁵
⁶² Signabat, tota vix ⁶³ hac ego nocte redemi,

⁴² Salax vir, ut passer, cui sa- diolum cum puer, matre sua
lacitas terminum vitae quinquen- et catello collusore? ⁵⁴ *Ait Vir-*
nio longiorem negat. ⁴³ In Ap- *ro.* ⁵⁵ Ne hoc deficiente ego
pulia. ⁴⁴ Latifundia, quibus prorsus destituar, tanquam Poly-
transvolandis milvi defatigentur. ⁵⁶ Phemus unico ab Ulysse effuso
Pers. ⁴⁵ quantum non milvus ob- oculo. ⁵⁷ Nudis. ⁵⁸ Anjubeo
erret. ⁴⁶ In Campania. ⁴⁷ Mi- expectare aestatem? qua ciadæ
senum promontorium Cumis im- quidem canunt, frigore vero hy-
minens, ruituro simile, adeoque berno pereunt. ⁵⁹ Officia mea
Cumanis suspectum. ⁴⁸ Mons in te. ⁶⁰ Aestimas? ⁶¹ Uxo-
Campaniae non procul à Cajis. rem tuam. ⁶² Nuptiales, in qui-
⁴⁹ Cavernosus. ⁵⁰ Pice obturat, bus verba solemnia fuerunt: *Li-*
id est, recondit. ⁵¹ Duraturo, *berorum procreandorum gratia u-*
atque diu vigorem, et animam *xorem duci.* Brisson. de form. 6.
servaturo. ⁵² Quantula res. ⁵³ ⁶³ Alteri viro nuptura. ⁶⁴ Hu-
Venere. ⁵⁴ Meliusne legabitur
Gallo sacerdoti, quam milvi pre-

(*) Cyclopis in Sicilia oves pascentis.
(*₂) Ithacae rex, prudentia notissimus.

Te plorante foris : testis mihi lectulus , et tu,
 Ad quem pervenit lecti sonus , et dominae vox.
 Instabile , ac dirimi coeptum , et jam pene solutum
 Conjugium in multis domibus servavit adulter. 80
⁶⁴ Quo te circumagas ? ⁶⁵ quae prima , aut ultima ponas?
 Nullum ergo meritum est , ingrate , ac perfide , nullum ,
 Quod tibi filiolus , vel filia nascitur ex me ?
⁶⁶ Tollis enim , et ⁶⁷ libris actorum spargere gaudes
 Argumenta viri : ⁶⁸ foribus suspende coronas , 85
 Jam pater es , deditus , quod ⁶⁹ famae opponere possis.
 * Jura parentis habes , ⁷⁰ propter me scriberis haeres ,
⁷¹ Legatum omne capis , necnon et dulce caducum.
 Commoda praeterea junguntur multa caducis :
⁷² Si numerum , si tres implevero . P. (*3) Justa doloris 90
 Naevole , causa tui : contra tamen (*4) ille quid affert?
 N. Negligit , atque alium bipedem sibi quaerit ⁷³ asel-
 lum .

Haec soli commissa tibi celare memento ,

⁶⁴ Quo te vertas , ad quod sub-
 terfugium ? ⁶⁵ Ad excusatio-
 nem , sic Dido : *Quae quibus an-*
teferam ? Aen. 4. ⁶⁶ Educas .
⁶⁷ In quibus natos sibi liberos
 professi parentes eorum nomina
 scriberebant notato die , et consu-
 le . Brisson . antiquit . lib. 1. c. 5.
⁶⁸ In signum puerperii . ⁶⁹ Im-
 potentiae , et mollitiae infamiae .
 * Qui patres erant , praefereban-
 tur aliis in petitione magistratus ,
 et sorte provinciali praecedebant
 collegas , etc . ⁷⁰ (*) Ρωμανοὶ πολι-
 θεῖ γαμῆστι , καὶ γυναικῶν , ἐχ-
 ἴτα πληρούμενος ἔχων , ἀλλ' ίτα
 πληρούμενος δύνωνται . Plutarch .
 (*2) περὶ φιλοτεργίας . Coeli-

bes ex testamentis nihil capie-
 bant , nisi è proxime juncto-
 rum : orbi non nisi dimidium .
⁷¹ Legata saepe concipiebantur
 his verbis : *Quandoque liberos ha-*
buerit . Qua conditione in tuis de-
 ficiente , cadet , quod non ex-
 pectabas , legatum in te , tuos
 que liberos , lege Papia cessu-
 rum in aerarium , si à privile-
 giis parentum cessatum esset ,
 ex decima parte caducum . ⁷²
 Qui tres liberos suscepserat , à
 tutela excusabatur in fascibus su-
 mendis prior erat : tesseram fru-
 menti triplicem accipiebat , etc .
⁷³ Draucum bene caudatum , et
 simplicem , quem itidem deci-
 piat .

(*) *Latinē . Romanorum plures uxorem ducunt , et gignunt ,*
non ut haeredes habent ; sed ut haereditatem adire possint .

(*2) *De amore parentum , et liberorum inter se .*

(*3) *Respondeat Juvenalis : merito . Nonne . Iules . Ironia .*

(*4) *Naevolus quid sit ?*

Et tacitus nostras intra te fige querelas.

Nam res mortifera est inimicus⁷⁴ pumice laevis. 95

75 Qui modo secretum commiserat, ardet, et odit,

Tanquam prodiderim quicquid scio: sumere ferrum,

Fuste⁷⁶ aperire caput, ⁷⁷ candelam apponere valvis

Non dubitat: nec contemnas, aut despicias, quod

His⁷⁸ opibus nunquam cara est⁷⁹ annona veneni. 100

Ergo occulta teges, ut⁸⁰ curia Martis Athenis.

P.⁸¹ O Corydon, Corydon, secretum divitis ullum

Esse putas? cervi ut taceant, jumenta loquentur,

Et canis, et postes, () et marmora: clade fenestras,*

Vela tegant rimas, junge ostia, tollito lumen 105

E medio, ⁸² clamant omnes, prope nemo recumbat:

Quod tamen ad⁸³ cantum galli facit ille secundi,

Próximus ante diem caupo sciet, audiet, et quae

Finixerunt pariter⁸⁴ librarius, archimagiri,

⁸⁵ Carptores: quod enim dubitant componere crimen 110

In dominos, quoties rumoribus ulciscuntur

⁸⁶ Balthea? nec deerit, qui te per compita quaerat

⁸⁷ Nolentem, et miseram vinosus⁸⁸ inebrict aurem.

Illos ergo⁸⁹ roges quicquid paulo ante petebas

A nobis, taceant illi; sed prodere malunt 115

Arcanum, quam⁹⁰ subrepti potare Falerni,

⁷⁴ Dropace laevigatus, et mol-
lis. ⁷⁵ Sat. 3. v. 113. ⁷⁶ Com-
minuere. ⁷⁷ Aedes incendere.
Sat. 13. v. 146. ⁷⁸ Opulentis.
⁷⁹ Emptio, copia, impensa. ⁸⁰ Ao-
reopagitae, qui tacentes judi-
cabant per characteres, et lit-
teras. Pers. 4. nigrum scis ponere
Theta: dicitur Areopagus ab *άρεω*
Mars, et *πάγος*, saxum, col-
lis: hic enim à Neptuno Mars
homicidii accusatus coram du-
decim diis, sex sententiis abso-
lutus est. ⁸¹ O rustice, et in-
sulse. *Hemistichium Virgil. vide*

huic consonum epigr. Martial. 82.
1. 2. ⁸² Ne exaudiant alii. ⁸³
Hypallag. Galli cantum secun-
dum. ⁸⁴ Qui pensa librat: vel
qui libros exscribit. ⁸⁵ Vide
Sat. 5. v. 119. et Sat. 11. v. 136.
⁸⁶ Balthaeorum verbera, et lora
quibus caesi sunt. ⁸⁷ Audire
nol. ⁸⁸ Secretis domini sui re-
pleat, fatiget, enecet. ⁸⁹ Ut
taceant, supra enim dixerat, *Et*
*tacitus nostras intra te fige que-
relas.* ⁹⁰ Furtivi, atque hinc
dulcissimi.

91 Pro populo faciens quantum 92 Laufella bibebat.
 Vivendum recte cum propter plurima, tunc bis
 Praecipue causis, ut linguas mancipiorum
 Contemnas: n m lingua mali pars pessima servi. 126
 93 Deterior tamen hic, qui liber non erit, illis
 Quorum animas et farre suo custodit, et aere.
 N. Idcirco ut possim linguam contemnere servi,
 Utile consilium modo, sed commune dedisti: 124
 Nunc mihi quid suades post damnum temporis, et spes
 Deceptas? Festinat enim decurrere velox
Flosculus angustae, miseraeque brevissima vitae
 Portio: dum bibimus, dum serta, unguenta, puellas
Foscimus, () obrepit non intellec. a senectus.*
 P. Ne trepida: nunquam pathicus tibi deerit amicus, 130
 Stantibus, et salvis 94 his collibus, undique ad 95 illos
 Conveniunt, et 96 carpentis, et 97 navibus omnes,
 98 Qui digito scalpunt uno caput: altera major
 Spes superest, tu tamen 99 erucis imprime dentem.
 N. Haec exempla para felicibus; at mea Clotho, 135
 Et Lachesis gaudent, si pascitur inguine venter.
 O parvi, nostrique lares, quos thure minuto,
 Aut farre, et tenui soleo exornare corona;
 (*2) Quando ego figam aliquid, quo sit mihi tuta sene-
 ctus

91 Pro salute populi Romani
 sacra faciens Bonae Deae, in
 cuius sacris largiter potarunt mu-
 lieres. Sat. 6. v. 313. 92 Mulier
 vinolenta. 93 Dominus tamen
 malus cum sit, et sibi male con-
 sciens, est servus deterior, quam
 illi, quorum vitas alit pane suo.
 94 Hac urbe in septem collibus
 posita. 95 Romani. 96 Terra.
 97 Mari. 98 Molles, et usurpat
 Hemistichium Poetae Calyi, quo

Pompejum taxavit. Digito caput
 uno scalpit, quid credas hunc si-
 bi velle virum? 99 Safacibus, et
 ad Venerem stimulantibus her-
 bis vescere: vide quae ad Mar-
 tial. epigr. 74. lib. 3. b. 1 Prae-
 cepta de Venere excitanda. 2
 Jubet me fatum, et Parca mea
 contentum esse tenui ex opera
 mea victu. 3 Alii legunt exora-
 re, id est, coronatus floribus
 precari soleo.

(*) Se nos entra en casa sin sentir la vejéz.

(*2) Quando lograre yo alguna cosa fixa, con que pasar mi vejéz,
 sin tener que andar con un palo en la mano, y la manta sobre los
 ombros por dios cuando?

* A tegete , et baculo ? viginti millia foenus

140

Pignoribus positis , argenti vascula puri ;

Sed quae ⁵ Fabricius censor notet , et ⁶ duo fortes

De grege Moesorum , qui me cervice locata

Securum jubeant clamoso insistere circo.

Sit mihi praeterea (*) curvus caelator , et (**) alter , 145

Qui multas facies pingat cito : sufficient haec :

⁷ Quando ego pauper ero , votum miserabile , nes spes

His saltem ; nam , cum pro me fortuna rogatur ,

(*) Affigit ceras ⁸ illa de nave petitas ,

Quae Siculos cantus effugit remige surdo. 150

⁴ Sat. 5. v. 8. id est , à men-
dicando. ⁵ Quae censurae no-
tam mereantur. Fabricius enim
Luscinius , et Q. Aemilius Pa-
pus Censores P. Cornelium Ruf-
fum duobus Consulatibus , et
Dictatura functum moyerunt Se-
natū , quod haberet décem pon-
do argentea vasa. Aul. Gell. 4.
lib. et Valer. Max. 2. 4. ⁶ Ser-

vi lecticarii è Moesia regione
Pannoniae finitima. ⁷ Quoniam
paupertas mihi à fato est. ⁸ U-
lyssis , qui à Circe admonitus ,
ne pateretur , se allici Sirenum
juxta Siciliam habitantium can-
tu , sociis cera aures obturavit ,
et se ad malum navis alligari
jussit , atque ita praetervectus
est.

(*) Servus , qui pocula mihi assidue coelet.

(**) Hisp. Fundidor.

(*) Periphrasis. Est surda , non audit.



SATYRA X.

Pulcherrimae hujus * Satyrae argumentum sumptum est ex Platonis Alcibiade secundo. Videtur etiam ante oculos habuisse Persii secundam Satyram, et illud Socratis de Votis, referente Val. Max. 2. c. 7. l. Est enim absolutissima hujus Satyrae Propositio, in qua Poeta docet vota mortalium prope execrationes esse, qui divitias, honores, eloquentiam, gloriam bellicam, longam vitam, pulchritudinem à Diis precantur, quae tamen plerumque votorum campotes pessundent. Verum petendani esse bonam mentem, caetera Deo permittenda, qui novit, quid cuique conveniat.

* **O**Mnibus in terris, quae sunt à Gadibus usque Auroram, et ¹ Gangen, pauci dignoscere possunt Vera bona; ² atque illis multum diversa, remota ³ Erroris nebula: quid enim ratione timemus, Aut cupimus: ⁴ quid tam dextro pede concupis, ut te Conatus non poeniteat, votique peracti? Evertere domos totas optantibus ⁵ ipsis Dii ⁶ faciles: nocitura ⁷ toga, nocitura petuntur Militia, et torrens dicendi copia: (*²) multis

* Si modo Satyram licet diceare, quam doctissim. D. Heinsius in annotationibus ad Horatium ex albo Satyram tollere laborat, quo Juvenalem Flacco collatum elever. Sed de ipsis Poëtis tanti viri pace acquiesco, assentioque judicio clarissim. viri Jul. Caes. Scal. Hypercritic. l. 6. c. Hoc certe poemate, insigniatur quotlibet nomine, nihil usquam illuzstrius, nihil utilius, non dico apud Horatium, sed ne apud Platonem quidem, Xenophontem, Senecam, aut Epictetum. 1 (*) Ab una orbis parte ad alteram, ab ipsis Gadibus, Cadiz, insula in litore Hesperio

usque ad Indiam Orientalem, quam secat fluvius maximus Ganges, atque ipsum Solis ortum, nemo est cui de summo bono constet, qui norit, quid sit secundum rationem fugiendum, quid perendum. 2 Et mala quae sunt bonis contraria. 3 Animi nostri coecitate, et ignorantia. 4 Quid tam prospero auspicio voyes, et precaris? dextra enim numina favere credebantur. 5 Dominis, ut Neptunus exauditis Thesei votis de Hyppolyto. Vide v. 3. 15. seq. 6 Praesentes, et prompti nimis. 7 Pace.

(*) Hic orbis finem veteres credidere ante Hispaniarum ad Americas navigationem.

(*²) A muchos costó la vida su propia eloquencia.

Et ⁴ sua mortifera est facundia : viribus ⁸ ille 10
 Confisus periit , admirandisque lacertis.
 Sed plures nimia congesta pecunia cura
 Strangulat , et ⁹ cuncta exsuperans patrimonia census,
 Quanto delphinis balaena Britannica major.
 Temporibus ¹⁰ diris igitur , jussuque Neronis 15
¹¹ Longinum , et magnos ¹² Senecae praedivitis hor-
 tos
 Clausit , et egregias ¹³ Lateranorum obsidet aedes
¹⁴ Tota cohors : rarus venit in ¹⁵ coenacula ¹⁶ miles.
 Pauca licet portes argenti vascula ¹⁷ puri,
 Nocte iter ingressus ¹⁸ gladium , contumque timebis,
 Et motae ad lunam trepidabis arundinis umbram; 20
 (*) Cantabit vacuus coram latrone viator.
 Prima fere vota , et cunctis notissima templis,
 Dvitiae ut crescant , ut opes , ut maxima toto

* Infra v. 114. 8 Ut Milo Crotoniates , qui cum jam natu-
 grandis iter faceret solus in lo-
 cis sylvestribus , quae sibi reli-
 quae essent vires , volens experi-
 ri in diudicanda hiante quercu ,
 manibus ibi inclusis ab arboris
 partibus restrictis feris praeda
 factus est , referente Aul. Gel.
 14. 16. 9 Dum omni ratione la-
 borant , ut suus census tanto ex-
 cedat aliorum census , quanto
 balaena Britannica exsuperat del-
 phinas mole. 10 Quibus Nero
 Imperator undique occasione
 petita insidiabatur divitium op-
 bus. 11 Cassium Longinum Ju-
 riscons. interfici jussit Nero , non
 alio injecto crimine , quam quod
 Cassii , unius è Caesaris percus-
 soribus , statuam retinuisse , cum
 revera opibus illius inhiaret Im-
 perator. 12 Seneca vir sanctis-
 simus , quo praeceptore ipse Ne-

ro usus fuerat , criminacionibus
 Festi Ruffi , et Tigellini , tan-
 quam hortis , villis , opibus ip-
 sum principem transcenderet;
 Pisonianae denique coniurationis
 accusatus , (cum revera dvitiae
 essent in causa) Neronis jussu ,
 incisis sibi venis obiit. Tac. 14.
 Sed et de aliis , quae Senecae
 objiciebantur , vide Xiphilini Ne-
 ronem. 13 Proximam necem Fla-
 viji Laterani coss. designati Nero
 adjungit adeo propere , etc. Ta-
 cit. 15. 14 Militum percussorum
 ab Imperatore missorum ad in-
 terficiendum Lateranum. Illo pro-
 pinqua respera tribunus venit , et
 villam globus militum sepsit. Ta-
 cit. 15. Annal. 15 Pauperum ,
 qui coenaculorum conductorum
 inquilini sunt. Sat. 3. vers. 199.
 16 Percussor. 17 Et illius qui-
 dem non caelati. Turneb. 29. 1.
 18 Latronis.

(*) Ut pote cui nihil periculi à latrone propter inopiam im-
 mineat.

Nostra sic arca¹⁹ foro ; sed nulla aconita bibuntur

25

Fictilibus : tunc illa time , cum pocula sumes

²⁰ Gemmata ; et lato (*) Setinum²¹ ardebit in auro.

Jamne igitur laudas , quod de sapientibus²² alter
Ridebat quoties à limine moverat unum,

Protuleratque pedem : flebat contrarius²³ alter?

30

²⁴ Sed facilis cuivis rigidi censura cachinni.

Mirandum est , unde ille oculis sufficerit humor.

Perpetuo risu pulmonem agitare solebat

Democritus , quanquam non essent²⁵ urbibus illis

35

²⁶ Praetexta , et trabeae , fasces , lectica , tribunal.

Quid si vidisset praetorem²⁷ in curribus altis

Extantem , et medio²⁸ sublimem in pulvere circi

In²⁹ tunica Jovis , et pictae³⁰ sarrana ferentem

Ex humeris³¹ aulaea togae , magnaeque coronae

Tantum orbem , quanto cervix³² non sufficit ulla?

40

Quippe tenet sudans hanc³³ publicus , et³⁴ sibi consul

¹⁹ In quo arcas haberunt se-
natores , in quibus pecunias tu-
tios disponebant. Vid. Sat. 14.
v. 260. ²⁰ Sat. 5. v. 43. et 44.
²¹ Flammari erit coloris in aura-
tis poculis , vel , ardebit veneno.
²² Democritus , qui semper ri-
debat ineptias hominum. Luc.
Bιων πράξις Anthol. 1. 1. c. 12.
et l. 3. c. 33. 34. ²³ Heraclitus ,
qui miseras hominum continen-
ter flebat , ibi. ²⁴ In promptu
quidem est ridere : sed mirum ,
unde suppeteret Heraclico tanta
lacrymarum copia? ²⁵ Non in
Abdera , aliisque Thraciae urbibus , ut in Roma. ²⁶ De his Sa-
tyr. 8. v. 259. Praetexta diceba-
tur ea toga , cuius ora , et cir-
cuitus purpura praetexta erant.
²⁷ Sublimem in curru ludos Cir-
censes spectantem , disponen-
tem , agentem. Sat. 8. vers. 194.
²⁸ Tunica palmata , toga picta ,
quam triumphantes è Jovis tem-

plo sumptam inducabant. ²⁹ Ty-
ria. Syris n. Tyrus dicta est ,
quaе prius Sarra è pisce w , cu-
jus succo purpura tingebatur , ma-
ximusque ibi horum piscatus.
³⁰ Togam latam , et amplam ,
instar aulaeorum , quibus aula-
rum parices teguntur. ³¹ Sup-
pice ferendo. ³² Servus , seu mi-
nister publicus , qui coronam sus-
tentet. ³³ Praefuscisne ad exo-
randam Nemesin , comitem assi-
duam rerum laetarum , et ιππι-
πογυνων. (²) Triumphantibus à
tergo in eodem curru adstabat
servus publicus , qui coronam il-
lam auream immensi ponderis ,
et amplitudinis sustinebat , et si-
mul attendere triumphantem ju-
bebat ad ultimi supplicii instru-
menta currui appensa , tintinnabu-
lum scil. et flagellum , atque
subinde interclamabat : Respic
post te : Hominem te esse memento.

(*) Vinum è Setia , Campaniae oppido in Italia , allatum.

(²) Υπεροχνων , latine : tumentium , immodicaruni.

Ne placeat , curru servus portatur eodem.

Da nunc , et ³⁴ volucrem , sceptro quae surgit eburno,
Illinc cornicines , hinc praecedentia longi

Agminis ³⁵ officia , et ³⁶ niveos ad fraena Quirites , ⁴⁵
Defossa in loculis quos sportula fecit amicos.

³⁷ Tunc quoque materiam risus invenit ad omnes

Occursus hominum , cujus prudentia monstrat

Summos posse viros , et magna exempla datus

³⁸ (*) Verbecum in patria , ³⁹ crassoque sub aere nasci . ⁴⁰

Ridebat curas , necnon et gaudia vulgi ,

Interdum et lacrymas , cum Fortunae ipse minaci

(*) Mandaret ⁴⁰ laqueum , * mediumque ostenderet un-
guem.

Ergo supervacua haec , aut perniciosa petuntur ,
Propter quae fas est ⁴¹ genua incerare deorum. ⁵⁵

Quosdam praeccipitat subjecta potentia magnae

Invidiae : mergit longa , atque insignis honorum

⁴² Pagina , ⁴³ descendunt statuae , restemque sequuntur.

Ipsas deinde ⁴⁴ rotas bigarum impacta securis

34 Aquilam eburnei sceptri
vertici insculptam . 35 Amicos ,
servos , ministros . 36 Clientes ,
cives albis togis induitos circa
currum . 37 Etiam suo tempore .
38 Abdera Democriti patria , in
Thracia , ubi barbari sunt , et
rudes instar vervecum . Stolidorum
n. ac stolidorum convicium
est vervex . Ain' vero vervecum
caput ? Plaut. Pers. 2. act. 39
Qui pingues , et hebetes reddit ,
ut tenuis contra ingeniosos . Boe-
tum in crasso jurares aere natum .
Horat. 40 In suum ipsius For-
tunae suspendium . * Infamam
digitum . Pers. 2. 33. et Martial.
28. epig. lib. 2. 41 Non cereis
candelis oblatis illinere , inquit

Turneb. 30. 19. Sed concepta vo-
ta , et in tabulis conscripta Deo-
rum genibus cera obsignata figere
Id. I. 17. (*3) ιπιοφαγιονται
Philostratus in Heroicis . 42 Ae-
nea , quae imaginibus affixa ho-
norum gradus continebat . 43
Damnatorum tyrannidis laesae
majestatis , vel gravis atlicujus
criminis , eradebantur Fastis no-
mina , frangebantur statuae , id-
que decreto magistratus , vel po-
puli furore . Tac. 6. Annal. Plin.
Panegyr. Restim a laqueosque
statuis altioribus injicere , eas-
que detrahere moris fuit . 44 Sta-
tuas equestres , currus triumpha-
les , equos aeneos .

(*) Verveces propriæ dicuntur mares inter oves , quibus testi-
culi , aut inversi , aut adempti sunt , ad generandum inhabiles .

(*) T dandole una ligia à la fortuna .

(*3) ιπιοφαγιονται est obsiguar.

Caedit , et immeritis franguntur crura caballis: 60
 Jam stridunt ⁴⁵ ignes , jam follibus , atque caminis
 Ardet ⁴⁶ adoratum populo capit , et ⁴⁷ crepat ingens
⁴⁸ Sejanus , deinde ex facie totō orbe ⁴⁹ secunda
 Fiunt urceoli , pelves , sartago , patellae.
⁵⁰ Pone domi ⁵¹ lauros , dñe in capitolia magnum, 65
⁵² Cretatumque bovem ; Sejanus ⁵³ ducitur unco
 Spectandus: gaudent omnes: ⁵⁴ quae fabra ? quis illi
 Vultus erat ? nūquām (si quid mihi credis) amavi
 Hunc hominem : sed quo cecidit sub crīmine ? quisnam
 Delator ? quibus indiciis ? ⁵⁵ quo teste probavit? 70
 Nil horum : verbosa , et grandis epistola venit
⁵⁶ A Capreis: (*₂) bene habet, nil plus interrogo: sed quid
 Turba ⁵⁷ Remi? sequitur fortunam , ut semper , et odit
 Damnatos: ⁵⁸ Idem populus , ⁵⁹ si Nurtia Thusco
 Favisset , si oppressa foret secura senectus 75
 Principis , hac ipsa Sejanum diceret hora

45 Quibus funduntur , et lin-
 quuntur staeuae. 46 Nuper in
 honore habitum. 47 Cum cre-
 pitu resolutivu in igni. 48 Sta-
 tua Sejani. 49 Fuerat n. colle-
 ga perpetuus Imperatoris, eique
 secundi honores habebantur. Fa-
 cili Tiberio , atque ita prono , ut
 socium laborum, non modo in ser-
 monibus , sed apud patres , et po-
 pulum celebrare, colique per thea-
 tra , et fora effigies ejus , inter-
 que principia legionum sineret.
 Tac. Annal. 4. 50 Ironice Poëta
 haec de Sejano , vel , dialogi-
 mus levis populi Sejano insul-
 tantis. 51 Coronatus Jovi Ca-
 piolino sacrificia. 52 Candidum,
 Jovi gratum. Superis victimas
 candidas immolabant , inferis ni-
 gras. 53 Ad supplicium , Sca-
 las Gemonias , vel Tiberim. 54
 Haec inter se populus in horas

mobilis. Quisnam illi , cum occi-
 deretur , vultus ? 55 Quo teste
 probavit Imperator insidias sibi
 struxisse Sejanum? 56 A Tibe-
 rio , qui in Capreas , insulam par-
 vam prope Campaniam , quo vo-
 luptatibus , et libidini liberius
 indulget , secessit , venit episto-
 la longa: (*) ἀντίρρωδος οἱ πατέροι
 αὐτοῦ, ἦν ἡ μαρπά. Diod. lib. 58.
 57 Populus Rom. Romulo, et Re-
 mo oriundus: (*₃) ἡ τὸ Πιμελο. Diodori epig. Anthol. lib. 1. Alii
 habent tremens. 58 Haec , quae se-
 quuntur , Poeta. 59 Si Thusco-
 rum dea patriotae , et alumno
 suo Sejano in tantum favisset ,
 ut Tiberium opprimere valuisse ,
 hac ipsa hora Sejanum populus
 Roman. Imperatorem salutare
 paratus fuisset.

(*) Latine. Lecta fuit epistola , et erat prolīxa , verbosior.

(*₂) Bien está, yd entiendo, no tengo mas que preguntar.

(*₃) Latine. Urbs Remi.

Augustum: jam pridem, ⁶⁰ ex quo suffragia nulli
 Vendimus, effugit ⁶¹ curas; nam ⁶² qui dabant olim
 Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se
 Continet, atque duas tantum res anxius optat, ⁸⁰
⁶³ Panem, et Circenses: ⁶⁴ perituros audio multos.
 Nil dubium, magna est ⁶⁵ fornacula: ⁶⁶ pallidulus mi
 Brutidius meus ad Martis fuit obvius aram,
 Quam timeo victus ne poenas exigat Ajax,
 Ut male defensus: curramus praecipites, et, ⁸⁵
 Dum ⁶⁷ jacet in ripa, calcemus Caesaris ⁶⁸ hostem:
 Sed videant ⁶⁹ servi, ne quis neget, et pavidum in jus
 Cervice astricta dominum trahat: hi sermones
 Tunc de Sejano, secreta haec murmura vulgi.
 Visne salutari, sicut Sejanus? habere ⁹⁰
 Tantundem? atque illis sellas donare ⁷⁰ curules?

60 Ex quo per suffragia (quae plerumque venalia erant) non eligimus magistratus. 61 Electionis, et comitiorum, quae permittrit Imperatoribus. Creando- rum quippe Consulum comitia ad se transtulere Imperatores, exemplo Julii Caesaris comitia cum populo partiti, et alterum Consulem creant. 62 Populus, qui olim eligebat pacis, et bellum magistratus. 63 Victim è pane, et voluptatem è ludis. 64 Alter populi introducitur dialogismus. 65 Ira Imperatoris, vel, fornacula ad exurendos multos. 66 Vercor, ne Brutidius, quem modo conveni pallentem ex male consciente animo, vel metu principis, quod amicus esset Sejanus, se interficiat, ut Ajax: *vel*, Quam timeo, ne Tiberius male se à Senatu defensum arguens in Senatores, et cives caede ruat, non sanius quam Ajax ille Sopocleus in pecudes; in quas veluti plebēi, et proceres Grae-

corum gladio, et flagello saeviit. 67 Insculptus. *καὶ αὐτὸν ὁ διμήλος τροχίος ὀλαιος οὐμέραις ἐνυπόντα, καὶ μετὰ τοῦτο ἐστὸν ποταμὸν ἴνβαλλε.* (*) Diod. 1. 58. 68 Sejanum. 69 Nostri, quos habemus et servos, et inimicos, ne quis eorum neger nos calcasse, et nos tanquam Sejanos faventes accuset, quibus etiam dominos accusantibus creditur. *ἳπης γὰρ γένοντο πρὸς κατούγραπαν τίνος τὸ τές Σιανὸς φίλον οἱ γνωσταί, οἱ δέξαται.* (**) Xiphilin. Tiberius. *Delicta suere Nexus amicitiae.* Claudian. in Rufin. 2. 70 Magistratus urbanos: sellis n. curibus in Curiam vehi, et ex iis iura dare solebant magistratus. *Νέκει σενατορίῳ ἀμβιτοῦ abstinebat, κλίεντες συνονορίbus, aut προγνονοῖς ornando.* Tacit. Annal. 14. sic de Russino Claudianus: *Institutor imperii, caupo famosus honorum.*

(*) Latine. Atque illum turba tribus totis diebus dilaceravit, et postea in fluvium injecit.

(**) Latine. Satis enim erat ad cuiuslibet accusationem Siaci amicum aut esse, aut videri.

Illum exercitibus paeponere? tutor haberí
 Principis * angusti Caprearum in rupe sedentis
 Cum ⁷¹ grege Chaldaeo : ⁷² vis certe pila , cohortes,
⁷³ Egregios equites , et castra ⁷⁴ domestica? quidni
 Haec cupias ? et , qui nolunt occidere quenquam, 96
 Posse volunt : ⁷⁵ sed quae paeclaras , et prospera tanti,
 Ut rebus laetis par sit mensura malorum ?
⁷⁶ Hujus, qui trahitur , paeextam sumere mavis,
 An ⁷⁷ (*₂) Fidenarum , Gabiorumque esse potestas? 100
 Et ⁷⁸ de mensura jus dicere , ⁷⁹ (*₃) vasa minora
 Frangere pannosus vacuis aedilis ⁷⁹ Ulubris ?
 Ergo, quid optandum foret , ignorasse fateris
 Sejanum : nam qui nimios optabat honores,
 Et nimias poscebat opes , numerosa parabat 105
 Excelsae turris tabulata , unde altior esset
 Casus , et impulsae paecepis immane ruinae.
 Quid ⁸⁰ Crassos , quid Pompejos evertit ? et ⁸¹ illum,

* Vel potius lege *Augusta*: qua-
 si dicat tranferentis sedem Iun-
 perii à Roma ad Insulam Capreas.
 Heraldus vero vult sedentis in-
 telligi de *sellaria*, quam excogiti-
 tavat Tiberius arcanae libidinis
 sellam. Sueton. Tib. cap. 34. Vi-
 de et Torrentium ad locum dictum
 Suetonii. ⁷¹ Mathematicis,
 quorum artibus mire dedi-
 tus erat Tiberius, et è quibus
 maxime colebat Thrasyllo Chal-
 daeum. Satyr. 6. vers. 575. ⁷²
 Scio te veile primipilatum: vel
 ipsorum. (^t) Vis primipila-
 tum, vel legionis paefecturam?
 pilum a. peditum Romanorum
 hastile erat missile; cohors de-
 cima legionis pars. ⁷³ Equitum
 domesticorum magisterium, ut
 Sejani. ⁷⁴ Praetorianae , quae
 primus ad muros urbis non pro-

cul à porta Viminali posuit Se-
 janus. Dispersiones per urbem cohor-
 tes una in castra conducendo, ut
 simul imperia acciperent, etc. Ta-
 cit. 3. Annalium. ⁷⁵ Sed quae
 conditio tam lauta est, ac laeta,
 quae nihil acerbi habeat admis-
 tum? ⁷⁶ Summum imperium Se-
 jani cum periculo? ⁷⁷ An mu-
 nicipiorum vilium magistratus,
 cum secura tranquillitate? ⁷⁸
 Pers. Sat. 1. v. 131. ⁷⁹ Deserto
 Volscorum oppido. *Scis, Lebedus*
 quam sit *Gabis* desertior. atque
Fidenis vicus. Horat. ⁸⁰ Patrem,
 et filios à Caesarianis, et Parthis
 evertos. ⁸¹ Syllam, aut Julianum
 Caesarem, aut etiam Augustum,
 cui ex sonno Ciceronis Jupiter
 flagellum tradidit. Vide Suetonii
August. 94. c. (*⁴)

Ad

(*) Latin. Interrogando. Est adverbium.

(*₂) Fidenae, Gabii, populi Italiae haud procul à Roma.

(*₃) Inter aedilium munera erat, mensuras, quas iniquas, et
 falsas esse deprehendebant, frangere.

(*⁴) Falso sensit Farnabius, Augustum hic intelligi posse: hic
 enim nulla oppressus vi de vita decessit, et Poëta horum tan-
 tum hic meminit, qui nimia potentia perire.

Ad sua qui domitos deduxit ⁸²: flagra Quirites?
(*) Summus nempe locus nulla non arte petitus, 110
Magnaque numinibus vota exaudita ⁸³: malignis.
Ad ⁸⁴ generum Cereris sine caede, et vulnere pauci
Descendunt reges, et ⁸⁵ sicca morte tyranni.

⁸⁶ Eloquium, ac famam Demosthenis, aut Ciceronis
Incipit optare, et totis ⁸⁷ Quinquatribus optat, 115
Quisquis adhuc uno partam colit ⁸⁸ asse Minervam,
Quem sequitur * custos angustae vernula ⁸⁹ capsae:
Eloquio sed uterque perit orator: (*2) utrumque
Largus, et exundans letho dedit ingenii fons:
Ingenio ⁹⁰ manus est, et cervix caesa: nec unquam 120
Sanguine causidici maduerunt rostra ⁹¹ pusilli.
⁹² O fortunatam natam, me Consule, Romam.

82 Imperium, dictaturam perpetuam, imminutam libertatem, immo amissam. Namque libera manente civitate, civem Romanum virgis caedi nefas, ne cum flagellis. 83 Quae importunitate votorum victa mala pro bonis concedunt. 84 Plutonem Proserpinæ maritum, id est, mortem. 85 Non cruenta. 86 Puer elementarius, qui tenui minerali litteris initiatur, quem servus capsarius deducit ad scholam, et reducit, pauculos ferens libros, in festis Minervae, sapientiae praesidis, sibi exoptat eloquentiam Demosthenis, aut Ciceronis. Sed contra omnes interpres, et Ang. Politianum, Miscell. c. 21, contendit Jacobus Nicolaus Loensis intelligi hic ipsum magistrum, qui jam primum aperuerit ludum, unusque discipuli prima stipe Minervae con-

secrata, sperare, et optare audit eloquentiam summorum Oratorum. Miscellan. epiphil. lib. 2. cap. 13. 87 Festis Palladi sacris dictis à quinque diebus, quibus celebabantur. Ovid. sed Varro, et Festo à quinto idus Mart. 88 Exigua mercede rudimenta acquisita. * Ulpian. in Lege si collectaneus. 13. de manumissis vindicta, ait, vel capsarius, id est, qui portat libros. 89 Quae libros tenet. 90 Manus, et caput Ciceronis abscissa affigebantur rostris, & quibus in Antonium dixerat. 91 Mali, vel mediocris. 92 Versum hunc Ciceronis de oppresso Catilina in suo consulatu à Quintiliano, 9. lib. 4. cap. et aliis vexatum propter vocem *Natam lusq' aevos* (*3) iteratam à malevolorum irrisione vult asserere Turneb. 7. 19.

(*) Principatus inter cives, quem ut parerent, omnibus viis, et rationibus hi elaborarunt.

(**) Ciceroni, atque Demostheni mortem attulit ipsa eloquentia, qua adeo floruerunt.

(*) Latin. malo sonitu, à *dus*, male, et *quvū*, vox, sonitus. Est adverbium.

Antoni gladios potuit contemnere , si ⁹³ sic
 Omnia dixisset : ridenda poëmata malo ,
 Quam te conspicuae, divina ⁹⁴ Philippica, famae, ¹²⁵
⁹⁵ Volveris à prima quae proxima : saevus et ⁹⁶ illum
 Exitus eripuit , quem mirabantur Athenae
 Torrentem , et pleni moderantem ⁹⁷ fraena theatri,
 Diis ille adversis genitus , fatoque sinistro,
 Quem ⁹⁸ pater ardantis massae fuligine ⁹⁹ lippus ¹³⁰
 A carbone , et forcipibus , gladiosque parante
 Incude , ¹ et luteo Vulcano ad ² rhetora misit.
 Bellorum exuviae , truncis affixa ³ tropaeis
 Lorica , et fracta de casside buccula pendens,
 Et curtum temone jugum , victaeque triremis
⁴ Aplustre , et summo tristis captivus in ⁵ arcu,
 Humanis majora bonis creduntur : ad ⁶ haec se
 Romanus , Grajusque , ac barbarus induperator
 Erexit , causas discriminis , atque laboris
⁷ Inde habuit : tanto major famae sitis est , quam ¹⁴⁰
 Virtutis : quis enim virtutem amplectitur ipsam ,
 Praemia si tollas ? patriam tamen ⁸ obruit olim
 Gloria paucorum , et laudis , titulique cupido

⁹³ Tam inepto versu. ⁹⁴ Ora-
 tio , ex illis , quas Cicero in An-
 tonium malo omine Philippicas
 inscripsit ab iis , quas in Philippum
 regem habuit Demosthenes. ⁹⁵ Secunda Philippica. ⁹⁶
 Demosthenem , qui , accepto nun-
 cio de Antipatri , et Crateri ad-
 ventu , ex Athenis in Calabriam
 Thraciae profugit , ac templum
 Neptuni , à cuius ara cum Archias
 satelles eum abstrahere co-
 naretur , Demosthenes veneno ,
 quod in calamo habuit , hausto
 innuit. ⁹⁷ Populum in theatro ,
 ubi orationes recitabat. ⁹⁸ Pa-
 ter Demosthenis μαχαιρούς ,
 qui gladios fabricavit. ⁹⁹ Fu-

mo , fuligine , candente igne.
¹ Lutosa Vulcani , id est , fabri
 ferrarii officina , veligne. ² Schio-
 lam rhetoris , Isaci. ³ Monu-
 mentis τῆς τῶν ἵχθυῶν τρεπῆς .
 (*) quo n. loco hostes fusi se in
 fugam converterint , in tumulo
 stipitibus affixa erigebantur spo-
 lia. ⁴ Αφλατη , Lycophr. apu-
 lustria , ornamenta navium , vi-
 ctoriae navalis monumenta. ⁵ Triumphi è lapide in altum ex-
 tructo , in quo incidebatur pu-
 gna. ⁶ Tropaea , quae summa
 credunt bona. ⁷ Ex hac ambi-
 tione , et bellicae laudis gloria.
⁸ Cladibus , et bellis civilibus.

(*) Latin. Hostium conversionis , id est , fugae.

⁹ Haesuri ¹⁰ saxis cinerum custodibus, ad quae
Discutienda valent ¹¹ sterilis mala robora ficus: ¹⁴⁵
Quandoquidem data sunt ipsis quoque fata sepulchris.
Expende ¹² (*) Annibalem, quot libras in duce summo
Invenies? hic est, quem non capit ¹³ Africa ¹⁴ Mauro
Perfusa Oceano, ¹⁵ Niloque admota ¹⁶ tepenti:
Rursus ad Aethiopum populos, ¹⁷ aliosque elephan-
tos, ¹⁵⁰

Additur imperiis Hispania: ¹⁸ Pyrenaeum
Transilit: opposuit natura ¹⁹ Alpemque, nivemque;
Diduxit scopulos, et montem rupit ²⁰ acetum:
Jam tenet Italiam, tamen ultra pergere tendit: ¹⁵⁴
Actum, inquit, nihil est, nisi Poeno milite ²¹ portas
Frangimus, et media vexillum pono ²² Suburra.
O qualis facies, et quali digna tabella,
Cum ²³ Getula ducem portaret bellua ²⁴ luscum!
Exitus ergo quis est? o gloria! vincitur idem ¹⁵⁹
Nempe, et in exilium praeceps fugit, atque ibi magnus,
Mirandusque cliens sedet ad praetoria ²⁵ regis,
Donec Bithyno libeat vigilare tyranno.
²⁶ Finem animae, quae res humanas miscuit olim,
Non gladii, non saxa dabunt, non tela: sed ille

⁹ Inscribendi. ¹⁰ Saxeis se-
pulchris, in quibus urnae, et ci-
neres conduntur. ¹¹ Caprificus,
quae ex muris erumpens saxa dis-
cutit. Martial. ¹⁰. lib. epigr. ².
¹² Annibalis cineres, vel, glo-
riam bellicam. ¹³ Quarta orbis
pars: tunc tertia. ¹⁴ A mari
Atlantico ab Occidente patens
ad Nilum.... ¹⁵ ... Aegypti flu-
vio ab oriente. ¹⁶ A sole ver-
ticali. ¹⁷ Non Indiae orientalis;
sed Libiae, et Mauritaniae, ubi
etiam elephantae sunt. ¹⁸ Mon-
tem, qui Hispaniam à Gallis di-
vidit. ¹⁹ Nivosas Alpes, mon-
tes, qui Italianam à Gallia, et Ger-
mania distinxerant. ²⁰ Igni,
et acetum, ut refert Liv. ³¹. ²¹
Romæ. ²² Vico urbis celebre-
rimo. ²³ Elephas è Getulia par-
te Libyæ. ²⁴ Unoculum: alte-
rum n. oculum amiserat vigiliis,
et palustri cœlo, dum in Etru-
riam descenderet. ²⁵ Antiochi
regis Syriae, donec libeat tran-
sire, et mereri sub Prusia rege
Bithyniae: vel Prusiae ipsius,
donec evigilare regi libeat. ²⁶
Lethum Annibali, qui omnia in-
terturbat, non tela, non etc. sed
annulus vindex Cannarum, et ult-
tor modii annulorum, quos se-
natorum, et equitum Cannis cae-
sorum digitis detractos Cartha-
ginem misit, dabit.

(*) Vide Hannibal's vitam apud Cornelium Nepotem.

Cannarum vindex , ac tanti sanguinis ulti¹⁶⁵
 27 Annulus. 28 I demens , et saevas curre per Alpeis,
 Ut 29 pueris placeas , et declamatio fias.
 30 Unus 31 Pellaeo juveni non sufficit orbis:
 32 Aestuat infelix angusto limite mundi,
 Ut Gyarae clausus scopulis , parvaque Seriphos; 170
 Cum tamen 33 à figulis munitam intraverit urbem,
 34 Sarcophago contentus erit. Mors sola fatetur ,
Quantula sint hominum corpuscula : creditur olim
 35 Velificatus Athos , et quidquid 36 Graecia mendax
 Audet in historia : comstratum classibus 37 iisdem, 175
 38 Suppositumque rotis solidum mare : credimus altos
 Defecisse amnes , epotaque flumina 39 Medo
 Prandente , et 40 madidis cantat quae 41 Sostratus alis.
 Ille tamen qualis rediit, 42 Salamine relicta,
 In 43 Corum , atque Eurum solitus saevire flagellis 180
 Barbarus, 44 Aeolio nunquam hoc in carcere passos,

27 In cuius palea venenum in
 hunc usum habuit. 28 Poëtae Sar-
 casmus. Sat. 7. 164. 29 Qui apud
 Rhetoras ad declamandum exer-
 cebantur. 30 Cum n. Anaxar-
 chum de infinitis mundis audis-
 set disserentem, flevisse dicitur,
 dixisseque : me miserum , qui
 nondum unius dominus factus
 sum! 31 Alexandro nato in Pella
 Macedonie urbe. 32 Vix habet
 in toto mundo spirandi locum,
 quasi coarctatus esset brevissi-
 ma, utque testatur Philo lib. in
 Flaccum , τὸν ἵππον Αἰγαίῳ τῷ αὐ-
 τηροῦ. (*) insula. Gyara , et
 Seriphos , de quibus Sat. 1. 73.
 et 6. 363. 33 Babyloniam , quam
 è cocto latere muris cinxit Se-
 miramis , ubi periret Alexander.
 34 Sepulchro è lapide Asio, di-
 cito quod cadavera consumat ex
 πάρησις , et φαλω. (**) Lapis Sar-

cophagus intra quadraginta dies
 totum corpus absumit exceptis
 dentibus. Jul. Caes. Scal. Exerc.
 291. sect. 2. 35 Mons altissimus
 Macedonia à Xerxe Persarum
 rege abscondi à continenti jussus,
 et circumnavigatus. 36 Histo-
 rici Graeci vani , et mendaces:
 Herodot. etc. 37 Quibus Athos
 fuit velificatus. 38 Pons è na-
 vibus , quo Seston Abido , A-
 siam Europae junxit Xerxes , sup-
 positum rotis curruum. 39 Exer-
 citu è Medis , et Persis. 40 Fu-
 rore poëtico ebrini veritatem ,
 et fidem historiae excedit. 41
 Poëta. 42 (**) Ins. in mari Euboï-
 co è regione Atticae , ubi navali
 prælio superatus est à Themis-
 tocle Xerxes. 43 Ventos , quod
 pontem ejus disjecerant. Herodot.
 7. 44 Respicit ad Aeneid.
 Virg. 1. *Luctantes ventos vincitis,*
et carcere fraenat , etc.

(*) Latin. Aegaei maris angustissima , aut tristissima.

(**) σάρξ , σάρπης est caro , et φάγω comedo.

(**) Nepos in Themistocle.

Ipsum ⁴⁵ compedibus , qui vinixerat ⁴⁶ Ennosigaeum?

⁴⁷ Mitius id sane , quod non et stigmate dignum

Creditit : ⁴⁸ huic quisquam vellet servire Deorum?

Sed qualis rediit ? nempe una ⁴⁹ nave ⁵⁰ cruentis 185

Fluctibus , ac tarda per densa ⁵¹ cadavera prora.

Has toties optata exegit gloria poenas.

Da spatium vitae , multos da, Jupiter, annos:

Hoc ⁵² recto vultu , solum hoc et ⁵³ pallidus optas.

Sed quam continuis , et quantis longa senectus 190

Plena maliis ? deformem , et tetur ante omnia vultum,

Dissimilemque ⁵⁴ sui , deformem pro cute pellem,

Pendentesque genas , et tales aspice rugas ,

Qualeis , umbriferos ⁵⁵ ubi pandit Tabracha saltus,

In vetula scalpit jam mater simia bucca. 195

⁵⁶ Plurima sunt juvenum discrimina ; pulchrior ille

Hoc , atque ille alio : multum hic robustior illo.

Una senum facies , cum voce trementia membra ,

Et tam ⁵⁷ laeve caput , madidique ⁵⁸ infantia nasi:

Frangendus misero gingiva panis ⁵⁹ inermis 200

Usque adeo gravis uxori , natisque , sibique ,

Ut captatori moveat fastidia ⁶⁰ Cocco.

(*) Non eadem vini , atque cibi torpente pallato

Gaudia : nam coitus jam longa oblivio : vel si

Coneris , jacet exiguus cum ⁶¹ ramice nervus, 205

Et quamvis tota palpetur nocte , jacebit.

Anne aliquid sperare potest haec ⁶² inguinis aegri

⁴⁵ Trecenta verbera Helles-
ponto infligi , et par compedium
in pelagus rejici jussit. Herodo-
tus Polym. ⁴⁶ Neptunum , ab
yvw , et yæta , quod terram qua-
tiat. A. Gel. 2. 18. ⁴⁷ Ironic.
quod non et Neptunum notis in-
uri jusserit. ⁴⁸ Tam stulto , et
vesano? Herod. 8. ⁴⁹ Scapha
piscatoria. ⁵⁰ Sanguine Persa-
rum. ⁵¹ Suorum caesorum , et
in undis fluitantium. ⁵² Non
demonstrat vultu , aut arcano ore,
ut caetera. Pers. Sat. 2. vers. 8.

⁵³ Anxius , et sollicitus. ⁵⁴ O-
liu juvenis. ⁵⁵ In sylvis juxta
Tabracham in Africa minori ,
simiarum plenis: sensu autem (*)
þvyyos iivaxi trpitibýnivor. ⁵⁶
Dissimilitudo in vultu plurima.
⁵⁷ Calvum. ⁵⁸ Instar infantium.
quasi secunda infantia. ⁵⁹ E-
dentula. ⁶⁰ Haeredipetac ipsi.
Emphaticæ. ⁶¹ Hernia , scroti
tumore. Sat. 6. v. 325. ⁶² Quod
tamen omnium novissime , hu-
more radicali destitutum , canes-
cit. Ca-

(*) Lat. Rostrum ait esse valde similem simiae.

(**) El paladar yá torpe no siente aquell gusto, que antes, en el
vino , y comida.

Canities? quid, quod merito suspecta⁶³ libido est,
 Quae Venerem affectat sine viribus? aspice⁶⁴ partis
 Nunc damnum alterius; nam quae cantante voluptas,
 Sit licet eximus citharoedus? sitve⁶⁵ Seleucus, 211.
 Et⁶⁶ quibus aurata mos est fulgere lacerna.
 Quid refert magni sedeat qua parte theatri,
 Qui vix cornicines exaudiat, atque tubarum
 Concentus? (*) clamore opus est, ut sentiat auris, 215
 Quem dicat venisse puer, quot nunciet horas.
 Praeterea minimus gelido jam corpore sanguis
 Febre calet sola: circumfilit agmine facto
 Morborum omne genus, ⁶⁷ quorum si nomina quaeras,
 Promptius expediam, quot amaverit⁶⁸ Hippia moe-
 chos, 220

Quot⁶⁹ Themison aegros autumno occiderit uno,
 Quot⁷⁰ Basillus socios, quot⁷¹ circumscriperit⁷² Iritus
 Pupillos, quot longa viros exorbeat uno
⁷³ Maura die, quot discipulos⁷⁴ inclinet Amillus:
 Percurram citius, quot villas possideat nunc, 225
⁷⁵ Quo tondente gravis juveni mihi barba sonabat.
 Ille humero, hic lumbis, hic coxa debilis, ambos
 Perdidit ille oculos, ⁷⁶ et luscis invidet, hujus
 Pallida labra cibum capiunt digitis alienis.
 Ipse ad conspectum coenae diducere rictum 230
 Suetus, hiat tantum, ceu pullus hirundinis, ad quem
 Ore volat pleno mater⁷⁷ jejuna: sed omni

⁶³ Irrumpendi: quod de Tibi-
 rio scribit Sueton. c. 44. Pronior
 erat (inquit) ad id genus libidi-
 nis, et natura, et actate: et Mar-
 tial. 50. epig. 1. 4. ⁶⁴ Auditus.
⁶⁵ Etiam eximus tibicens, qua-
 lis fuit Seleucus. ⁶⁶ Optimi n.
 tibicens vestes longas, et splen-
 didas, pallam, et tunicam talan-
 trem induit vagabuntur per pul-
 pit*i*. Horatius ad Pisones. Tibi-
 cen traxique vagus per pulpita

vestem. ⁶⁷ Hemist. Ovid. ⁶⁸ De
 qua Sat. 6. v. 83. ⁶⁹ Medicus.
⁷⁰ Praetor spolians provincia-
 les. ⁷¹ Defraudarit. ⁷² Impius
 tutor. ⁷³ De qua Sat. 6. v. 307.
⁷⁴ Sat. 9. v. 26. *Iacurvet*. Mar-
 tial. 11. 1. epigr. 44. ⁷⁵ Sat. 1.
⁷⁶ ^{25.} ⁷⁶ Ipse in totum coecus ha-
 bet, quod luscis invideat. ⁷⁷ Ut
 cibet pullos ore pleno, ipsa ven-
 tre jejuno.

(*) Es menester hablarle á gritos, para que oiga lo que le dice el page: quién ha venido, qué hora es.

Membrorum damno major ⁷⁸ dementia, quae nec
 Nomina servorum, nec vultum agnoscit amici,
 Cum quo praeterita coenavit nocte, ⁷⁹ nec illos, 235
 Quos genuit, quos eduxit; nam ⁸⁰ codice saevo
 Haeredes vetat esse suos, ⁸¹ bona tota feruntur
 Ad ⁸² Phialen: tantum artificis valet halitus oris,
 Quod steterat multis in carcere fornicis annis.
⁸³ Ut vigeant sensus animi, ducenda tamen sunt 240
 Funera natorum, rogos aspiciendus amatae
 Conjugis, et fratri, plenaque ⁸⁴ sororibus urnae.
 Haec data poena diu viventibus, ut renovata
 Semper clade domus multis in luctibus, inque
 Perpetuo moerore, et ⁸⁵ nigra veste senescant. 245
⁸⁶ Rex Pylius (magno si quidquam credis Homero)
 Exemplum ⁸⁷ vitae fuit à cornice secundae.
 Felix nimirum, qui ⁸⁸ tot per saecula mortem
 Distulit, atque suos jam ⁸⁹ dextera computat annos,
 Quique novum ⁹⁰ toties mustum babit: oro parumper
 Attendas: quantum de legibus ⁹¹ ipse queratur 255

78 Ubi memoria, ratio, et
 omnia mentis organa deficiunt.
 79 Nec liberos suos, quos per
 oblitioinem, vel impietatem ex-
 haeredat. 80 Testamenti tabu-
 lis impiis. 81 Haeredem ex
 asse instituit. 82 Fellatri-
 cem, quae ore impuro morigera
 sensi demeruit haereditatem, sup-
 v. 208. 83 Fac tamen vigeant
 sensus animi. 84 Sororum ossi-
 bus, et cinere. 85 Pulta, lugu-
 bri. 86 Nestor, qui regnabat in
 Pylo urbe Laconiae. 87 Cum
 tres hominum aerares ab Home-
 ro vixisse dicatur, proxime ac-
 cessit ad aetatem cornicis, quae
 novem vivere fertur. 88 Tria
 scilicet. 89 Videtur Poëta innue-

re Nestorem 300. annos vixisse,
 cum alii, 30. annis aetatem
 terminantes, 90. eum vixisse di-
 cant: completo n. centenario
 numero in sinistra, ulteriore
 computat vitae numerum in dex-
 tra. *ἀναπυνάσσει*. (*) Lycoph. de
 qua ratione vide Coel. Rhod. 23.
 lib. c. 12. et Lili. Gyraldi Dial.
 2. et epigr. Graec. lib. 2. c. 9.
 de anu, prae qua Nestor non erat
 senex. οὐ κέπι λαῖον τύρας ἀ-
 ρθμισται δινήρου ἀγγαρίνη.
 (**) Ecce a. avertit nisus laeva,
 dextra digitis rationem computat.
 Plaut. Miles. 90 Tot autumnis.
 91 Cui Parcae nimium parcent.

(*) Latin. Iterum per digitos numero.

(**) Lat. Quae senectus manu sinistra numerare iterum coe-
pit.

Fatorum , et nimio de stamine , ⁹² cum videt acris
 Antilochi barbam ardentem ; nam quaerit ab omni,
 Quisquis adest , socio , cur haec in tempora duret ?
 Quod facinus dignum tam longo admiserit aevo. ²⁵⁵
 Haec eadem ⁹³ Peleus , raptum cum luget Achillem ,
 Atque ⁹⁴ alias , cui fas ⁹⁵ Ithacum lugere ⁹⁶ natantem.

Incolumi Troja Priamus venisset ⁹⁷ ad umbras
⁹⁸ Assaraci magnis solennibus , Hectora funus
 Portante , ac ⁹⁹ reliquis fratrum cervicibus , inter ²⁶⁰
¹ Iliadum lacrymas , ut primos edere planctus
² Cassandra inciperet , scissaque ³ Polyxena palla :
 Si foret extinctus ⁴ diverso tempore , quo jam ,
 Cooperat ⁴ audaces Paris aedificare carinas .
 Longa dies igitur quid contulit ? omnia vidit ²⁶⁵
 Eversa , et flammis ⁵ Asiam , ferroque cadentem .
 Tunc ⁶ miles tremulus posita tulit arma ⁷ tiara ,
 Et ruit ante aram summi ⁸ Jovis , ut vetulus bos ,
 Qui domini cultris tenue , et miserabile collum
 Praebet , ab * ingrato jam fastiditus aratro. ²⁷⁰
 Exitus ille utcunque ⁹ hominis , sed torva canino
 Latravit rictu , quae post hunc vixerat , ¹⁰ uxor .

⁹² Cum videt fortē filium suūm Antilochum jam grandem , et h̄barbatum occisum , et rogo ardentem . οὐνθάμιθος καὶ τὴν Αὐτίλοχον ὑβασοντεῖ μὲν ὑπάνθης πρόσω , etc. Philostratus 2. lib. Iconum. ⁹³ Pater Achillis. ⁹⁴ Laertes. ⁹⁵ Ulysses filium suum , Ithace ducem. ⁹⁶ Per maria decennali errore jactatum , vel simpliciter è naufragio enarrantem ad Calypsus insulam. Odyss. 11. ⁹⁷ Ad sepulchra majorum. ⁹⁸ Avi sui fratri. ⁹⁹ Filiis adhuc viventibus , qui patris funus efferrent. ¹ Trojanarum mu-

lierum. ² Priami filiae : illa vates praescia , et praedicens excidium Trojæ : haec in publica clade , et tot suorum funeribus lugens , et vestes suas discindens. ³ Prius quam. ⁴ Quibus Helenam raptaret , ipse audax. ⁵ Asiae partem magnam. ⁶ Aeneid. ². *Arma diu desueta sexex , etc.* ⁷ Pileo Persico : vide Briss. 2. de regno Pers. ⁸ Hercii. * *Pathos , vel Metonim.* ab ingrato agricola , qui bovem iam per annos agro colendo inutilem interficit. ⁹ Viri , vel non belluae , ut.... ¹⁰... Hecuba uxor Priamī in canem conversa.

Festino ad ¹¹ nostros , et ¹² regem transeo Ponti,
 Et ¹³ Croesum , quem vox justi facunda Solonis
 Respicere ad longae jussit spatia ultima vitae. ²⁷⁵
¹⁴ Exilium , et carcer , Minturnarumque paludes,
 Et mendicatus victa Carthagine panis,
¹⁵ Hinc causas habuere : quid illo cive tulisset
 Natura in terris , quid Roma , beatius unquam?
 Si, ¹⁶ circumducto ¹⁷ captivorum agmine , et omni
 Bellorum pompa , animam exhalasses ¹⁸ opimam,
 Cum de ¹⁹ Teutonico vellet descendere curru?
²⁰ Provida Pompejo dederat Campania febres
 Optandas ; sed multae urbes , et publica vota
 Vicerunt : igitur fortuna ipsius , et urbis, ²⁸⁵
 Servatum victo caput abstulit : ²¹ hoc cruciatu
 * Lentulus , hac poena , caruit , ceciditque * Cethegus
 Integer , et jacuit ²² * Catilina cadavere toto.

Formam optat modico pueris , majore puellis
 Murmure , cum ²³ Veneris fanum videt anxia mater, ²⁹⁰
²⁴ Usque ad delicias votorum ; ²⁵ cur tamen , inquit,
 Corripias ? pulchra gaudet Latona Diana.
 Sed vetat optari faciem ²⁶ Lucretia , qualem

¹¹ Romana exempla. ¹² Mi-
 thridatem , qui 40. annorum belli
 taedia , veneno cum non pos-
 set , gladio finivit. ¹³ Lydiae
 regem , longae vitae miseriarum
 admonitum à Solone Athenensi ,
 qui regi se beatum existimanti
 pronunciavit , neminem ante obi-
 tum felicem. ¹⁴ C. Marii aerum-
 nae , qui à Sylla superatus è pa-
 lude in Minturnis , ubi latuit ,
 extractus , et in carcерem con-
 jectus , dein exul panem men-
 dicavit in Africa. ^(*) ¹⁵ Ex vita
 longa. ¹⁶ In triumpho. ¹⁷ Cim-
 brorum , et Teutonum. ¹⁸ Lae-
 tam , triumphantem , et quasi
 opima spolia ferentem. ¹⁹ Quo
 de Teutonibus triumphans vehe-

batur. ²⁰ Cum Pompejus Nea-
 poli in Campania gravi laboraret
 febri (quae futuri malis voluit
 eum eripere) suscepta publice
 vota , et maligna longi fati for-
 tunae caput ejus à Caesare victi
 gladiis Achillae , et Photini à
 Ptolomaeo in hoc missorum re-
 servarunt. ²¹ Non capite abs-
 cisso. * ²² Conjurator in pa-
 triam notus ex Salustio. ²³ Quae
 venustatis dea est. ²⁴ Delicias
 etiam votis concipit. ²⁵ Et cur
 (objicier aliquis) haec vota re-
 prehendas? et Latona ipsa gau-
 det Diana filia , quia pulchra sit.
²⁶ Quae propter formam à Tar-
 quino Sexto per vim constu-
 prata sibi mortem consivit.

(*) Cum esset securi feriendus , feroci adeo vultu carnificem
 adspexit , ut cum fugere cogeret ; atque ita instantem necem ef-
 fugit.

Ipsa habuit : cuperet ²⁷ Rutilae ²⁸ Virginia gibbum
 Accipere , atque suam Rutilae dare : filius autem ²⁹⁵
 Corporis egregii (*) miseros , ²⁹ trepidosque parentes
 Semper habet : *rara est adeo concordia formae,*
Atque pudicitiae : sanctos licet ³⁰ horrida mores
Tradiderit a domus , ac veteres imitata ³¹ Sabinas:
Praeterea b castum ingenium, vultumque modestum ³⁰⁰
³² Sanguine ferventem tribuat b natura benigna,
Larga manu , (quid enim puero conferre potest ³³ plus
Custode , et cura natura potentior omni ?)
³⁴ Non licet esse viros : nam prodiga corruptoris
 Improbitas ipsos audet tentare parentes. ³⁰⁵
Tanta in muneribus fiducia : ³⁵ nullus ephebum
³⁶ Deformem saeva castravit in arce tyrannus,
Nec praetextatum rapuit Nero loripedem , nec
Strumosum , atque utero pariter , gibboque tumen-
tem.
³⁷ I nunc , et ³⁸ juvenis specie laetare tui , quem ³¹⁰
 Majora exspectant discrimina ; fiet adulter
 Publicus , et poenas metuet , quascunque maritus
 Exigit iratus : nec erit felicior astro
³⁹ Martis, ut in laqueos numquam incidat : exigit autem
 Interdum ille dolor plus , quam lex ulla dolori ³¹⁵
 Concessit : necat hic ferro , secat ille cruentis
 Verberibus quosdam moechos , et ⁴⁰ mugilis intrat.

²⁷ Deformis , et gibbosae. ²⁸ Filia L. Virginis , plebeji , quae
 ne in libidinosum Appii Claudiis
 Servitum veiret , a patre sicut in-
 terfecta. ²⁹ De castitate filii. a
*Honestia educatione , et b maiora cas-
 ta.* ³⁰ Pauperies pudicitiae ma-
 ter. ³¹ Castissimas. Sat. 6. 163.
³² Pudibundam , rubescensem ,
 quae virtutis est tinctura. ³³
 Cauta institutione. ³⁴ Sed vel
 corrumptuntur , vel castrantur.
³⁵ Satyr. 6. vers. 370. ³⁶ Sed

pulcherrimum quemque , ut Spo-
 rum , et alia ingenuorum paed-
 gogia. Sueton. Neron. cap. 28.
³⁷ Iraniæ base ad matrem. ³⁸
 Filii tui. ³⁹ Marte à Vulcano
 in adulterio cum Venere depre-
 henso , et irrato. ⁴⁰ Piscis ,
 quem in supplicium adulteris do-
 prehensis mariti per posteriora
 immittunt , ut et raphanum : pa-
 tente porta pereurrebant eos ra-
 phani , mugilesque.

(*) Tiene á sus padres en continuo susto ; ay ! si habrá caido en
 algún lazo?

Sed tuus ⁴¹ Endymion ⁴² dilectae fiet adulter
 Matronae : mox cum dederit ⁴³ Servilia nummos,
 Fiet et illius , quam non amat : ⁴⁴ exuet omnem 320
 Corporis ornatum : quid enim ulla negaverit ⁴⁵ uidis
 Inguinibus , sive est haec ⁴⁶ Hippia , sive ⁴⁷ Catulla?
⁴⁸ Deterior totos habet illic foemina mores.
⁴⁹ Sed casto quid forma nocet ? ⁵⁰ quid profuit olim
⁵¹ Hippolyto grave propositum ? ⁵² quid Bellerophonti ?
 Erubuit nempe ⁵³ haec , ceu fastidita repulsa : 326
 Nec Sthenobaea minus quam Cressa excanduit , et se
⁵⁴ Concussere ambae : mulier *sævissima tunc est* ,
Cum stimulos odio ⁵⁵ pudor admoveat : elige ⁵⁶ quid nam
Suadendum esse putas , ⁵⁷ cui nubere ⁵⁸ Caesaris uxor
 Destinat : optimus hic , et formosissimus idem 332
 Gentis patriciae rapitur miser extinguendus
⁵⁹ Messalinae oculis : dandum sedet illa parato
⁶⁰ Flammeolo , ⁶¹ Tyriusque palam ⁶² genialis in ⁶³ hortis

⁴¹ Sed tuus forte filius pulcher , et amabilis , ut Endymion
 Lunæ dilectus , electas solas ,
 et formosas amabit foeminas .
 Immo , *inquit Poeta* , et mox e-
 tiam deformes , et turpes , ubi
 pretium illi dederint . ⁴² Quam
 diligit , et deligit , non ejus à qua
 pretio corruptus est , et condu-
 ctus . ⁴³ Deformis , et dives ,
 qualis erat Servilia Bruti mater ,
 quae Caesari nummos dedisse cre-
 debatur , referente Plutar . ⁴⁴ Ut
 adultero donet . ⁴⁵ Veneri . ⁴⁶
 Nobilis , ac prodiga . ⁴⁷ Plebe-
 ja , ac avara . ⁴⁸ In ceteris ma-
 le morata , hic induit comita-
 tem , liberalitatem , etc. ut moe-
 chis largiatur . ⁴⁹ *Obiectio* . ⁵⁰
Responsio . Neque enim grave
 propositum castae vitæ pericu-
 lis exemit Hippolytum , et Belle-
 rophontem . ⁵¹ Filio Thesei ,
 qui à novæ Phœdra , cuius
 incesto amori non respondebat ,
 apud patrem stupri falso accu-
 satus , dum patris iram fugeret ,

ab equis territis disjectus curru ,
 et discerptus est . ⁵² Filio Glauci ,
 qui Sthenobacam Procti regis
 Argivorum uxorem ipsum a1 ad-
 adulterum pellicientem asperna-
 tus post multa hinc pericula pe-
 riit . ⁵³ Phœdra Minois regis
 Cretæ lilia . ⁵⁴ Se in ultione
 excitavere . ⁵⁵ Furor ex repu-
 diato amore . ⁵⁶ Ducas Messalina-
 linam , necne ? utrinque enim
 mors . ⁵⁷ C. Silius Cos . de-
 signatum juvenem formosissi-
 mum deperibat Messalina , cui
 napta causa exitii fuit . Tac . II .
 Sueton . in Claud . ⁵⁸ Messalina
 Claudii Caesaris uxor . ⁵⁹ Amo-
 re , qui ex oculis : vel nece : ante
 Messalinae oculos occisus est .
⁶⁰ Veste nuptiali . Sat . 2 . v . 125 .
⁶¹ Purpurea toga . vel stragulo
 tectus . ⁶² Lectus genialis . ~~lectus~~
 sternitur in honorem Genii ,
 Junonisque (d) γαμηνῶν , de
 quo vide Pers . Sat . 2 . v . 3 . ⁶³
 Lucullianis .

(d) Lut. Deorum nuptiis praesentium, à γαμηνῷ, nuptias celebro.

Sternitur, et ⁶⁴ ritu decies centena dabuntur 335
 Antiquo, veniet cum ⁶⁵ signatoribus ⁶⁶ auspex.
 Haec tu secreta, et paucis commissa putabas?
⁶⁷ Non nisi legitime vult nubere: quid placeat, dic:
 Ni parere velis, ⁶⁸ pereundum est ante lucernas:
 Si scelus admittas, dabitur mora parvula, dum res 340
 Nota urbi, et populo contingat ⁶⁹ Principis aures.
 Dedece ⁶⁹ ille domus sciit ultimus, interea tu
 Obsequere ⁷⁰ imperio, si tanti est vita dierum
 Paucorum: ⁷¹ quidquid levius, meliusque putaris,
 Praebenda est gladio pulchra haec, et candida cervix. 345
⁷² Nil ergo optabunt homines? * si consilium vis,
⁷³ Permitte ipsis expendere numinibus, quid
 Conveniat nobis, rebusque sit utile nostris.
 Nam pro jucundis aptissima quaeque dabunt dii.
 Charior est illis homo, quam sibi: nos ⁷⁴ animorum 350
 Impulsu, et coeca, magnaque cupidine ducti
 Conjugium petimus, partumque uxoris: at illis
 Notum, qui pueri, qualisque futura sit uxor.
 Ut tamen et poscas aliquid, voveasque sacellis

⁶⁴ Decies centena millia sestertiū, qui in dote laetiorum mos.
 (*) ⁶⁵ Notariis, qui tabulas nupt. signent. Consulem designatum, cum uxore Principis, praedicta die adhibitis, cui obsignarent, retul suscipiendorum liberorum causa, convenisse: atque illam audisse auspicum verba, subisse, sacrificasse, etc. Tacit. 11. Annal.
⁶⁶ Auspices nuptiis interponuntur ex more majorum, qui nihil sine auspicio gerebant. ⁶⁷ Id que vivo marito Claudio Imper. Jamque Ostiam tantum profecto sacrificii causa; Tacit. 11. Annal.

non adulterio contenta. ⁶⁸ Ante noctem interficiendus es à Messalina. ⁶⁹ Claudii. ⁷⁰ Messalinae imperio, et amori. ⁷¹ Utrum optaris, tibi pereundum utique est. ⁷² Objec. * Resp. ⁷³ Vide Socratis dictum in Val. Maxim. lib. 7. c. 2. et ejusdem Socrat. apud Xenophont. ἀπομνημ. ^(*) οὐχέτο πρὸ τὸς θεῶν ἀπλάσια ἀγαθὰ διδίταν, ἀε τὸς θεῶν νόηται αὐδίτας, ὅποια ἀγαθὰ οὐτι, ^(*) etc. ⁷⁴ Affectuum.

(*) Vease el valor del sestertio en mi traducion de C. Nepote, publicada el año de 74. en la nota sobre Sestertius.

(*) οὐσούσημεν ματα est dictum memorabile, ab οὐσι, longe, et ματα, recordor.

(*) Lat. Bona precabatur à Diis benignè, ut darent, utpote melius videntes, quae potiora sint.

- 75 Exta , et candiduli ⁷⁶ divina tomacula porci. 355
 77 Orandum est , ut sit mens sana in corpore sano.
 Fortem posce animum , et mortis terrore carentem,
 78 Qui spatium vitae extremum inter munera ponat
 Naturae , qui ferre queat quoscunque dolores ,
 Nesciat irasci , cupiat nihil , ⁷⁹ et potiores 360
 (*) Herculis aerumnas credat , saevosque labores,
 Et Venere , et coenis , et plumis ⁸⁰ Sardanapali.
 Monstro , ⁸¹ quod ipse tibi possis dare : semita certe
 Tranquillae per virtutem patet unica vitae.
 Nullum numen abest , si sit prudentia : sed te 365
⁸² Nos facimus , Fortuna , deam , coeloque locamus.

75 Quod ea Diis prosecentur,
 quae maxime extent , eminent-
 que (inquit Festus) at rectius ,
 quia exacta . 76 Farcimina è je-
 core , et carnibus porcini con-
 cisis : a ^{τέμνω} , sacrificiis adhi-
 bitis . 77 Roga bonam mentem ,
 bonam valetudinem animi , dein-
 de corporis , etc. Senec. ep. 10.
 78 Qui mortem esse naturae mu-

nus ducat . 79 Aerumnas cum
 virtute praferat deliciis , et vo-
 luptatibus . 80 Ultimi Assyrio-
 rum regis , viri mollissimi . 81
 Ut ex te , et tua virtute omnia
 bona , et felicitatem petere pos-
 sis . 82 Per imprudentiam nos-
 tram locum Fortunae inter nu-
 mina relinquimus .

(*) Qui ex Alcmena Jovis filius aprum vivum cepit , taurum
 edomuit , leonem jugulavit , hydram occidit , cervam acripedem
 cepit , stymphalidas aves interfecit , cerverum canem ad superos
 traxit , Augiae stabulum trium milium boum capax expurgavit ,
 Amazonas debellavit , aurea mala ex Hesperidum hortis , draconem
 custode imperfecto , abstulit , montesque Calpem , et Abylam dis-
 junxit .



SATYRA XI.

Persico, quem ad coenam invitat, frugalitatem commendat,
pauperumque perstringens luxum, docet faciendo esse sumptus
pro suarum cuiusque facultatum modulo.

A Tticus eximie si coenat, lautus habetur:
Si Rutilus, demens: quid enim (*) majore Ca-
chino

*Excipitur vulgi, quam ³ pauper Apicius? + omnis
Convictus, (*₂) thermae, ⁵ stationes, omne theatrum
De ⁶ Rutilo; nam, dum valida, ac juvenilia membra ⁸
Sufficiunt galeae, dumque ardent sanguine, fertur,
Non cogente quidem, sed nec prohibente tribuno,
⁷ Scripturus leges, et regia verba lanistae.
⁸ Multos porro vides, quos saepe elusus ad ipsum
Creditor introitum solet exspectare macelli, ¹⁰
Et quibus in solo vivendi causa palato est.
⁹ Egregius coenat, meliusque miserrimus horum,
Et cito casurus jam ¹º perluciente ruina:
Interea gustus elementa per omnia quaerunt,
(*) Nunquam animo pretiis obstantibus: interius si ¹⁵*

1 Nobilis, et dives. 2 Pau-
per, qui patria bona exhausit.
3 Redactus ad pauperiem ex lu-
xu, ut Apicius, de quo Satyr. 4.
v. 23. vel, pauper qui luxuri-
sus. 4 Omnes in conviviis, ther-
mis, stationibus, in foro, thea-
tro loquuntur. 5 Loca in foro
Romano, in quibus convenie-
bant, et consistebant, sermo-
nes ferebant, in aliis Senatores,
in aliis juvenes, in aliis munici-
pes. 6 Qui absumptis gula bo-
nisi ad gladiatoriā se contulit.
Sic emendat Jan. Rutgersius, ut
constet sensus, lib. 2. var. lect.
cap. 17. 7 Exscribit praecepta
de ictibus, declinationibus, et
tractandorum armorum ratione
à lanista dictata, et imperata,
quae meditetur, et exerceat. Vi-
de Sueton. Jul. Caes. 26. c. Hir-
tium de bello Africo, et Valer.
Max. 2. lib. 3. cap. de P. Rutilio.
8 Obaeratos, obsonia rāmen lau-
tissima ementes. 9 Adverbium
comparat: sic Lucret. *Nam nihil
egregius, quam res secernere, etc.*
10 Metaphor. ab hianti, et rui-
noso muro.

(*) Con mayores risadas.

(*) Balnea, baños, à temp., calidus.

(*) Sin reparar en el mucho coste.

Attendas, magis illa juvant quae pluris emuntur.
 Ergo haud difficile est peritoram¹¹ arcessere summam
 Lancibus¹² oppositis, vel matris¹³ imagine fracta,
 Et quadringentis nummis condire¹⁴ gulosum
 Fictile: sic¹⁵ veniunt ad (*) miscellanea ludi. 20
 Refert ergo quis haec eadem paret: in¹⁶ Rutilo nam
 Luxuria est; in¹⁷ Ventidio laudabile nomen
 Sumit, et à censu famam trahit: illum ego jure
 Despiciam, ¹⁸ qui scit, quanto sublimior¹⁹ Atlas
 Omnibus in Lybia sit montibus; hic tamen idem 25
 Ignoret, quantum ferrata distet ab²⁰ arca
²¹ Sacculus: ²² è coelo descendit, γυνής οταντίν,
 Figendum, et memori tractandum pectore: sive
 Conjugium quaeras, vel²³ sacri in parte senatus
 Esse velis: nec enim²⁴ loricam poscit Achillis 30
²⁵ Thersites, in qua se²⁶ traducebat Ulysses
 Ancipitem: ceu tu magno discrimine causam
 Protegere affectas, ²⁷ (*) te consule, dic tibi, quis sis,
 Orator²⁸ vehemens, an²⁹ Curtius, an³⁰ Matho: buccae
Noscenda est mensura tuae, spectandaque rebus 35
 In summis, minimisque, etiam cum piscis emetur,

¹¹ Contrahere aes. ¹² Pigno-
 ri. ¹³ Aurea, argentea, ahena,
 ne cognoscatur, fracta. ¹⁴ Am-
 plum, vel Hypallage, sibi gu-
 loso. ¹⁵ Gula deveniente ad gla-
 diatorum patinas, et ludos. ¹⁶
 Paupere ex luxu. ¹⁷ Divite.
 Pers. Sat. 4. v. 24. ¹⁸ Qui ex-
 tra se, et foris sapit, intus et
 domi suae hospes. ¹⁹ Mons
 Mauritaniae. Sat. 13. v. 48. ²⁰
 Divitis. Sat. 10. v. 25. ²¹ Mo-
 dicæ opes suæ. ²² Divina illa
 Chilonis sententia *Nosce te ipsum*,

è coelo descendit. ²³ Sena-
 tor, vel magistratus. ²⁴ In cer-
 tamine de armis Achillis donan-
 dis optime merito. ²⁵ De quo
 Sat. 8. vers. 269. ²⁶ Per modes-
 tiam ambigere videbatur, an et
 ipse peteret, vilem se, et in-
 dignum ferens. ²⁷ Tuas perpen-
 de vires, an ferre valeas. ²⁸
 Optimus. ²⁹ Mediocris, ut Cur-
 tius Montanus. ³⁰ Infimae no-
 tiae tabula, ut Matho, Satyr. I.
 vers. 32.

(*) Proprie miscellanea dicuntur ea, in quibus variae, diver-
 saeque commiscentur res; sed etiam usurpatur haec vox, (ut hic)
 pro ludi, in quibus varia, et dissimilia spectacula exhibebantur.
Ludi pro ludi, gladiatores, lanistæ.

(*) Versate diu, quid ferre recusent, quid valeant humeri.
 Horat, in Arte poëtica.

Nec nullum cupias, cum sit tibi ³¹ gobio tantum
In loculis: quis enim, te deficiente crumena;
Et crescente gula, manet exitus, aere paterno,
Ac rebus mersis in ventrem, foenoris, atque ⁴⁰
Argenti gravis, et pecorum, agrorumque ³² capacem?
³³ Talibus à dominis post cuncta novissimus exit
³⁴ Annulus, et dígito mendicat ³⁵ Pollio nudo.
Non praematuri ³⁶ cineres, nec funus acerbum
³⁷ Luxuria; sed morte magis metuenda senectus. ⁴⁵
Hi plerumque ³⁸ gradus: conducta pecunia Romae,
Et coram ³⁹ dominis consumitur: inde ubi paulum
Nescio quid superest, et ⁴⁰ pallet foenoris auctor,
Qui ⁴¹ vertere solum, ⁴² Bajas, et ad ⁴³ Ostia currunt.
⁴⁴ Cedere namque foro jam ⁴⁵ non tibi deterius, quam
⁴⁶ Esquiliis à ⁴⁷ ferventi migrare ⁴⁸ Suburra. ⁵¹
Ille dolor solus patriam fugientibus, illa
Moestitia est, ⁴⁹ caruisse anno Circensibus uno.
⁵⁰ Sanguinis in facie non haeret gutta: ⁵¹ Morantur
Pauci ridiculum, et fugientem ex urbe pudorem. ⁵⁵
(*) Experiēre hodie nunquid ⁵² pulcherrima dictu,
Perfice, non praestem vita, nec moribus, et re,
Sed laudem siliquas occultus ganeo, pultes

³¹ Quo emas gobionem. ³² Ventrem vere Eresichthonium.
³³ Helleonibus. ³⁴ Equestre insigne. ³⁵ Decoctor. ³⁶ Non mors praematura, quam per in-
gluviem sibi accelerant; sed se-
nectus morbis, et inopia op-
pressa luxuriosis est misera, et
timenda. ³⁷ Luxurioso. ³⁸ Per-
ditae gulac in paupertatem se
praecipitantis. ³⁹ Creditoribus.
⁴⁰ Timet foenerator ne credi-
tum perdat. ⁴¹ Patriam muta-
runt, fugerunt. ⁴² Sat. 3. v. 4.
⁴³ Portam ad ostia Tiberis sex-
decim à Roma milliaribus, hinc
navigaturi. ⁴⁴ Non comparere
in foro. ⁴⁵ Non majori honoris

jactura jam sit, quam per aetas-
tis fervorem ex urbe media se-
cedere in suburbanum, aut rusti-
cari. ⁴⁶ Ad frigidorem locum
in colle Exquiliarum dicto, quod
in eo Tull. Hostilius excubias
posuerit: vel, quod prius negle-
ctum excoluerit. ⁴⁷ Frequentia,
et turba populi. ⁴⁸ Sat. 3. v. 3.
⁴⁹ Sat. 9. v. 87. et Sat. 10. v. 18.
⁵⁰ Non erubescunt. ⁵¹ Vix re-
perias qui pudorem, cuius iam
plerosque pudet, et qui ex urbe
fugit, ut justitia quandam, et
Vereundia ex orbe, retinere
curet. ⁵² Laudatain à me fru-
galitatem.

(*) Hodie meus conviva videbis, me, qui frugalitatem laudo
verbis, recipiā tenui victu contentum esse.

Coram alio dictem puerō, sed in aure placentas.
 Nam, cum sis conviva mihi promissus, habebis
⁵⁵ Evandrum, veniet ⁵⁶ Tirynthius, aut ⁵⁷ minor illo
 Hospes, et ipse tamen ⁵⁸ contingens sanguine coelum,
⁵⁹ Alter aquis, ⁶⁰ alter flammis ad sidera missus.
 (*) Fercula nunc audi ⁶¹ nullis ornata macellis.
 De Tiburtino veniet pinguisimus agro
 Hoedulus, et ^(*) toto grege mollior, ⁶³ inscius herbae,
 Necdum ausus virgas humilis mordere salicti,
 Qui plus lactis habet, quam sanguinis: et ⁶⁴ montani
 Asparagi, ⁶⁵ posito quos legit villica fuso.
 Grandia praeter ea, ⁶⁶ tortoque calentia foeno
 Ova adsunt ipsis cum ⁶⁷ matribus, et servatae
 Parte anni, quales fuerant in vitibus, uvae:
⁶⁸ Signinum, ⁶⁹ Syriumque pyram, de corribus iisdem
⁷⁰ ⁷¹ ⁷² ⁷³ ⁷⁴ ⁷⁵ ⁷⁶ ⁷⁷ ⁷⁸ ⁷⁹ ⁸⁰
 (*³) Aemula Picenis, et odoris mala recentis,
 Nec metuenda tibi, ⁷⁰ siccatum frigore postquam
 Autumnum, et crudi posuere pericula succi.
 Hacc olim nostri ⁷¹ jam luxuriosa ⁷² senatus
 Coena fuit. ⁷³ Curius, parvo quae legerat horto
 Ipse, focus brevibus ponebat oluscula, quae nunc
 Squalidus in magna fastidit compede fossor,

⁵³ Me hospitem frugalem, qua-
 lis fuit Evander, qui Herculem
 ex Hispania redeuntem vili ex-
 cepit convivio, et postea Ae-
 neam. Virg. Aeneid. 8. ⁵⁴ Her-
 culès à Tyrintho oppido Argi-
 vorum, patria ejus. ⁵⁵ Aeneas.
⁵⁶ Ex Venere natus. ⁵⁷ Aeneas
 Numicio fluvio submersus. ⁵⁸
 Hercules venenata tunica à De-
 janira immissa furens pyram in
 Oeta monte extrectam concen-
 dit, et absemptus est. ⁵⁹ Vir-
 gil. 4. Georg. Dapibus mensas one-
 rabat inemptis. ⁶⁰ Ubere non
 depulsus, non ablactatus. ⁶¹

Corruclae. ⁶² Intermissa calo-
 cum fuso. ⁶³ Calentia à foeno
 in nidum torto, id est, recen-
 tia. ⁶⁴ Gallinis. ⁶⁵ A Signia
 Latii oppido. ⁶⁶ Tarentina, quae
 primo è Syria advenere. ⁶⁷ Ho-
 rat. Sat. 4. lib. 2. ⁶⁸ Picenis cedunt
 pomis Tiburtia. ⁶⁹ Quae cru-
 dum, et noxiū, quem Autum-
 no habuerant humorem, testate
 miti excixerint. ⁷⁰ Etiam lu-
 xuriosa. ⁷¹ Senatorum. ⁷² Cu-
 riarius Dentatus frugalitate abunde
 laudatus. ⁷³ Sat. 8. v. 183. et
 Pers. 6. v. 40.

(*) Quae tibi in convivio apponentur.

(*) El mas tierno de toda la manada.

(*) De tan buen gusto, como las de Picenas.

Qui meminit, calidae sapiat quid ⁷³ vulva popinae.
⁷⁴ Sicci terga suis, rara pendentia crate,
 Moris erat quondam ⁷⁵ festis servare diebus,
 Et ⁷⁵ natalitium cognatis ponere lardum,
 Accedente nova, ⁷⁶ si quam dabat hostia, carne: 85
 Cognatorum aliquis titulo ter consulis, atque
 Castrorum imperiis, et dictatoris honore
 Functus, ad has epulas ⁷⁷ solito maturius ibat,
 * Erectum ⁷⁸ domito referens à monte ligonem.
 Cum tremerent autem ⁷⁹ Fabios, durumque Catonem,
 Et Scauros, et Fabricios, ⁸⁰ rigidique severos 91
 Censoris mores etiam collega timeret.
 Nemo ⁸¹ inter curas, et seria duxit habendum,
 Qualis in Oceani fluctu ⁸² testudo nataret,
 Clarum ⁸³ Trojogenis factura, ac nobile fulcrum; 95
 Sed ⁸⁴ nudo latere, et parvis ⁸⁵ frons aera lectis
 Vile coronati caput ostendebat aselli,
 Ad quod lascivi ludebant ruris alumni.
 Tales ergo cibi, qualis domus, atque supellex.
 Tunc rudis, et Grajas mirari nescius artes, 100
 Urbibus eversis ⁸⁶ praedarum in parte reperta

⁷³ Posterior pars Porcae, vel
 electitia suis primiparae vulva
 delicate preeparata in popina.
⁷⁴ In crate lignea fumo, et ven-
 to expositi ad siccandum. ⁷⁵
 Natali, seu festo, veluti pro sum-
 mis deliciis. ⁷⁶ Si forte hos-
 tiā mactarent. ⁷⁷ Tanquam
 ad apparatum lautiōrem. * Hu-
 meris sublatum. ⁷⁸ Culto, sub-
 acto. ⁷⁹ Censores rigidos, et
 luxui infestos. ⁸⁰ Fabium Ma-
 ximum, qui P. Decium collegam
 notavit, ut parum severum cen-
 sorem. ⁸¹ Ac si res seria esset,
 et necessaria. ⁸² Cujus puta-
 mina secare in laminas, lectos
 que iis ornare Carvilius Pollio

instituit, Plin. 9. lib. 11. cap.
 cuiusmodi lectos Clem. Alexand.
 (*) χελώναις πεποιηδίναις νο-
 τας vocat. Lucian. (*) κατινν
 απὸ χελώνης ιερίνης vertit, Apu-
 leji lectrum Indica testudine pel-
 lucidum Sen. Elaboratam scrupu-
 losa distinctione testudinem, ^{7.}
 de Benef. 9. ⁸³ Romanis. ⁸⁴
 Sine fulcro, aut latere, ad quod
 se inclinent. ⁸⁵ Anterior lecti
 pars aere ornata sustinebat ca-
 put asini serto coronati, et E-
 trusca superstitione, quae hinc
 agri incommoda arceri credebat:
 vide Scoppe collect. 2. 27. ⁸⁶
 Inter praedas.

(*) Lat. Testudinibus exornatos, distinctos, lectos.

(*) Lat. Lectum ex Testudine Indica.

Magnorum artificum frangebat ⁸⁷ pocula miles,
⁸⁸ Ut phaleris gauderet equus, caelataque cassis
 Romuleae simulachra ferae mansuescere jussae
 Imperii fato, et geminos sub rupe Quirinos, ¹⁰⁵
 Ac nudam effigiem clypeo fulgentis, et hasta,
 Pendentisque dei, perituro ostenderet hosti:
 Argenti quod erat solis fulgebat in armis.
 Ponebant igitur ⁸⁹ Thusco farrata catino
 Omnia tunc, quibus invideas, si lividulus sis. ¹¹⁰
 Templorum quoque majestas praesentior, et vox
 Nocte fere media, mediamque ⁹⁰ audita per urbem
 Litore ab * Oceani Gallis venientibus, et ⁹¹ diis
 Officium vatis peragentibus, his monuit nos;
 Hanc rebus Latiis curam praestare solebat ¹¹⁵
⁹² Fictilis, et nullo violatus Jupiter auro.
 Illa ⁹³ domi natas, nostraque ex arbore mensas
 Tempora viderunt, ⁹⁴ hos lignum stabat in usus,
 Annosam si forte nucem dejecerat Eurus.
At nunc dixitibus coenandi nulla voluptas, ¹²⁰
 Nil rhombus, nil dama sapit, putere videntur
 Unguenta, atque ⁹⁵ rosae, latos nisi sustinet ⁹⁶ orbes
 Grande ⁹⁷ ebur, et magno sublimis Pardus hiatu
 Dentibus ex ⁹⁸ illis, quos mittit porta ⁹⁹ Syenes,

87 Argentea, sive aurea. 88 Ut
 inde phaleras equo conficeret,
 et caelaret cassidem, quae os-
 tenderet perituro hosti effigiem
 lupae, quae Imperii fato jussa
 mansuescere, et lac praebere
 Romulo, et Remo sub rupe Qui-
 rinalis montis, et ostenderet pe-
 rituro hosti ipsos geminos, et
 effigiem nudam Martis fulgentis
 clypeo, atque hasta, et penden-
 tis in clypeo de sinistro hume-
 ro. 89 Fictili catino ex Hetru-
 ria, vel more Thusco. Pers. Sat.
 2. v. 60. ponebant cibaria è far-
 re, et pultes, de quibus vide
 quae ad 172. vers. Sat. 14. 90 A.
 M. Ceditio, qui noctu audivit
 vocem humana clariorem in Ca-
 pitolio; *Gallos adventare.* Liv. v.
^{*} Pulmannus legit, ab occiduo. 91
 Dius ipsis vaticinantibus. 92 Fi-

ctilem habens statuam, et sim-
 pliciter cultus, et cui fictiles
 illae cum simplici probitate sta-
 tuae gratiores erant, quam istae
 aureae per vim, rapinas, et sce-
 lera conflatae: sic Sat. 3. v. 20.
 93 È fago, non è citro, aut cu-
 presso ex Africa. 94 Mensarum.
 95 Serra è rosis, quibus coro-
 nabantur convivae. 96 Mensas
 rotundas cirreas. *Orbes sectos At-
 lantide sylva.* Lucan. 9. 97 Pes
 eburneus in formam pardii affabre
 factus. 98 Elephantinis, qui ab
 insula Elephantide per Syenen,
 tanquam portam,mittuntur in
 alias Aegypti partes, inde Ro-
 man, ut Sat. 3. *Janua Batarum
 Cumæ.* 99 Urbis in confinibus
 Aethiopiae directe sub Tropico
 Cancri vicinae insulae Elephan-
 tidi. K 4 Et

Et Mauri celeres , et Mauro ¹ obscurior Indus, 125
 Et quos depositus ² Nabathaeo ³ bellua saltu ,
 Jam nimios , capitique graves : ⁴ hinc surgit orexis,
 Hinc ⁵ stomacho bilis : * nam pes argenteus illis,
 Annulus in digito quod ferreus : ergo *superbum* 130
Convivam caveo , qui me sibi comparat , et res
Despicit exiguae : adeo nulla uncia nobis
Est eboris , nec ⁶ tessellae , nec ⁷ calculus ex hac
Materia ; quin ipsa manubria cultellorum
Ossea : non tamen his ulla unquam obsonia fiunt
Rancidula , haud ideo pejor gallina secatur, 135
Sed nec ⁸ structor erit , cui cedere debeat omnis
Pergula , discipulus Tripheri doctoris , apud quem
Sumine cum magno lepus , atque aper , et ¹⁰ pygargus ,
Et ¹¹ Scythicae volucres , et ¹² phoenicopterus ingens ,
Et Getulus ¹³ oryx , hebeti lautissima ferro 140
Caeditur , et tota sonat ¹⁴ ulmea coena Suburra .
Nec frustum capreae subducere , nec latus ¹⁵ Aphrae
Novit avus noster tirunculus , ac ruditis omni

¹ Nigrior. ² Arabico , Arabe a. tres partes: Deserta , quae Scenitis: Felix , quae Saba. Petraea , quae Nabathaea. ³ Elephas , qui dentes jam nimios , capitique graves arbori impactos deponit. ⁴ Ex hac lauitia suppellectilis , ex ebore , quod majori in pretio est , quam argentum. ⁵ Appetitus , et stomachus latrans. * Mensae enim pes argenteus mensas sustinens , (quas (*)) *καίνας ἀργυρόποδας* vocat Lucianus in *καταπλ.*) aquae vilis est , ac ferreus annulus in digito. ⁶ In abaco , seu albeolo lusorio. ⁷ Latrunculi. ⁸ Proprie qui mensae cibum imponit , *τραπεζώμενος* , Athenaeo ⁴ Saepissime vero , ut et hoc loco , pro Capitore sumitur , qui cibum scindens , carpensque preministrat , Petronio , scissor : *Απολέο* , diribitor : *Σίδωνιο* , cheironomon , ab agili manuum ad leges quasdam motu. Vide Sat. vers. 118. ⁹ Schola (publica , et aperta , in qua profitebantur , qui volebant innotescere artifices) et discipuli Tripheri , qui obsonia dissecandi artem chironomicam Romae docuit in Suburra vico. Vide Sat. 1. vers. 120. ¹⁰ Caprea sylvestris. ¹¹ Phasiani. ¹² Avis à puniceo alarum colore nomen habens. ¹³ Caprea unicornis. Aristot. 3. lib. de partibus animal. et Plin. 11. nat. hist. 46. c. ¹⁴ Fercula omnia è ligno facta. ¹⁵ Numidiae.

(*) Lat. Mensas , aut lectos , pedes aureos habentes.

Tempore , et exiguae ¹⁶ frustis imbutus ofellae.
 Plebejos calices , et paucis assibus emptos ¹⁴⁵
 Porrigit in cultus puer , atque ¹⁷ à frigore tutus,
 Non Phryx , aut Lycius , non à mangone ¹⁸ petitus
 Quisquam erit , et ¹⁹ magno : cum poscis , posce ²⁰ Latine.
 Idem habitus cunctis , ²¹ tonsi , ²² erectique capilli,
 Atque hodie tantum propter convivia pexi: ¹⁵⁰
 Pastoris duri est hic filius , ille bubulci ,
²³ Suspirat longo non visam tempore matrem ,
 Et casulam , et notos tristis desiderat hoedos ,
 Ingenui vultus puer , ingenuique pudoris ,
 Quales esse decet , quos ²⁴ ardens purpura vestit , ¹⁵⁵
 Nec ²⁵ pugillares desert in balnea ²⁶ raucus
 Testiculos , nec vellendas jam ²⁷ praebuit alas ,
 Crassa nec opposito pavidus tegit inguina ²⁸ gutto .
 Hic tibi vina dabit diffusa in montibus illis ,
 A quibus ipse venit , quorum sub vertice lusit: ¹⁶⁰
 Namque una , atque eadem vini patria , atque ministri .
 Forsitan expectes , ut ²⁹ Gaditana canoro
 Incipiat ³⁰ prurire choro , * plausuque probatae

16 Qui frusta carnis porcinae tamen distribuere novit. 17 Vestibus munitus , magis quam ornatus. 18 Pretio. Mango proprie *μυντρίφης* , canum nutritor : sed et longius tractum , puerorum auctor , et negotiator dicitur. Vide Persii Sat. 6. vers. 76. 19 Italus n. est. 20 Non comam alentes : (*) *αὐτορειχιαι*. 21 Nec calamistrati , pexi tantum , ut omnes praecincti pueri recti , somptue ministrant. Hor. ser. 8. l. 2. 22 Suspirio se desiderare testatur. 23 Praetexta fulgens purpura. 24 Grandes , qui pugnum compleant. 25 Ex coitu , vel eunuchus. Sat. 4. 514. vel lege

Draucus. 26 (*2) *Δρωπάκη* ²⁷, alipilario. Pers. Sat. 5. v. 19. 27 Olei vasculo , balnea intraturus , voraces drauci oculos veritus. 28 Lasciva è Gadibus puella , quae cantet , et saltet , cuius salutationis modus tres refert Jul. C. Scal. Poëtices lib. 1. cap. 18. Martial. 1. lib. 42. epigr. et 5. lib. 76. epigr. 29 Ad pruritum libidinis incitare. * Spectatorumne? An improbi magistri , qui saltraticulas has circumducebant ad quaestum , et ad saltandum provocabat plausu bene habitus testatus ? Vide Pers. 6. vers. 78.

(*) *Lat.* Intonsi , ab α , non , οὐέψω , tondeo , et οὐέψω , coma.

(*2) *Δρωπάκης* dicitur , qui unguento , quod Graeci *Δρώπαξ* vocant , corporis capillos evellebat.

Ad terram tremulo descendat clune puellae.
 Spectant hoc nuptiae juxta recubante marito, 165
 Quod pudeat narrasse aliquem praesentibus ipsis,
 Irritamentum Veneris languentis, et acres
 Divitis ³⁰ urtcae: major tamen ista voluptas
³¹ Alterius sexus: magis ille extenditur, et mox
³² Auribus, atque oculis concepta urina movetur. 170
 Non capit has rugas humiliis domus: audiat ille
³³ Testarum crepitus cum verbis, nudum oolido stans
 Fornice ³⁴ mancipium quibus abstinet: ille fruatur
 Vocibus obscoenis, omnique libidinis arte,
 Qui Lacedaemonium ³⁵ petteumate lubricat orbem. 175
 Namque ibi fortunae veniam damus: alea turpis,
 Turpe et adulterium mediocribus: haec tamen illi

³⁰ Aculei, et prurigines. ³¹ Foeminarum. ³² Libido cantu, et motibus natum concepta urina movetur. (^{*}) πάσαις πολλαῖς την ἔδοντιν καταδίχοντας, δι' οφθαλμῶν, δι' ὄτων, etc. (^{*2}) τιρπημόνοι χρωμάτων, καὶ τιρπημάτων, καὶ δι' οφθαλμῶν ασπάτων. Lucian. in Nigrin. ³³ Tympanorum, et cymbalorum, dicunt interpres, verum crotala sunt ē testis, et conchyliis, quibus in India foeminas in saltationibus usus saepius vidi, cūjusmodi crepitaculis, et moribus utuntur Hispani, vocantque casta bellos, (^{*3}) η τοῖς δηράνοις μρήσσα. Aristop. in Βατράχ: vide Jul. Caes. Scal. I. Poët. 18. ³⁴ Sēra meretrix, sed et harum liberrimae turpissima sunt mancipia. ³⁵ Pytalmate, Jul. C. Scal. I. I. Poët. 22. c. et Polit. 2. Miscell. 38. et lib. II. epist.

Poppismate, Flav. 4. conjectan. centur. I. Pytalmate, Turneb. 21. lib. Advers. 18. cap. Pyrismate, Alciat. Parerg. juris 6.... Pygimate, contendit Lipsius lib. 4. epistolar. Questionum. 5. epist. Quarum lectionum expositione partim brevitatis studio, partim ut honestis parcam auribus supersedeo, relegato ad ipsos Criticos lectore, et vel cum Brodaco Miscel. 5. l. 26. cap. lego Pedemate, quod Lacedaemoniae saltationis genus est, ad quod et Cicero in Pisonem respicere videtur, inquiens: Cum ipse nudus in convivio saltaret, etc. cum illum suum saltatorium versaret orbem, etc. vel cum Mureto 10. lib. 6. cap. lego Petteumate, à μιτλοῖς, talus: ut sit qui mensam rotundam ē marmore Lacedaemonia talis, vel aleis lubricat: atque hanc lectionem confirmat quod sequitur Alea turpis, etc.

(*) Lat. Omniibus portis voluptatem accipientes per oculos, per aures.

(*2) Lat. Delectati coloribus, et citharae strepitibus, et corruptis canticis.

(*3) Lat. Haec testas pulsabat.

Omnia cum faciant , ³⁶ bilares , nitidique vocantur .
 Nostra dabunt alios hodie convivia ludos :
 37 Conditor Iliados cantabitur , atque Maronis 180
 Altisoni ³⁸ dubiam facientia carmina palmam :
 Quid refert tales versus qua voce legantur ?
 Sed nunc dilatis averte negotia curis ,
 Et gratam requiem dona tibi , quando licebit
 Per totam cessare diem , non foenoris ulla 185
 Mentio , nec , prima si luce egressa reverti
 Nocte solet , tacito bilem tibi contrahat uxor ,
 Humida suspectis referens ³⁹ multitia rugis ,
 40 Vexatasque comas , et vultum , auremque calentem .
 Protinus ante meum , quicquid dolet , exue limen . 190
 Pone ⁴¹ domum , et servos , et quicquid frangitur illis ,
 Aut perit : ⁴² ingratis ante omnia pone sodales .
 Interea ⁴³ Megalesiaceae spectacula ⁴⁴ mappae ,
 Idaeum solenne colunt , similisque triumpho
 45 Praedo caballorum praetor sedet , ac mihi pace 195
 Immensaे , nimiaeque licet si dicere plebis
 Totam hodie Roman circus capit , et ⁴⁶ fragor aurem
 Percutit , eventum ⁴⁷ viridis quo colligo panni .
 Nam si deficeret , moestam , attonitamque videres 199
 Hanc urbem , veluti ⁴⁸ Cannarum in * pulvere victis

36 Illi propter divitias non im-
 probi , et lascivi , sed hilares ,
 nitidique vocantur . 37 Home-
 rus . 38 Uter eorum praestan-
 tor sit Poëta . 39 Satyr . 2. 66 .
 40 Quas Suetonius vocat *recen-*
tes lasciviae , et peractae libidi-
nis notas , cap . 36 . Calig . et Au-
 gus . 69 . cap . 41 Domesticas
 curas . 42 Mentionem , et que-
 relas de ingratis sodalibus . 43
 Ludorum Circensium instituto-
 rum in honorem magnae matris
 Deum ex Ida advectae . 44 Sus-
 pensae in signum , et praemium
 Circensium committendorum . 45
 Iniquus certaminum judex , qui

palma , praemioque fraudat me-
 ritos , et victores equos , aliis (*)
 bravia non ex aequo adjudicans ,
 vel , qui optimos equos vili pre-
 tio demini eripiebat , et jocatus
 à Paronomasia . 46 Clamor , et
 applausus spectatorum . 47 Pra-
 sinæ factionis aurigæ , cui fac-
 tioni favebant Imperatores . 48
 Tristi clade Cannensi . * Signa-
 te , et ex historia . Namque ven-
 tus , quem Vulturnum Appuli
 vocant , adversus Romanos co-
 ortus , multo pulvere in ipsa ora
 volvendo prospectum ademit .
 Liv . 22 .

(*) Bravium est praemium victoriae in iudicis .

Consulibus : spectent juvenes , quos clamor , et audax

*^o Sponsio , quos cultae decet assedisse puellae,
Nostra bibat *^o vernum contracta cuticula solem,
Effugiatque *¹ togam : jam nunc in balnea *² salva
Fronte licet vadas , quanquam solida hora supersit *^o
Ad sextam : (*) facere hoc non possis quinque diebus
Continuis : quia sunt *³ talis quoque taedia vitae
Magna : (*²) voluptates commendat rarior usus.

49 Utra factio vinceret, Venera, Alba, Rubra, vel Prasina.
50 Pers. Sat. 4. vers. 18. 51 Togatorum curas , ut Martial. 47.
et 51. lib. 10. vel exuat togam
ad insolationem , et balnea. 52
Salvo pudore , etiam hora quin-

ta , cum legitima balnei hora sit
hyeme nona , aestate octava.
Festis vero diebus horam tem-
pestivam balnei , atque coenae
praevenire licebat absque gulae
nota. 53 Otiosae , et volunta-
riae.

(*) Ad lioram meridianam : (Hispan. *a las doce*) nam diem in
duodecim horas Romani dividebant ab ortu Solis ad ejus occasum.

(*²) Ex iis , quae nos delectant , si nimis crebro utamur , minus
voluptatis capiemus.



SATYRA XII.

*Gratulatus Catullo incolumentem ex saevissima maris tempesta-
te, quam obiter depingit, voti reus alaci animo se soluturum
ait: nec tamen hoc facere vulturino haeredipetarum animo, quia
orbos quosque muneribus palpant, ut haeredes inscribantur.*

NAtali, Corvine, die mihi dulcior haec lux,
Qua festus ¹ promissa Deis animalia ² cespes
Expectat: niveam ³ reginae caedimus agnam;
⁴ Par vellus dabitur ⁵ pugnanti Gorgone ⁶ Maura.
Sed procul extensam petulans quatit hostia ⁷ funem ⁵
Tarpejo servata Jovi, frontemque coruscat:
Quippe ferox vitulus (*) templis maturus, et arae,
⁸ Spargendusque mero, quem jam pudet ubera matris
Ducere, qui vexat nascenti robora cornu.
Si res ampla domi, similisque affectibus esset, ¹⁰
Pinguior ⁹ Hispulla traheretur taurus, et ipsa
Mole piger, nec finitima nutritus in herba;
Laeta sed ostendens ¹⁰ Clitumni pascua sanguis
¹¹ Iret, et (*₂) à grandi cervix ferienda ministro,
Ob redditum trepidantis adhuc, horrendaque passi ¹⁵

¹ Votiva pro reditu tuo, et juxta Mauritaniam incoluit. ⁷
salute. ² Ara subita ex vivo Quo ducebatur ad aram Jovis
cespite. ³ Junoni, Deorum Capitolini vitulus, qui coruscans,
reginae. ⁴ Similis agna. ⁵ Palladi, et vibrans frontem ex cornibus
Medusae Gorgonis à γόργῳ, id jam primum enascentibus pru-
est, truculentia dictae, quale rientem feroculus vexat robora.
vero animal Gorgo sit, cuius ob- Cui frons turgida cornibus Pri-
tutu lapidescunt, et cuius gravi, mis, et Venerem, et praelia des-
et pestifero anhelitu occiduntur tinat, ut de hoedo Horat. 3. 13.
homines, vide quae ex Alex. ⁸ In sacris. ⁹ Foemina obesa.
Myndio referat Athenaeus, lib. 5. ¹⁰ Fluv. in agro Falisco, cuius
cap. 20. ⁶ Quae cum furiis so- aquam potam candidos facere
roribus Euriale, et Sthenone Dor- boves, refert Plinius 2. natura-
cadas insulas in mari Atlantico lis histor. ¹⁰ cap. ¹¹ Effueret
sanguis, vel ipse taurus iret.

(*) Tá en edad para ser sacrificado.

(*₂) Ingentem, aut validum, utpote qui ferocem taurum iecu-
rus erat.

Nuper , et (*) incolumem sese mirantis amici.
 Nam praeter pelagi casus , et fulgoris ictum
 " Evasi , densae coelum abscondere tenebrae
 Nube una , subitusque antennas impulit ignis,
 Cum se quisque illo percussum crederet , et mox 20
 Attonitus " nullum conferri posse putaret
 (*₂) Naufragium velis ardentibus: omnia fiunt
 Talia , tam graviter , si quando "⁴ poëtica surgit
 Tempestas : genus ecce aliud discriminis audi,
 Et miserere iterum , quanquam sint caetera sortis 25
 Ejusdem , pars dira quidem , sed cognita multis,
 Et quam votiva testantur fana "⁵ tabella
 Plurima (" pictores quis nescit ab Iside pasci?)
 Accidit et nostro similis fortuna Catullo,
 Cum "⁶ plenus fructu medius foret alveus , et jam 30
 Alternum puppis latus evertentibus undis
 Arboris "⁷ incertae , nullam prudentia "⁸ cani
 Rectoris conferret opem , "⁹ decidere jactu
 Coepit cum ventis , imitatus Castora , qui se
 Eunuchum ipse facit , cupiens evadere damno 35
 Testiculorum : adeo "¹⁰ medicatum intelligit inguen.
 Fundite quae mea sunt dicebat cuncta Catullus ,
 Praecipitare volens etiam pulcherrima , vestem
 Purpuream teneris quoquē "¹¹ Mecoena tibus aptam,

¹² Quod evasit. ¹³ Incen-
 dium jam , non naufragium time-
 ret. ¹⁴ Qualem Poëtae descri-
 bunt: alii legunt Ponica , id est,
 saeva qualis in Euxino. ¹⁵ Pi-
 cture ab iis , qui naufragium eva-
 serant in templo Neptuni , vel
 Isidi suspensa. ¹⁶ Ex tabulis
 pingendis , quas naufragio erepti
 Isidi ex voto consecrant. ¹⁷ Cum
 jam alveus esset semiplenus a-
 quis , Atque daret saltus intra ca-
 ra texta carinae Fluctus. Ovid.
¹⁸ Metam. ¹⁹ Vacilantis , et flu-

ctuantis. ¹⁹ Adeoque periti. ²⁰
 Projectis bonis vitam pacisci ,
 non secus ac fibri , periculo à
 venatoribus imminentे , testes
 sibi mordicus ayulsois projiciunt,
 ob hos se peti gnari. Plin. 8.
²⁰ cap. quod tamen negat idein
 Plin. 32. lib. 2. c. ex auctoritate
 Sextili medici Fibrum geminos
 suos devorare scribit. Solin. 23.
 cap. & Marcellin. lib. 17. ²¹ In
 medicinis utile. ²² Mollibus vi-
 ris , cuiusmodi erat Mecoenas.

(*) Qui stupet , ingens quod evasit , periculum , considerans.
 (*₂) Cum quisque existimatet , quodlibet naufragii genus pre-
 optandum sibi esse navis incendio.

Atque ²³ alias, (*) quarum generosi graminis ipsum 40
 Infecta natura pecus, sed et egregius fons
 Viribus occultis, et Boeticus adjuvat aér.
 Ille nec argentum dubitabat mittere, lances
²⁴ Parthenio factas, urnae cratera capacem,
 Et dignum ²⁵ sitiente Pholo, vel ²⁶ conjugē Fuscī; 45
 Adde et ²⁷ bascaudas, et mille ²⁸ escaria, multum
²⁹ Caelati, ³⁰ biberat quo callidus ³¹ emptor Olynthi.
 Sed quis nunc alias, qua mundi parte, quis audet
 Argento praeferre caput, rebusque salutem?
Non propter vitam faciunt patrimonia quidam, 50
Sed vitio caeci propter patrimonia vivunt.
³² Jactatur rerum utilium pars maxima, sed nec
 Damna levant: tunc adversis urgētibus, illuc
^{* Recidit, ut malum ferro summitteret, ac se}
³³ Explicat angustum, discriminis ultima quando
 Praesidia afferimus, navem factura ³⁴ minorem. 55
I nunc, et (3) ventis animam committe, dolato
Confisus ligno, ³⁵ digitis à morte remotus
Quatuor, aut septem, si sit latissima ³⁶ taeda.
Mox cum ³⁷ reticulis, et pane, et ³⁸ ventre lagena, 60

²³ Veste ex lana Boetica in Hispania, cui nativum rutilum colorem dant gramen. aqua pota, et illius regionis aér. ²⁴ Artifici. ²⁵ Bibaci centauro: (²⁶) σπυφίον τριλάγην πιν' ἐπίχειριν, τὸ πὰ δι πχρίβην φόλος ορέας. Stesichorus, et Diod. 5. ²⁶ Vinosae foeminae. ²⁷ Vasa Britannica. Martial. 14. ²⁹ Barbara de pictis veni Bascauda Britannis. ²⁸ Patinas. ²⁹ Auri, et argenti. ³⁰ Poculo aureo usque adeo delectabatur Philipp s, ut et pulvino suppo-

neret dormiturus. ³¹ Corripit enim auro Lasthenem, ut Olympum proderet. ³² Projicitur in mare. * Alii legunt Decidit, ut constet versus. ³³ Succiso, et ejecto malo. ³⁴ Leviorem, et expeditiorem. ³⁵ Alludit ad il lud quod refert Laertius lib. 1. Tantum (inquit Anacharsis) à morte absunt qui navigant. ³⁶ Tabula ex taeda, vel pinu. ³⁷ Peris ad modum retis textis, in quibus nautae, milites, et viatores panem, et cibaria secum ferunt. Pers. 5. Sat. v. 140. ³⁸ Ven tricosa, ampla lagena.

(*) Ordo est: quarum ipsum natura generosi graminis (la misma calidad del pasto) infecta.

(²⁶) Lat. Scipium valde capacem bibt superfundens, quod ei apposuit Pholos, postquam in illum vinum infudisset.

(³) Fia tu vida de los vientos.

Nam

38 Aspice sumendas in tempestate secures.
 Sed postquam jacuit planum mare , tempora post-
 quam
 Prospera vectoris , fatumque valentius Euro ,
 Et pelago : postquam (*) Parcae ⁴⁰ meliora benigna
 Pensa manu ducunt hilares , et staminis albi 65
 Lanifcae ; modica non multo fortior aura
 Ventus adest , inopi miserabilis arte cucurrit
 41 Vestibus extensis , et, quod superaverat unum,
 Velo prora suo : jam deficientibus Austris ,
 Spes vitae ⁴² cum sole redit : tum gratus Julio , 70
 Atque ⁴³ novercali sedes praelata Lavino
 Conspicitur ⁴⁴ sublimis apex , cui candida nomen
 Scrofa dedit (laetis Phrygibus mirabile ⁴⁵ sumen ,
 Et ⁴⁶ nunquam visis triginta clara mamillis .)
 Tandem intrat positas inclusa per aquora ⁴⁷ moles , 75
 48 Tyrrhenamque ⁴⁹ Pharon , ⁵⁰ porrectaque brachia
 rursus ,
 Quae ⁵¹ pelago occurrunt medio , longeque relinquunt
 Italiam : non sic igitur mirabere portus ,
 52 Quos natura dedit , sed trunca puppe magister
 Interiora petit ⁵³ Bajanae pervia cymbae , 80

39 Vide summas , vel lege , Accipe secures non minoris usus futuras in tempestate ad succidendum malum , quam quae maximi , ut supra vers . 55 . 40 Vitae , et felicitatis stamen trahunt . Alba siquidem stamina vitam , ut nigra mortem , denotant . 73 epig . lib . 4 . Martial . 41 Naturarum vestibus velorum loco extensis . 42 Matutino exoriente , vel discussis nubibus apparente . 43 Lavino , quo novercae Laviniæ cessit Ascanius . 44 Mons Albanus , in quo Ascanius condidit longam Albam à sue alba ibi

inventa ex oraculo . 45 Sus . Sy-
 necdoc . 46 Nunquam ante visis
 in alia sue . 47 Portum Hostiensem magnis molibus à Claudio extructum . Suet . Claud . 21 . c . et Diod . 1 . 60 . 48 In Tyrrheno mari positam . 49 Turrim in portu Hostiensi , quae nocturnis ignibus nautarum cursum dirigeret , ad accumulationem Phari Alexandrinae . 50 Moles porrectas . 51 Protenduntur in altum mare longe à litora Italo . 52 Nativos , quam hunc arte factum . 53 Per quae etiam Bajana cymba - tuto meare possit .

(*) Tres sorores , Herebi , et noctis filiae , Clotho , Lachesis , et Atropos , quae nendo hominum vitam ducere credebantur .

Tuti stagna sinus : gaudent ibi ⁵⁴ vertice raso
 55 Garrula securi narrare pericula nautae.
 Ite igitur, pueri, ⁵⁶ linguis , animisque faventes,
 Sertaque delubris , et ⁵⁷ farra imponite cultris,
 Ac molles ornate focos , ⁵⁸ glebamque virentem: 85
 Jam sequar , et sacro , ⁵⁹ quod praestat, rite peracto
 Inde domum repetam, graciles ubi parva coronas
 Accipiunt fragili ⁶⁰ simulacula nitentia cera.
 Hic ⁶¹ nostrum placabo Jovem, Laribusque paternis
 Thura dabo , atque omnes violae jactabo colores : 90
 Cuncta nitent , longos erexit janua ramos,
 Et matutinis ⁶² operatur festa lucernis.
 63 Nec suspecta tibi sint haec, Corvine: Catullus,
 Pro cuius reditu tot pono altaria , ⁶⁴ parvos
 Treis habet haeredes: ⁶⁵ libet spectare, quis aegram, 95
 Et claudentem oculos gallinam impendat amico
 66 Tam sterili : verum ⁶⁷ haec nimia est impensa , ca-
 turnix
 Nulla unquam pro ⁶⁸ patre cadet : sentire ⁶⁹ calorem
 Si coepit locuples Gallita , et Paccius orbi,

⁵⁴ Suscepto voto, quod fit raso capite ex more reorum absoluторum, ac servorum in libertatem vindicatorum: urgente vero tempestate solebant nautae capillos tondere, quod tamen in pacato mari ominis erat infausti. Petron. *Arbiter.* (*) οἱ πρὸς τοῖς ιπποῖς ἔντυγμα τὰς κεφαλὰς, etc. Lucian. (**) πίπι τῶν πί μιδῷ συνέργω. 55 De quibus garriant. 56 Taciti hoc agite, et bona verba dicite (quod in rebus divinis imperatur.) 57 Molam ex farre , sale aqua. 58 Supra vers. 2. 59 Quod optimum est, vel lege quod restat. 60 La-

res: vide Pers. Sat. 5. v. 31. 61 Familiarem. 62 Rem divinam facit: alii leg. operitur. Lauro enim, et pensilibus lucernis ornari solet janua in festis, et satyricè addit matutinis, ut quae clara luce sunt supervacuae. 63 Neque enim hoc facio captando animo. 64 Filiolos. 65 Expectet aliquis, donec inveniatur alius quispiam. 48. v. sub. qui vel moribundam gallinam vorere, aut sacrificare velit pro eo qui filios tres habet. 66 Tam macræ, parvaeque spei. 67 Gallina. 68 Eo, qui orbus non est, quique liberos habet. 69 Febrim.

(*) Lat. In templis rasis capitibus.

(**) Lat. De his, quae propter praemium eveniunt.

Legitime fixis vestitur tota ⁷⁰ tabellis
Porticus, existunt qui promittant ⁷¹ hecatomben.
Quatenus hic non sunt nec venales ⁷² Elephanti,
Nec Latio, aut usquam nostro sub sidere talis
Bellua concipitur, sed ⁷³ furva gente petita
⁷⁴ Arboribus Rutulis, et Turni pascitur agro
Caesaris ⁷⁵ armentum, nulli servire paratum
Privato: siquidem ⁷⁶ Tyrio parere solebant
Hannibali, et ⁷⁷ nostris ducibus, ⁷⁸ regique Molosso.
⁷⁹ Horum majores et dorso ferre cohortes
Partem aliquam belli, et euntem in praelia turrim.
Nulla igitur mora per ⁸⁰ Novium, mora nulla per His-
trum

100
105
110
115
120

Pacuvium, quin illud ⁸¹ ebur ducatur ad aras,
Et cadat ante lares Gallitae victima sacra
Tantis digna ⁸² Deis, et captatoribus horum.
⁸³ Alter enim, si ⁸⁴ concedas mactare, vovebit
De grege servorum magna, et pulcherrima quaeque
Corpora: vel pueris, et frontibus ancillarum
Imponet ⁸⁵ vittas; et si qua est nubilis illi
⁸⁶ Iphigenia domi, dabit hanc altaribus; etsi
Non sperat ⁸⁷ tragicae furtiva piacula cervae.
⁸⁸ Laudo meum civem, nec comparo ⁸⁹ testamento

⁷⁰ Votivis, fixis ab haeredipetis: vide Sat. 10. v. 55. Non deruerunt, qui depugnatos se armis pro salute aegri, quique capitula sua titulu proposito vorerent. Sueron. Cal. 14. cap. Ab opinione illa veterum, Mortem morte posse redimi, ortae devotiones, et (*) ualecioris. ⁷¹ Sacrificium centum boum. ⁷² Quos immolet. ⁷³ Mauritania, vel India. ⁷⁴ In saltu apud Lavinium in Etruria, cui Turnus quondam imperavit. ⁷⁵ Elephanti. ⁷⁶ Afro & Carthagine, quam condi-

dere duce Didone Tyrii. ⁷⁷ Scipioni socero Pompeji, etc. Apian. 2. de Bello Civili. ⁷⁸ Pyrrho Epirotarum regi, qui primus in Italia Elephantis usus est. ⁷⁹ Elephantorum. ⁸⁰ Haeredipetam. ⁸¹ Elephas. Synecd. ⁸² Divitibus orbis. Iron. vel Laribus. ⁸³ Pacuvius. ⁸⁴ Si lege liceat. ⁸⁵ Quibus victimae ornari sovitae. ⁸⁶ Filia, ut illa Agamemnonis. ⁸⁷ Cervam pro sua filia fore suppositam, quod in tragediis de Iphigenia factum fingunt Poetae. ⁸⁸ Iron. ⁸⁹ Divitiae.

(*) Lat. Expiationes, sacrificia.

90 Mille rates: nam si ⁹¹ Libitinam evaserit aeger,
 Delebit ⁹² tabulas ⁹³ inclusus carcere nassae,
 94 Post meritum sane mirandum, atque omnia soli
 Forsan Pacuvio breviter dabit: ille superbis 123
 Incedet victis ⁹⁵ rivalibus: ergo vides, quam
 Grande operaे pretium faciat jugalata ⁹⁶ Mycenis.
 97 Vivat Pacuvius, queso, vel ⁹⁸ Nestora totum:
 Possideat quantum rapuit ⁹⁹ Nero, montibus aurum
 Exaequets; nec amet quenquam, nec ametur ab ullo. 130

90 Quibus Agamemnon immo-
 laea sua filia ventum redemit.
 91 Mortem. Libitina vero Dea
 funerum est, in cuius aede, quae
 ad funera pertinent, veaneunt.
 92 Prioris testamenti. 93 A ca-
 ptatore irretitus veluti nassa:
 nassa retis genus: *all exp.* in-
 clusus domicilio Nassae medici,
 ut curaretur. Prior sensus mihi
 placet, cui consonat Timon Lu-
 ciani: (*) τοις δ' ἀλλας μάτην πε-
 χυνότας, εἰς ἀλλάς αποβάπτων-
 τας καταλιπών, αλλαὶ ἀγρέας
 τὸ πύθος, οἷος αὐτος σύννος ἐκ
 μυχῷ της σαχάνης διέφυγεν, ὥστε

οὐδίγον τὸ δίκταιρον πάτερι. 94
 Tui, qui filiam immolavisti tuam,
 ut dives convalesceret, atque
 hoc ex opinione veterum, qui-
 bus persunum fuit mortem mor-
 te redimi posse, atque hinc vo-
 ta, et devotiones. 95 Compe-
 titoribus haeredipetis. 96 Filia
 Pacuvii caesa, ut Mycenis Iphi-
 genia, filia regis Mycenarum.
 97 Avari enim diuturnior vita,
 diuturnior miseria: vivat itaque
 precor, in cruciatum sui, et om-
 nium odium. 98 Tres aetates,
 Sat. 10. vers. 250. 99 Qui con-
 tra iura divina, ac humana ra-
 puit opes publicas, ac privatas.
 Vide Suet. Tacitum, Dionem.

(*) Lat. Caeteros autem frustra biantes, id est, appetentes,
 haereditatem se invicem respicientes, relinquens, vero affectos
 dolore, qualis thynnus *piscis* ex abdito sagenae, *retis piscatoriae*
 effugit, non exiguum escam postquam devoravit.



SATYRA XIII.

Calvinum plus nimio dolentem propter decem H.S. ab eo, apud quem deposituerat, sibi negata, consolatus, ostendit non sine divini numinis providentia omnia fieri, quae eadem sceleratos semper puniat malae conscientiae cruciatu, et carnificina.

Exemplo quodcumque malo committitur, ipsi
• Displacet auctori: prima haec est ultio, quod 10
• Judice, nemo nocens absolvitur, improba quamvis
Gracia: fallacis praetoris vicerit + urnam.

Quid sentire putas omnes, Calvine, * recenti
De^s scelere, et fidei violatae criminē? sed nec
Tam tenuis census tibi contigit, ut mediocris
Jacturae te mergat onus: nec rara videmus,
Quae pateris: casus multis hic cognitus, ac jam
(*) Tritus, et⁶ medio Fortunae ductus acervo.

Ponamus nimios gemitus; (*2) flagrantior aequo
Non debet dolor esse⁷ viri, nec vulnere major.

Tu quamvis levium minimam, exiguamque malorum
Particulam vix ferre potes, ⁸ spumantibus ardens
Visceribus, ⁹ sacrum tibi quod non reddat amicus 15
Depositum: ¹⁰ stupet haec, ¹¹ qui jam post terga reliquit
Sexaginta annos Fontejo consule natus?

An nihil in melius tot rerum proficis usu?

1 Facinore, cuius malum exemplum nocet, atque alios pecare docet. 2 Immo vindice. 3 Corrupti, et iniusti judicis. 4 In quam suffragia conjiciebantur, id est, judicium. * Retenti, id est, depositi, abnegati, ac non redditii, legendum autumat Jan. Rutgersus lib. 2. var. lect. c. 17. 5 Ejus, qui tibi non reddit depon-

situm. 6 Non è summis fortunae incommodis. 7 Id est, fortis, praeparati. 8 Irratus, et indignatus animo. 9 Quod se sacramento jurisjurandi obstrinxit redditum. 10 An tu haec (quae vulgo tamen fiunt) scelerata ad stuporem miraris? Enallage personae. 11 Jam sexagesimus.

{*} Muy comun, muy frequente.

{*2} El sentido no ha de exceder los términos de lo justo.

¹² *Magna quidem sacris quae dat praecepta libellis*

Victrix Fortunae a Sapientia. Dicimus autem

20

¹³ *Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitae,*

¹⁴ *Nec jactare jugum vita b di dicere magistra.*

Quae tam festa dies, ¹⁵ ut cesset prodere furem,

Perfidiam, fraudes, atque omni ex criminis lucrum

Quaesitum, et partos ¹⁶ gladio, vel ¹⁷ pyxide nummos?

Rari quippe boni, numero vix sunt totidem, quot

26

¹⁸ *Thebarum portae, vel ¹⁹ divitis ²⁰ ostia Nili.*

Nona aetas agitur, pejoraque saecula ²¹ ferri

Temporibus, ²² quorum sceleri non invenit ipsa

Nomen, et à nullo posuit natura ²³ metallo.

30

Nos hominum, divumque fidem clamore ciemus,

Quanto ²⁴ Fessidium laudat vocalis agentem

²⁵ Sportula. Dic, senior ²⁶ bulla dignissime, nescis

²⁶ Quas habeat Veneres aliena pecunia, nescis

Quem tua simplicitas risum vulgo moveat, cum

35

²⁷ Exigis à quoquam ne pejeret, et putet ullis

Esse aliquod numen templis, araeque ²⁸ rubenti?

Quondam hoc ²⁹ indigenae vivebant ³⁰ more, priusquam

Sumeret agrestem posito ³¹ diademate falcem

³² Saturnus fugiens: tunc cum virguncula juno,

40

Et privatus adhuc ³³ Idaeis Jupiter antris:

¹² a Philosophia moralis docet nonnullos contemnere fortunam.... ¹³ b Alios docet experientia, et vitae usus. ¹⁴ Non reluctari necessitatibus. ¹⁵ Quae non prodat, et deprehendat. ¹⁶ Latrocino. ¹⁷ Veneno in pyxide. ¹⁸ In Boeotia, quae septem habuit portas: vide Sat. 15. vers. 6. ¹⁹ Inundatione Aegyptum fertilem facientis. ²⁰ Quae septem. ²¹ Pejora ferre aetate. ²² Caeteris n. aetatibus Graeci à septem metallis, et electro ex auro, et argento mistis fictitia indidere nomina. ²³ Causidi-

cum patronum suum. ²⁴ Clientes vocales sportula conducti-

²⁵ Puerorum insigni, id est, δ senex puerilis. ²⁶ Quam dulcis sit fraudata pecunia, et ut ait ille, furtivus panis. ²⁷ Nunc dierum. ²⁸ Sanguine, aui igni.

²⁹ Aborigines, antiquissimi populi Italiæ, in eodem loco nativi, quasi (*) ἀνίκθων. ³⁰ Simpliciter. ³¹ Corona regali.

A filio Jove Creta expulsus. ³² Quo Rhea mater illum Nymphe alendum miserat, ne à patre (*) παιδοφάντῳ voraretur, idque ex pacto cum Titane fratre.

(*) Lat. Indigenae, ex αὐτὸς, ipse, et χθὼν, terra.

(*) Lat. Filiorum voratore, ex παιδί, puer, et τρόπτευτος, mestor, quod à τρώγω, voro; unde forsitan originem duxit hispanum trago.

Nulla super nubes convivia coelicularum ,
 Nec puer ³⁴ Iliacus , formosa nec ³⁵ Herculis uxor
 Ad cyathos , et jam ³⁶ siccato nectare tergens
 Brachia Vulcanus Liparaea nigra taberna . 45.
 Prandebat ³⁷ sibi quisque Deus , nec turba Deorum
 Talis , ut est hodie , contentaque sidera paucis
 Numinibus miserum urgebant ³⁸ Atlanta minori .
 Pondere : nondum ³⁹ aliquis sortitus triste profundi .
 Imperium , aut ⁴⁰ Sicula torvus cum ⁴¹ conjugे Pluto . 50
 Nec ⁴² rota , nec furiae , nec ⁴³ saxum , aut ⁴⁴ vulturis
 atri
 Poena ; sed infernis hilares sine regibus umbrae .
 Inprobitas illo fuit admirabilis aevo .
 Credebant hoc grande nefas , et morte piandum ,
 Si juvenis vetulo non assurrexerat , et si . 55
 Barbato cuicunque puer : licet ipse videret
 Plura domi * fraga , et ⁴⁵ majoris glandis aceryos .
 Tam venerabile erat ⁴⁶ praecedere quatuor annis ,
⁴⁷ Primaque par adeo sacrae lanugo senectae .
 Nunc si depositum non inficietur amicus , 60
 Si reddit veterem cum tota ⁴⁸ aerugine ⁴⁹ follem ,
⁵⁰ Prodigiosa fides , et ⁵¹ Thuscis digna libellis ,
 Quaeque coronata lustrari debeat ⁵² agna .

34 Ganymedes. Sat. 5. vers. 56.
 35 Hebe , Jovis , et Junonis filia .
 36 A nectare , et conviviis deo-
 rum ad officinam reversus . 37
 Privatum . 38 Regem Maurita-
 niae , qui in montem versus coe-
 lum sustinere singitur . 39 Nep-
 tunus , cui forte obtigit impe-
 rium maris . 40 Rapta è Sicilia .
 41 Proserpina Cereris filia . 42
 Qua Ixion volvitur . 43 Sisyphi .
 44 Qui jecur Tytii , seu Promethei depascitur . * Hanc lectio-
 nem astruunt , qui haec ad aurea
 illa saecula referunt , in quibus
 Sponte sua natae fruges , et glan-
 des pro divitiis erant . Sylvae na-
 tivae opes , et opaca dederant an-

tra nativas domos . Sen. Hippol.
 Nec tamen inepta est lectio sar-
 ra : credo n. respexisse Poëtam
 ad versum illum Ovid. 5. Metam.
 quo non possederat alter Latius ,
 aut totidem tollebat sarris acer-
 vos . 45 Priscorum censum . 46
 Quatuor annorum aetate supera-
 re alterum . 47 Lanugoque pri-
 ma par sacrae senectac . 48 Pe-
 cunia aeruginosa , ut quae jam
 deposita fuerit . 49 Crumenam
 saccum . 50 Prodigii instar .
 51 Inscribenda Tuscorum aruspici-
 cum libris , vel expianda tanquam
 monstrum ex disciplina Etrusca .
 52 In placulum .

Egregium , sanctumque virum si cerno , ⁵³ bimembri .
Hoc monstrum puero , et * miranti jam sub aratro ⁶⁵
Piscibus inventis , et ⁵⁴ foetae comparo mulae ,
Solicitus tanquam ⁵⁵ lapides effuderit imber ,
Examenque (*) apium longa consederit ⁵⁶ uva
Culmine delubri , tanquam in mare fluxerit amnis
Gurgitibus ⁵⁷ miris , et lactis vortice torrens : ⁷⁰
Intercepta decem quereris sestertia fraude .
Sacrilega : quid si bis centum perdidit alter
Hoc * arcana modo ? majorem tertius illa
Summam , quam patulae vix ceperat angulus arcæ ?
Tam facile , et prouum est , superos contemnere testes , ⁷⁵
Si mortalis idem nemo sciat : aspice quanta
Voce neget , quae sit facti constantia vultus .
Per Solis radios , ^b Tarpejaque fulmina jurat ,
Et Martis ⁵⁸ frameam , et ⁵⁹ Cirrhaei spicula vatis ,
Per ⁶⁰ calamos venatricis , pharetramque puellæ , ⁸⁰
Perque tuum , pater Aegaei Neptune , tridentem :
Addit et Herculeos arcus , hastamque Minervæ ,
Quidquid habent telorum armamentaria coeli .
Si vero et pater est , comedam , inquit , flebile nati
Sinciput elixi , ^a Pharioque madentis aceto . ⁸⁵
Sunt qui in fortunæ jam casibus omnia ponunt ,
Et nullo credunt mundum rectore moveri ,
Natura volente vices et ^c lucis , et anni ,

⁵³ Biformi , et prodigioso par-
tui . * Alli habent mirandis .
⁵⁴ Mulae a. non concipiunt , et
ipsae specie differentes . ⁵⁵ Ac-
si lapidibus pluisset , quod in
prodigiis saepe refert Livius .
⁵⁶ In formam uvae , vel racemi .
^b Tarpejæ . ⁵⁷ Abris , sanguineis ,
lacteis . * Secretæ fidei com-
missa , et deposita . ^b Jovis
Capitolini . ⁵⁸ Lauream , (*)²

ρουφαῖς . Tacit. de German. et
A. Gell. 10. 15. ⁵⁹ Apollinis
qui in Cirrha colitur . ⁶⁰ Dia-
nae sagittas . ^a Aegyptio : ace-
tum vero Aegyptium optimum
esse , ut et Cnidium , Chrysip-
pus affirmat , referente Athenaco
lib. 2. c. 26. Pharos autem insu-
la Aegypti . ^c Dici , anni , tem-
porum , motuum .

(*) Alludit ad illud Virgilii Aeneid. lib. 7. v. 65. Hujus Lauri
apes sumnum densæ (mirabile dictu).... Obsedere apicem , et , pa-
ribus per mutua nexis , Examen subitum ramo frondente pependit .

(*)² Lu. Gladium.

Atque ideo intrepidi quaecunque ⁶³ altaria tangunt.

Est alius metuens, ne crimen poena sequatur. 90

Hic putat esse Deos, et pejerat, atque ita ⁶⁴ secum,
Decernat, quodcunque volet de corpore nostro

Isis, et ⁶⁵ irato feriat mea lumina sisto:

Dummodo vel coecus teneam, quos abngeo, numeros.

Et phthisis, et vomicae putres, et dimidium crus 95.

Sunt tanti? ⁶⁶ pauper locup' tem optare podagram

Nec dubitet ⁶⁶ Ladas, si non eget ⁶⁷ Anticyra, nec

⁶⁸ Archigene: ⁶⁹ quid enim velocis gloria plantae

Praestat, et esuriens ⁷⁰ Pisaeae ramus olivae?

⁷¹ Ut sit magna tamen; certe; lenta ira Deorum est. 100

Si curant igitur cunctos punire nocentes,

Quando ad me venient? sed et exorabile numen

Fortasse experiar; solet ⁷² his ignoscere: multi

Committunt eadem diverso criminis fato.

Ille crucem pretium sceleris tulit; hic diadema. 105

⁷³ Sic animum dirae trepidum formidine culpae

Confirmant. Tunc te ⁷⁴ sacra ad delubra vocantem

Praecedit, trahere ⁷⁵ imo ultro, ac vexare paratus.

Nam cum magna ⁷⁶ malae superest audacia causae,

Creditur à multis fiducia: ⁷⁷ mimum agit ille, 110

Urbani qualem fugitivus scurra Catulli.

⁶³ Aras tangentes veteres conceptis verbis jurabant. ⁶⁴ Cogitat, dicit. ⁶⁵ Pers. Satyr. 5. vers. 186. *Hypallage*, ipsa irata. ⁶⁶ Cursu velox, et expeditus, sed pauper, de quo Pausan. in Corinth. Solin. cap. 6. Catullus ad Camerinum. Epigr. Graec. 4. 1. cap. 2. ⁶⁷ Nisi insanus sit: vel modo tolerabilis sit podagra, quae elleboro nigro non sit curanda. Pers. 4. 16. ⁶⁸ Medico. ⁶⁹ Quo n. mihi in Olympicis palma, si interea famelicus peream? ⁷⁰ Olympicæ. Pisa n.

civitas in Elide, juxta quam Iovis Olympii templum, et certamina quinto quoque anno ineuntem celebrabantur: vide quae ad Senecæ Herc. Fur. v. 810. ⁷¹ Perjurus haec secum. ⁷² Quibusdam. ⁷³ Haec Poëta. ⁷⁴ Exigentem ab eo iusjurandum deposito. ⁷⁵ Te, quasi cunctatem. ⁷⁶ Tanquam bonaे cause, et innocentiae. ⁷⁷ Illa te calumniatur, non secus ac dominum servus ille nequam, quem repreäsentat mimus in fabula mimographi Catulli.

Tu miser exclamas, ut ⁷² Stentora vincere possis,
Vel potius quantum ⁷⁹ Gradivus Homericus, audis
Jupiter, haec? ⁸⁰ nec labra moves, cum mittere vocem
Debueras vel marmoreus, vel aheneus? aut cur ¹¹⁵
In ⁸¹ carbone tuo ⁸² charta pia thura soluta
Ponimus, et sectum vituli jecur, ⁸³ albaque porci
Omenta? ut video, nullum discrimen habendum est
Effigies inter vestras, statuamque ⁸⁴ Batulli.

Accipe quae contra valeat solatia ferre, ¹²⁰
Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit
²⁵ A Cynicis tunica distantia, ²⁶ non Epicurum
Suspicit exigui laetum plantaribus horti.
²⁷ Curentur dubii medicis majoribus aegri,
²⁸ Tu venam vel ²⁹ discipulo committe Philippi.
Si nullum in terris ³⁰ tam detestabile factum
Ostendis, taceo, nec pugnis caedere pectus
Te voto, hec ³¹ plana faciem contundere palma:
Quandoquidem accepto ³² claudenda est janua damno,

78 (g) Ος τοσον αυδίσσαχ^τ ἔσσον αλλοι πινάκισσοντα. Homer.
Hiad. 5. 79 Mars apud Homer.
(h) lib. 5. qui a Diomede vulneratus exclamavit quantum X milia virorum. 80 Nec indignatus buccas inflas. 81 Thuriubilo. 82 Qua thura erant involuta. Jan. Rutgersius 5. lib. var. lect. 5. c. intelligit de et charta, in qua vota obsignata fuerant jam soluta. 83 Pinguia, vel albi porci. Hypall. 84 Citharoedi, cui statuam Sami in templo Junonis erexit Polycrates tyrannus. 85 Cynici duplici pallio, Stoici sim-

plici utebantur: Doctrina erat eadem. 86 Non admiratur Epicurum, qui in voluptate, et tranquillitate sumnum bonum ponit. 87 Gravibus afflicti aerumnis gravem poscent philosophum, qui consoletur, et caret. 88 Tu, cuius damnum levius est, non ita gravi consolatore opus habes. 89 Medico rudiōri. 90 Quam ejus, qui te fecellit. 91 Plangere, et lamentari. 92 Qua claudi solet, ut et fenestrae, in signum luctus, vel quandoquidem lubet addere dolorem damno: vide Adagia Erasmi.

(g) Lat. Qui tantum clamabat, quantum alii quinquaginta. Eundem Stentorem ibidem Homerus χαλκεφόνου αέραν vocem habentem dicit.

(h) Homerī verba sunt: ο δ' ἵβραχε χάλκεος Αἴρεις,
Οὐσον τ' εὐνάχιλοι κωιάχον, ή δινάχιλοι Αἴρεπες. ἐν πολέμῳ.
Lat. Aereus autem Mars vociferabatur, quantum novies mille, aut decies mille viri in bello.

Et majore domus gemitu , majore tumultu 130
 Planguntur nummi , quam funera : nemo dolorem
 Fingit ⁹³ in hoc casu , vestem ⁹⁴ diducere summam.
 Contentus , ⁹⁵ vexare oculos humore coacto:
 Ploratur lacrymis amissa pecunia veris.
 Sed si cuncta vides simili forâ plena querelae, 135
⁹⁶ Si decies lectis diversa in parte tabellis
⁹⁷ Vana supervacui dicunt ⁹⁸ chirographa ligni,
 Arguit ipsorum quos littera , ⁹⁹ gemmaque princeps
 Sardonyches, loculis quae custoditur eburnis:
 Te nunc delicias ¹⁰⁰ extra communia censes 140
 Ponendum , quia tu ¹⁰¹ gallinae filius albae,
 Nos ¹⁰² viles pulli nati infelicibus iôvis.
 Rem pateris modicam , et mediocri bile ferendam ,
 Si flectas oculos majora ad crimina: confer,
 Conductum latronem , ¹⁰³ incendia sulphure copta, 145
 Atque dolo , primos cum janua colligit ignes:
 Confer et ¹⁰⁴ hos, veteris qui tollunt grandia templi
 Pocula ¹⁰⁵ adoranda rubiginis , et populorum
¹⁰⁶ Dona , vel antiquo positas à rege coronas.
¹⁰⁷ Haec ibi si non sunt, minor extat sacrilegus, qui 150
 Radat ¹⁰⁸ inaurati femur Herculis , et faciem ipsam
 Neptuni , qui bracteolam de Castore ducat.
 An dubitet solitus totum confilare ¹⁰⁹ Tonantem?
 Confer et ¹¹⁰ artifices , mercatoremque veneni ;

⁹³ In ammissione bonorum. ⁹⁴ Dilacerare. ⁹⁵ Lachrymis misere terendo oculos vix vi expressis. ⁹⁶ Cum obligatoria instrumenta in tabulis ceratis scripta saepius coram testibus fuerint lecta. ⁹⁷ Debitores dicunt esse adulterina, quae tamen vera esse arguit scriptura , et signa. ⁹⁸ Propria manu scripta ligna, id est, tabellas è ligno ceratas, in quibus scribebant veteres. ⁹⁹ Sigillum in Sardonyche gemma pretiosa. ¹ Extra communem sortem, non vulgarem. ² Tibi wideris supra alios feliciter na-

tus: vel quia felicia omnia dicuntur alba: vel respicit ad gallinam, quam raptam aquila in gremium Liviae demisit: vide Suet. Galbam 1. cap. et Plin. lib. 15. cap. ultimo. ³ Nullius pretii homunculi. ⁴ Sicarium ad occidendum conductum. ⁵ Incendiarios. ⁶ Sacrilegos. ⁷ Religiosae vetustatis. ⁸ Avallata, donaria , diis consecrata. ⁹ Pocula, et coronae. ¹⁰ E statuis auratis: vide Sueron. Collig. 32. ¹¹ Jovis statuam. ¹² Veneficos.

Et

Et ¹³ deducendum corio bovis in mare, cum quo 155
 Clauditur adversis ¹⁴ innoxia simia fatis,
 Haec quota pars scelerum, quae custos ¹⁵ Gallicus ur-
 bis

(*) Usque à Lucifero, donec lux occidat, audit?
 Humani generis mores tibi nosse volenti
 Sufficit ¹⁶ una domus: paucos consume dies, et 160
 Dicere te miserum, postquam illinc veneris, ¹⁷ aude.

Quis ¹⁸ tumidum guttur miratur in Alpibus? aut quis
 In ¹⁹ Meroe crasso majorem infante mamillam?
 Coerula quis stupuit Germani lumina, flavam
 Caesariem madido ²⁰ torquentem cornua cirro? 165
 Nempe quod ²¹ haec illis natura est omnibus una.
 Ad ²² subitas Thracum volucres, ²³ nubemque sonoram
²⁴ Pygmaeus paryis currit bellator in armis:
 Mox impar hosti, raptusque per aera curvis
 Unguibus à saeva fertur grue: si videas hoc 170
 Gentibus in nostris, risu quatire: sed illic,
 Quanquam eadem assidue spectentur praelia, ridet
 Nemo, ubi tota cohors pede non est altior uno.
²⁵ Nullane perjuri capit is, fraudisque nefandae
 Poena erit? ²⁶ abreptum crede hunc graviore catena 175
 Protinus, et nostro (quid plus velit ira?) necari
 Arbitrio: ²⁷ manet illa tamen jactura, nec unquam

¹³ Parricidam culeo deducen-
 dum. Sat. 8. v. 214. ¹⁴ In so-
 ciam poemam destinata, cum i-
 psa non occiderit parentem. ¹⁵
 Gallus Rutilius sub Domitiano
 praefectus urbi. ¹⁶ Illius Ruti-
 lii. ¹⁷ Si potes. ¹⁸ Quis ea,
 quae vulgo accident, et quae
 quotidiana, atque è loci quasi
 natura sunt, miranda putet? Ro-
 mae videre omnes scelere pro-
 fligatos non magis mirum est,
 quam in Alpibus omnes strumo-
 sos (à vitio aquae, quam ibi po-
 tant. Plin. cap. 37. l. 11.) quam
 mammosas in Meroe Aegypti

civitate mulieres, quam Pyg-
 maeos omnes esse breves, bella
 gruibus inferre, etc. Plin. lib. 7.
 cap. 2. Solin. cap. 15. ¹⁹ Sat. 6.
 vers. 527. ²⁰ Cincinnos in for-
 man cornuum obliquantem. Ta-
 cit. de Germanis. ²¹ Ut haec
 illis à natura, et more: ita no-
 bis Romanis sclera. ²² Grues
 à Strymone fluvio Thraciae ex-
 improviso advenas. ²³ Cum
 clangore instar nubis gregatim
 volantes grues. ²⁴ Sat. 6. 505.
²⁵ Object. ²⁶ Resp. Ad suppli-
 cium. ²⁷ Object. è persona Cal-
 vini.

(*) Desde el amanecer, hasta el obscurecer.

De-

Depositum tibi sospes erit: ²⁸ sed corpore truncō
Invidiosa dabit minimus solatia sanguis.

At vindicta bonum vita jucundius ipsa.

²⁹ Nempe hoc indocti, quorum praecordia nullis
Interdum, aut levibus videoas flagrantia causis;

Quantulacunque adeo est occasio, sufficit irae.

³⁰ Chrysippus non dicet idem, nec ³¹ mite Thaletis
Ingenium, dulcique ³² senex vicinus Hymetto,

Qui partem acceptae saeva inter vincla cicutae

³³ Accusatori nolle dare: plurima felix

Paulatim vitia, atque errores exuit omnes

Prima docens rectum ³⁴ sapientia: quippe minuti

Semper, et infirmi est animi, exiguae voluptas

*Ulio: continuo * sic collige, quod vindicta*

Nemo magis gaudet quam foemina. Cur tamen hoc tu

Evasisse putas, quos diri conscientia facti

Mens habet attonitos, et ³⁵ surdo verbere caedit,

Occultum quatiente animo tortore flagellum?

Poena autem vehemens, ac multo saevior illis,

Quas et ³⁶ Caeditius gravis invenit, aut ³⁷ Rhadamanthus,

Nocte, dieque suum gestare in pectore ³⁸ testem.

²⁸ Quod si membra jactura, vel sanguine fuso ipsum poenas
luisse vidisse, sat haberem.

²⁹ Resp. Poeta, indoctos quidem, et stultos imbecilles irae esse, ac vindictae cupidos; doctos, et sapientes non ita.

³⁰ Philosophus Stoicorum acutissimus. ³¹ Ipse Thales, unus e septem sapientibus Graeciae.

³² Socrates, qui sub falso crimine, quasi de Diis male sentiret, capitis damnatus datum a ministro publico cicutam intrepidus hauvit. ³³ Anyto, Melito, Poetae, vel Lyconi oratori. ³⁴ Philosophia moralis. * Sic argue, con-

clude. Foeminae maxime graudent vindicta: sed foeminæ sunt infirmi animi: Ergo etc. (*) Οὐλοὶ δὲ ἴνγενοι φύκος ἐξὶ ναυάρια, ναὶ τάροι, οἱς ναὶ λιχετῶν τὰν ἐπιτηδεύματων εἰθυναρισθαί: ἀρρένες δὲ απάλγα, ναὶ ἀρτῆν, οὐδὲν ἐγερόμενα, ναὶ πωνύματα. Philo Judaeus, de sacrificio Abelis. ³⁵ Tacito, non auditio. ³⁶ Iudex sub Vitellio severus. ³⁷ Unus è judicibus apud inferos, Jovis ex Europa filius. ³⁸ Conscientiam carnificem.

(*) Lat. Foeminae partus animae est malum, et passio, quibus secundum unumquodque studiorum nostrorum effoeminatur: viri autem est aquanimitas, et virtus, quibus erigimur, et confirmamur.

39 Spartano cuidam respondit Pythia vates,
 Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret 200
 Depositum retinere, et fraudem * jure tueri
 * Jurando : quaerebat enim quae numinis esset
 Mens, et an hoc illi facinus suaderet Apollo.
 40 Reddidit ergo metu, non moribus, et tamen omnem
 41 Vocem adyti dignam templo, veramque probavit,
 Extinctus tota pariter cum prole, domoque, 206
 Et quamvis longa deductis gente propinquis.
 Has patitur poenas peccandi sola voluntas.
Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum,
 Facti crimen habet, ⁴² cedo, si conata peregit? 210
 Perpetua anxietas, nec mensae tempore cessat,
 Faucibus ut morbo siccis, interque molares
 Difficili crescente cibo: sed vina misellus
 Expuit, ⁴³ Albani veteris pretiosa senectus
 Displacet, ⁴⁴ ostendas melius, densissima ruga 215
 Cogitur in frontem, velut acri ducta Falerno.
 Nocte brevem si forte indulsit cura soporem,
 Et toto versata toro jam membra quiescunt,
 Continuo ⁴⁵ templum, et violati numinis aras,
 Et, quod praecipuis mentem sudoribus urget, 220
 Te videt in somnis: tua sacra, et ⁴⁶ major imago
 Humana turbat pavidum, cogitque ⁴⁷ fateri.
 Hi sunt qui trepidant, et ⁴⁸ ad omnia fulgura pallent,
 Cum tonat, exanimis primo quoque murmure coeli,
 Non ⁴⁹ quasi fortuitu, nec ⁵⁰ ventorum rabie, sed 225

39 Glauco: vide hanc historiam sum Albanum vinum. 44 Si of-
 apud Herodotum, l. 6. * *Tmesis*. Jurejurando. 40 Filiis Mile- feras melius, etiam dulcissima,
 sii, qui deposuerant. 41 Vatis ex et optima vina illi acria sunt,
 adyto, id est, loco templi inti- atque ingrata, neque, mente ae-
 mo, inaccesso, ab (*) a, et dūa: gra, palato sapiunt, aut stoma-
 responsum expertus est verum cho arrident. 45 Templum in
 ipse cum universa sua familia quo pejéravit urget illum in som-
 paulo post extinctus. 42 Quod nis. 46 Major effigie humana,
 si voluntas puniatur, quanto ma- et augustior, quales solent ap-
 gis qui velle in actum produxe- parere umbrae. 47 Scelusuum.
 rit? 43 Vetustum, et pretio- 48 Ut Caligula. 49 Ex Epicuri
 opinione. 50 Ex vulgi opinione.

(*) a, non, vel sine; dūa, duo, quasi locus sine duobus.

Iratus cadat in terras , et vindicet ignis.
¹ Illa nihil nocuit , cura graviore timetur
 Proxima tempestas , velut hoc dilata sereno.
 Praeterea ⁵² (*) lateris ⁵³ vigili cum febre dolorem
 Si coepere pati , missum ad sua corpora morbum 230
 Infesto credunt à numine , saxa Deorum
 Haec , et tela putant : ⁵⁴ pecudem spondere sacello
 Balantem , et laribus ⁵⁵ cristam promittere galli
 Non audent : quid enim sperare nocentibus aegris
 Concessum? ⁵⁶ vel quae non dignior hostia vitae? 235
 Mobilis , et varia est ferme natura malorum,
⁵⁷ Cum scelus admittunt , superest constantia : quid fas,
 Atque nefas , tandem incipiunt sentire peractis
 Criminibus : tamen ad mores natura recurrit
 Damnatos , fixa , et mutari nescia. Nam quis 240
 Peccandi finem posuit sibi ? quando recepit
 Ejectum semel attrita de fronte ruborem?
 Quisquam hominum est , quem tu contentum videris
 uno
 Flagitio? ⁵⁸ dabit in laqueum vestigia noster
 Perfidus , et nigri patietur carceris ⁵⁹ uncum, 245
 Aut ⁶⁰ maris Aegaei rupem , scopulosque frequentes
 Exulibus ⁶¹ magnis : poena gaudebis amara
 Nominis invisi: tandemque fatebere laetus,
 Nec surdum , nec ⁶² Tiresiam quenquam esse Deorum.

51 Quod si viderit primam tem-
 pestatem nihil illi nocuisse. 52
 Pleuritida , 53 Cujus calor som-
 num adimit. 54 Pro sanitate re-
 recuperanda vovere ovem , vel
 agnum. 55 Gallum , quem et Aes-
 culapio solvit qui convaluit. 56
 Vel quaenam pecus non est dig-
 nior vita , quam scelestus? 57
 Ante scelus perpetratum abun-
 de confidentes , post timidissi-
 mi , et sibi sceleris male con-
 sci resipiscere volunt: non ta-

men possunt ipsi ad vitia proni-
 dulcedine jam , et consuetudine
 praepediti , atque abjecto pudo-
 re in virtus confirmati. Nullum
 autem vitium desinit ubi incipit.
 Seneca. 58 Alio de crimine da-
 bit brevi in catenas pedes suos ,
 qui te perfide decepit. 59 Sat.
 10. 66. 60 In exilio aliquam in-
 sulam in mari Aegaeo , hoc est ,
 Archipelago. 61 Nobilibus. 62
 Nec coecum , ut fuit Tiresias.
Metamorph. Ov'd. 3.

(*) Dolor lateris es el que nosotros decimos dolor de costado.

SATYRA XIV.

Parentes reprehendit, qui, minus pie, ac caste coram liberis viventes, malis exemplis, et prava institutione iis auctiores sunt aleae, gulæ, crudelitatis, libidinis, luxus in qeditoitis extruendis, superstitionis, et portentosae avaritiae.

Plurima sunt, Fuscine, et fama digna sinistra,
 * Et nitidis maculam, ac rugam figentia rebus,
 Quae monstrant ipsi pueris, traduntque parentes.
 Si damnosa senem juvat alea, ludit et haeres
 Bullatus, parvoque eadem movet² arma³ fritillo.
 Nec de se⁴ melius cuiquam sperare propinquo
 Concedit juvenis, qui radere tubera terrae,
 Boletum condire, et eodem⁵ jure natantes
 Mergere⁶ ficedulas didicit nebulone parente,
 Et⁷ cana monstrante gula: cum⁸ septimus annus 10
 Transierit puero, nondum omni dente renato,
 Barbatos licet admoveas mille inde magistros,
 Hinc totidem, cupiet lauto coenare paratu
 Semper, et⁹ a magna non degenerare culina.
¹⁰ b Mitem animum, et mores¹¹ modicis erroribus
 aequos 15
 Praecipit, atque animos servorum, et corpora nostra
 Materia constare putat, paribusque elementis?
 An c saevire docet Rutilus, qui gaudet acerbo

* Quae etiam res praeclaras turpitudine inquinant. 1 Filius adhuc puer bullam, ex praetextam gestans. Pers. Sat. 5. v. 31.
 2 Talos, aleas, et caetera ludi instrumenta. 3 Vasculo oblongo, è quo mittebantur tesserae, vel tali in tabulam: vide quae ad Martial. epigr. 14. lib. 4. 4. 6 Aves, quod fucus edant, di-

ctas. 7 Cano patre guloso. 8 Puer in his deliciis enutritus ad septimum aeratis annum, quo dentes renascuntur. 9 Non desfettere à paterno luxit ad victum frugaliorem. 10 Pater crudelis, dum in servos flagellis saevit, b clementiam queso, an c crudelitatem praecipit filio? proculdubio crudelitatem. 11 Paucissimis vitiis corruptos.

Plagarum strepitu, et ¹² nuliam (*) Sirena flagellis
Comparat ¹³ Antiphates trepidilaris, ac ¹⁴ (^{*2}) Poly-
phemus?

20

Tum felix, quoties aliquis tortore vocato
Uritur ardenti duo propter ¹⁵ lintea ferro.
Quid suadet juveni laetus stridore catenae,
(*) Quem mire afficiant ¹⁶ inscripta ¹⁷ ergastula, carcer
Rusticus? expectas ut non sit adultera ¹⁸ Largae ²⁵
Filia, quae nunquam maternos dicere moechos
Tam cito, nec tanto poterit contexere cursu,
Ut non ter decies ¹⁹ respiret? (*4) conscientia matri
Virgo fuit: ²⁰ ceras nunc ²¹ hac dictante pusillas ²⁹
Implet, et ad moechum dat ²² eisdem ferre ²³ cinaedis.
Sic natura jubet, *velocius*, et *citius nos*
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, ²⁴ magnis
Cum subeant animos auctoribus: unus et alter
Forsitan ²⁵ haec spernant juvenes, quibus arte benigna,
Et ²⁶ meliore luto fixit praecordia Titan: ³⁵
Sed reliquos ²⁷ fugienda patrum vestigia ducunt,
Et monstrata diu veteris trahit orbita culpae.
Abstineas igitur ²⁸ damnis, hujus etenim vel

¹² Nullius Sirenis cantum ac que auditu jucundum putat, ac flagellarum sonum. ¹³ Domus suae carnifex, Antiphate Lestrigonum rege non mitior. ¹⁴ Cy clopum immanissimum. ¹⁵ Furto subducta, *vel* amissa. ¹⁶ Cauterio inusti servi. ¹⁷ Sat. 8. 180. ¹⁸ Adulterae, sic Sat. 6. v. 240. ¹⁹ Ita multi sunt, ut numerari nequeant uno spiritu, immo sine crebra respiratione. ²⁰ Tabellas ad moechum. ²¹ Macro suo exemplo præmonstrante, *vel*

simpliciter dictante. ²² Quibus mater dederat. ²³ Ministris turibus. ²⁴ Parentibus, et majoribus. ²⁵ Declinet parentum virtus. ²⁶ Prometheus Titanis nepos, qui homines e luto formasse fingitur, (*5) οὐ προπύθειν ἵνασι, ναι τὸ πλῆθειον. Callimach. id est, quibus Deus ingenium dedit ad virtutem promis. ²⁷ Prava exempla. ²⁸ Sceleribus, quae te, et filios perdent.

(*) *Aicina accusativus Graecus à recto S. ren.* Erant autem Sirenes tres sorores, filiae Acheloi fluminis, et Calliope Nymphæ, quae juxta Pelorum promontorium cantus dulcedine nautas sopiant, demergebant, et devorabant.

(^{*2}) *Duos hic Ulyssis socios vivos devoravit Aen. 3.*

(^{*3}) *A qui en agradan sobremanera los esclavos marcados con hierro.*

(^{*4}) *Complice de la madre.*

(^{*5}) *Lai. Si te Prometheus finxit, et ex luto factus es.*

Una

Una potens ratio est , ne crimina nostra sequantur
 Ex nobis geniti , quoniam dociles imitandis 40
Turpibus , ac pravis omnes sumus ; et ²⁹ Catilinam
 Quocunque in populo videas , quocunque sub axe:
 Sed nec ³⁰ Brutus erit , Bruti nec avunculus usquam.
Nil dictu foedum , visuque , haec limina tangat ,
Intra quae puer est: procul hinc , procul inde ³¹ puellae 45
Lenonum , et cantus pernoctantis parasiti.
Maximi debetur pueru reverentia : si quid
Turpe paras , nec tu pueri contempseris annos;
 (*) Sed ³² peccaturo obsistat tibi filius infans.
 Nam , si quid dignum censoris fecerit ³³ ira , 50
(Quandoquidem similem tibi se non corpore tantum ,
*Nec vultu dederit , morum quoque filius) et cum
 Ompia deterius tua per vestigia peccet ,*
³⁴ Corripies nimirum , et castigabis ³⁵ acerbo
Clamore; ac post haec ³⁶ tabulas mutare parabis. 55
³⁷ Unde tibi frontem , libertatemque parentis ,
Cum facias pejora senex ? vacuumque cerebro
³⁸ Jampridem caput hoc ventosa cucurbita quaerat?
³⁹ (*) Hospite venturo cessabit nemo tuorum:
⁴⁰ Verre pavimentum , nitidas ostende columnas: 60
⁴¹ Arida cum tota descendat aranea tela:
Hic ⁴² lavet argentum , vasa ⁴³ aspera tergeat alter:
Vox domini fremit instantis , virgamque tenentis.

²⁹ Malos , et patriam everttere
conatos , qualis fuit Catilina.
³⁰ Boni , et patriae assertores ,
qualis erat M. Brutus , et Cato
Uticensis frater Serviliae matris
Bruti. 31 Meretrices , et para-
siti in alea , vino , et lascivis
cantibus pernoctantes. 32 Ne
pecces in illius malum exemplum.
³³ Nota Censoris. ³⁴ Iiron. ³⁵ Acri increpatione. ³⁶ Tabulas
 testamenti mutare , et eum ex-
 haeredare. ³⁷ Supple sumes?
³⁸ Et tibi quasi phrenetico adhi-
 benda est , occipito inciso , cu-
 curbita. ³⁹ Ut hospitem exci-
 piyas , domum nitidam esse cu-
 ras , cur non et sanctam? ⁴⁰
Uxor tua fremit: Verre pavimen-
tum , etc. 41 Aridis gaudens.
⁴² Alii legunt: *Laeve argentum.*
⁴³ Caelata , et signis insculpta.

(*) Contengate , quando hayas de pecar , la presencia de tu hi-
 jo infante.
 (**) Quando esperas algun huésped , ninguno de tu casa está
 ocioso.

Ergo miser trepidas , ne stercore foeda canino
 Atria displiceant oculis venientis amici ,
 Ne perfusa luto sit porticus , et tamen uno
 (*) Semodio scobis haec emendat servulus unus :
 Illud non agitas , ut sanctam filius omni
 Aspiciat sine labo domum , vitioque carentem ?
 Gratum est , ^{**} quod patriae civem , populoque dedisti ,
 Si facis , ut patriae sit idoneus , utilis agris ,
 Utilis , et bellorum , et pacis rebus agendis.
 Plurimum enim intererit , quibus aribus , et quibus hunc
 tu

* Moribus instituas : b serpente Ciconia pullos
 Nutrit , et inventa per devia rura lacerta :
⁴⁵ Illi eadem sumptis quaerunt animalia pennis.
 Vultur , ⁴⁶ jumento , et canibus , crucibusque relictis ,
 Ad foetus properat , partemque cadaveris affert:
 Hinc est ergo cibus magni quoque vulturis , et se
 Pascentis , propria cum jam facit arbore nidos .
 c Sed leporem , aut capream ⁴⁷ famulae Jovis , et ⁴⁸ ge-
 nerosae

In saltu venantur aves , tunc praeda cubili
 Ponitur : inde autem , cum se matura levabit
 Progenies , stimulante fame , festinat ad illam ,
 Quam primum ⁴⁹ rupto praedam gustaverit ovo .
 Aedificator erat Centronius , et modo ⁵⁰ curvo

⁴⁴ Quod filium generis . * b ter hic . Atque hinc , ubi adole-
Malisne , exemplo Ciconiae , et
*Vulturis , an * c bonis , exem-*
pli Aquilae , et accipitrum . 45
Pulli jam pennati . 46 A cada-
veribus jumenti , canum , aut fu-
rum in cruce pendentium praed-
am refert vultur ad pullos ,
quem in excelsissimis rupibus ni-
dificare scribit Plinius lib . 10 .
cap . 6 . non in arboribus , ut nos-
ter illi vultures , assueto illo ,
et quo prius alebantur cibo , ves-
cuntur . 47 Aquilae Jovis armi-
gerae , altivolae . 48 Accipitres .
49 Ovo exclusa , et tenella pro-
genies . 50 Portu in sinu Baja-
no , potius à curvo , quod Laco-
nes Cajetam vocant , quam ab
Aeneae nutrice dicto . Virgil .
Aeneid . 7 . Gajetta .

(*) Dimidio modio ramentorum è ligno , quod serra secatur ,
 decidentium ; quae ramenta hispanice dicuntur *Serrin*.

Litore Cajetae , summa nunc ⁵¹ Tiburis arce,
Nunc ⁵² Praenestinis in moribus , alta parabat
Culmina villarum , Graecis ⁵³ longeque petitis
Marmoribus viacens ⁵⁴ Fortunae , atque ⁵⁵ Herculis ae-
dem ;

Ut spado vincebat Capitolia nostra ⁵⁶ Posides ,
Dum sic ergo ⁵⁷ habitat Centronius , imminuit rem :
⁵⁸ Fregit opes , nec parva tamen mensura relicta
Partis erat , totam hanc ⁵⁹ turbavit filius amens ,
Dum meliore novas attolit marmore villas.

Quidam sortiti ⁶⁰ metuentem ⁶¹ sabbata patrem ,
⁶² Nil praeter nubes , et coeli ⁶³ numen adorant :
Nec distare putant humana carne ⁶⁴ suillam ,
Qua pater abstinuit , mox et ⁶⁵ praeputia ponunt :
Romanas autem soliti contemnere leges ,
Judaicum ediscunt , et servant , ac metuunt , jus ,
Tradidit arcano quodcumque volumine ⁶⁶ Moses :
⁶⁷ Non monstrare vias , eadem nisi sacra colenti :
Quaesitum ad fontem solos deducere ⁶⁸ verpos .

⁵¹ Urbis editae , utpote in monte sitae , in Sabinis ad lapidem ab urbe xvi. *Trivoli*. ⁵² Sat. 3. v. 190. ⁵³ Ex Aegypto , Numidia , etc. ⁵⁴ Praeneste , vel Romae. ⁵⁵ Tibure , vel etiam Romae. ⁵⁶ Claudii Caesaris eumuchus , et libertus , qui balnea extruxit magnifica in litora Baiano. ⁵⁷ Extruxit aedificia , quae habitet. ⁵⁸ Absumpsis , dilapidavit. ⁵⁹ Superstitiose colentem. *Ethnica*. ⁶⁰ Septimum quemque diem , qui Judaeis *sabbatum* , cessatio , est. ⁶¹ Quippe inter precandum coelum suspicentes unum tantum Deum agnoscunt Judaei , mente sola unumque numen intelligunt , etc. *Tac. 5. hist. Nubila de laquearibus expectatis*, etc. Tertull. in *Apologetico* , et hinc praeter *Judeos* jactatus Socrates ab Aristophane in nubibus. ⁶² Alii *Lumen* legunt ; sed vide notam praecedentem. ⁶³ Qua abstinent *Judei* ex instituto veteri , (*) ὅτι δίκαιοι πιν. ἐμπρόνεαται ἢ οὐ δολεψε, ναι βεβαπέδησ. Philo *Judaeus* , lib. de *Agric*. Vide *Satyr. 6. v. 161*. ⁶⁴ Circunduntur. ⁶⁵ Propheta ex sacra pagina notus. ⁶⁶ Non nisi eamdem professis religionem prae stare officium , viam , vel fontem monstrandi , seu aliud quodvis. ⁶⁷ Circumcisos *Judeos* ob reumatam verpam , ab ἐπτων lumbrico : vide *J. C. Scal. 1. 1. de causis Linguae Latinae. 28*.

(*) Lat. Quoniam ungulam scissam habet: non ruminat autem sus sordidus , atque coeno volutatus.

(*) Sed pater in causa , (*₂) cui septima quaeque fuit lux
Ignava , et partem vitae non attigit ullam. 106

Sponte tamen juvenes imitantur caetera , solam
Inviti quoque avaritiam exercere ⁶⁸ jubentur.

*Fallit enim ⁶⁹ vitium (*₃) specie ⁷⁰ virtutis , et umbra ,*
Cum sit triste habitu , vultuque , et veste severum. 110

Nec dubie tanquam frugi laudatur avarus ,

Tanquam parcus homo , et rerum tutela suarum

Certa magis , quam si fortunas servet easdem

⁷¹ Hesperidum serpens , aut ⁷² Ponticus : adde quod
hunc de 114

Quo loquor , egregium populus putat , atque verendum

Artificem : quippe his crescent patrimonia * fabris;

Sed crescent quocunque modo , majoraque fiunt

* Incude assidua , semperque ardente * camino:

Et pater ergo ⁷³ animi felicis credit avaros ,

Qui mirantur opes , ⁷⁴ qui nulla exempla beati 120
Pauperis esse putant ; juvenes hortantur , (*₄) ut illam

Ire viam pergent , et eidem incumbere sectae.

Sunt quaedam vitiorum elementa , his protinus illos

Imbuit , et cogit ⁷⁵ minimas ediscere sordes :

Mox acquirendi docet insatiabile votum. 125

Servorum ventres ⁷⁶ modico castigat iniquo

Ipse quoque esuriens : neque enim omnia sustinet unquam

68 A parentibus instituuntur.

69 Avaritia , vel generaliter omne vitium. 70 Frugalitatis.

71 Pervigil draco custos aureorum

malorum in horto Hesperidum

filiarum Atlantis. 72 Draco apud

Colchos in Ponto aurei velleris

& Phryxo suspensi custos. * Me-

taphor à fabilli arte. 73 Sup-

esse , vel , animi felices . 74 C-

nismus. 74 Qui neininem pau-

perem judicant beatum. 75 Tri-

parcae hujus , et sordidae avari-

tiae principia , et praecepta vide

à Theophrasto expressa in cha-

racteribus Ethicis , πεπι μηρο-

νιας , et πεπι βδελυφιας. 76

Cibi demensi. * 75) φιδωνιώ με-

τρω. Theoph. πεπι βδελυφιας.

(*) Haec ideo n. i. i. iunc , quod patribus etiam Judaeis , idem-

que facientibus nati sunt.

(*₂) Qui in Sabbato ab omni opere cessabat.

(*₃) Con causa de iriud.

(*₄) Que sigan aquella senda.

(*₅) Lat. Ávara mensura.

Mucida ⁷⁷ coerulei panis consumere frusta,
 Hesternum solitus medio servare ⁷⁸ minutal
⁷⁹ Septembri , nec non differre in tempora coenae 130
 Alterius ⁸⁰ concham , aestivi cum parte ⁸¹ lacerti
⁸² Signatum , vel dimidio , putrique siluro ,
 Filaque sectivi numerata includere porri.
 Invitatus ad haec aliquis ⁸³ de ponte (*) negabit.
 Sed quo divitias haec per tormenta coactas , 135
⁸⁴ Cum furor baud dubius , cum sit manifesta pbrenesis? (*₂)
 Interea pleno cum turget sacculus ore ,
 Crescit amor nummi , quantum ipsa pecunia crescit ,
 Et minus hanc optat , qui non habet : ergo paratur
 Altera villa tibi , cum rus non sufficit unum: 140
 Et proferre libet fines : majorque videtur ,
 Et melior vicina seges ; mercaris , et hanc , et
 Arbusta , et densa montem qui canet ⁸⁵ oliva:
 Quorum si pretio dominus non vincitur ullo ,
 Nocte boves macri , lassoque famelica collo 145
 Armenta ad virides hujus mittuntur aristas :
 Nec prius inde domum , quam tota ⁸⁶ novalia saevos
 In ventres abeant , (*₃) ut credas falcibus actum.
 Dicere vix possis , quam multi talia plorent ,
 Et quot venales ⁸⁶ injuria fecerit agros! 150
⁸⁷ Sed qui sermones ? quae foedae buccina famae?
⁸⁸ Quid nocet hoc ? inquit , ⁸⁶ tunicam mihi malo lu-
 pini ,
 Quam si me toto laudet vicinia pago ,
⁸⁹ Exigu ruris paucissima farra secantem.

77 E mucore. 78 Cibum è va-
 riis minutatim concisis. 79 Quo
 mense obsonia citissimè corrumpuntur. 80 Satyr. 3. vers. 293.
 81 Pisciculi. 82 Signo apposito
 ad fraudes servorum cavendas.
 83 Mendicus, Sat. 4. vers. 116.
 84 Oleis flore candidis. 85 No-

valis segetes , et fructus depas-
 cantur macri , lassique boves.
 86 Potentum , qui coëgere pau-
 peres vendere agros. * Objectio.
 87 Siliquam lupini leguminis.
 Populus me sibilat , ut mihi plau-
 do. Horat. 88 Parvae messis do-
 minum.

(*) No aceptará el convite.

(*₂) Atli addunt: Ut locuples moriaris , egenti vivere fato?

(*₃) De manera , que parezca que las han segado.

(*₄) Y qué daño me puede hacer á mi el qué dirán?

89 Scilicet et morbis , et debilitate carebis, 155
 Et luctum , et curam effugies , et tempora vitae
 Longa tibi post haec fato meliore dabuntur,
 Si tantum culti solus possederis agri ,
 Quantum sub 90 Tatio populus Romanus arabat.
 Mox etiam fractis aetate, ac 91 Punica passis 160
 Praelia, vel Pyrrhum immanem, gladiosque 92 Molossos,
 Tandem pro multis vix jugera bina dabantur
 Vulneribus , merces ea sanguinis , atque laboris:
 Nullis visa unquam meritis minor , aut 93 ingratae
 Curta fides patriae : saturabat 94 glebula talis 165
 Patrem ipsum , turbamque casae , qua foeta jacebat
 Uxor , et infantes ludebant quatuor , 95 unus
 96 Vernula, tres 97 domini : sed magnis fratribus horum
 98 A scrobe , vel sulco redeuntibus altera coena
 Amplior , et grandes fumabant * pultibus ollae. 170
 Nunc modus hic 99 agri nostro non sufficit horto.
 Inde fere scelerum causae , nec plura venena
 Miscuit , aut ferro grassatur saepius ullum
 Humanae mentis vitium , quam saeva cupido
 1 Indomiti census : Nam dives qui fieri vult , 175
 Et cito vult fieri. Sed quae reverentia legum ?
 Quis metus , aut pudor est unquam properantis avaris
 Vivite contenti casulis , et collibus istis,
 O pueri , 2 Marsus dicebat , et Hernicus olim ,
 Vestinusque senex , panem quaeramus aratro. 180
 Qui satis est mensis ; laudant hoc 3 numina ruris,

89 Haec Poëta cum irrisione.
 90 Duce Sabinorum in urbis
 partem à Romulo accepto. 91
 Adversus Carthaginenses in Si-
 cilia , Italia , Africa. 92 Epi-
 torum regem : Molossia a pars
 Epiri est. 93 Neque ingrata,
 aut parca nimis videbatur patria,
 quae tam bene meritis tantulum
 rependeret mercedem. 94 Duo-
 rum jugerum. Plin. 18. lib. 2. c.
 95 E quibus unus , etc. 96 Ex
 serva natus. 97 Filii familias in-
 genue nati. 98 Fodiendo , vel

arando. * Fiebat puls ex aequis
 partibus farinae , frumenti , et
 fabarum , aut hordei. Alex. ab
 Alexand. cap. 11. lib. 3. Pulte
 autem, nou pane , vixerunt longo
 tempore Romani. Plin. lib. 18.
 cap. 8. Valer. Max. lib. 2. cap. 5.
 99 Priscorum fundi, id est, duorum
 jugerum. 1 Insatibilis, infiniti.
 2 Italiae populi. 3 Liber , et al-
 ma Ceres , vestro si munere tellus
 Chaoniam pingui glandem muta-
 vit arista.

Quorum ope , et auxilio gratae post munus aristae
 Contingunt hominis veteris fastidia quercus.
 Nil + vetitum fecisse volet , quem non pudet alto
 Per glaciem perone tegi , qui ⁹ summovet Euros 185
 Pellibus inversis : peregrina , ignotaque nobis
Ad scelus , atque nefas , quodcunque est , purpura dicit.
 Haec illi veteres praecepta minoribus : at nunc
 Post finem autumni media de nocte supinum
 Clamosus juvenem pater excitat : ¹⁰ accipe ceras. 190
 Scribe , puer , vigila , causas age , perlege ¹¹ rubras
 Majorum leges , aut ¹² vitem posce ¹³ (*) libello.
 Sed caput ¹⁴ intactum buxo , naresque pilosas
 Annotet , et grandes miretur ¹⁵ Laelius alas.
 Dirue Maurorum ¹⁶ attegias , castella ¹⁷ Brigantum , 195
¹⁸ Ut locupletem aquilam tibi sexagesimus annus
 Afferat : aut longos castrorum ferre labores
 Si piget , et trepido ¹⁹ solvunt tibi cornua ventrem
 Cum lituis audita ; pares quod vendere possis
²⁰ ²⁰ Pluris dimidio , nec te fastidia mercis
 Ullius subeant ablegandae ²¹ Tiberim ultra:
 Nec credas ponendum aliquid discriminis inter
 Unguenta , et corium : ²² lucri bonus odor ex re

4 Nihil admittet sceleris contra naturae , et patriae leges , qui parvo contentus secundum naturam vivit. 5 Ventorum frigus depellit. 6 Tabellas cereas .
 7 Pers. Sat. 5. v. 90. 8 Centurionis munus , qui vitem gestabat , qua milites puniret. Livius , lib. 57. Plutarch. in Galba L. El. Plin. lib. 14. cap. 1. etc. Sat. 8. v. 247. 9 Libello supplice. 10 Pectine è buxo intactum , i. e. implexum , ut incultus etiam strenuus appareas. 11 Imperator. 12 Mapalia. 13 Britannorum in septentrionali parte Albionis insulae. 14 Ut sexagenarius , et emeritus signiferi munere , seu

opibus honoreris: vide Martialis epigr. 58. lib. 6. f. 15 Musculi n. qui retrimenti meatus claudunt , animae per timorem intro fugiente calore , et virtute destituti laxant vineula. Aristot. probl. et Maerob. Sat. 7. c. 11. quo aureo imbre conspersum , ac reprehensum introducit Dionysium Aristophanes in *βατράχ.* (*2) 16 Dimidio pluris quam stetit. 17 Trans Tiberim n. foetida opera , et sulphurata , et excoriaciones exercebantur : vide quae ad Martial. epigr. 42. lib. 1. b. 18 Respicit ad notum illud Vespasiani de vectigali è lotio. Sueton. Vespas. cap. 23.

(*) Memorial. (*2) βατραχομυκής , ranarum pugna.

Qualibet : illa tuo sententia semper in ore
Versetur diis, atque ipso Jove digna, ¹⁹ Poëtae: ²⁰⁵
Unde habeas, quaerit nemo; sed oraret habere.
Hoc monstrant vetulae ²⁰ *pueris poscentibus assem:*
Hoc discunt omnes ante alpha, et beta puellae.
 Talibus instantem monitis quemcunque parentem
 Sic possum affari : dic, ô vanissime , quis te ²¹⁰
²¹ Festinare jubet ? meliorem ²² praesto ²³ magistro
 Discipulum : securus abi , vinceris , ut Ajax
 Praeteriit ²⁴ Telamonem , ut ²⁴ (*) Pelea vicit Achilles.
 Parcendum est teneris : ²⁵ nondum implevere medullas
 Nativae mala nequitiae : cum pectere barbam ²¹⁵
 Cooperit , et longi mucronem admittere ²⁶ cultri,
 Falsus erit testis , vendet perjuria summa
 Exigua , Cereris ²⁷ tangens aramque , pedemque :
²⁸ Flatam jam crede nurum, si limina vestra
²⁹ Mortifera cum dote subit : ³⁰ quibus illa premetur
 Per somnum digitis ? nam quae terraque , marique ²²⁰
 Acquirenda putas , * brevior via conferet illi.
³¹ Nullus enim magni sceleris labor : ³² haec ego nunquam
 Mandavi , dices olim , nec talia suasi.
³³ Mentis causa malae tamen est , et origo penes te. ²²⁵
 Nam quisquis magni census praecepit amorem ,
 Et ³³ laevo monitu pueros producit avaros,

¹⁹ Ennii, ab Euripidis Bellero-
 phone sumpta; qui tamen hoc
 ironice dixit. ²⁰ Parvulis. Sat.
 3. 1. 3. ²¹ Ante annos avaritiae
 filium inquinare. ²² Praestabo.
²³ Te patre qui docuisti.
²⁴ Ut illi patres suos for-
 titudine, ita te filius tuus ava-
 ritia , nequitia , et omni scelere
 superabit. ²⁵ Vitia patria non-
 dum firmam aetatem nacta sunt.
²⁶ Novaculae ad barbam raden-
 dam, id est, ubi adoleverit. ²⁷
 Jurantibus aram tangere mos e-

rat. ²⁸ Proculdubio uxorem
 suam filius tuus veneno perem-
 ptam ad fumum efficeret. ²⁹ Quan-
 ta sit illi exitii causa. ³⁰ Aco-
 nito insectus , quibus si mulie-
 ris genitilia tractentur, praesen-
 tanea mos est : hoc Calpurnio
 Bestiae objicit M. Cecilius. *
 Neque enim res ardua est per-
 petrare scelus aliquod magnum:
 praecipit ad scelus via. ³¹
 Excusat pater. ³² Respondet
 Poëta. ³³ Iniquo , in honesto.

(*) Pelea est accusativus Græcus, à recto Peleus.

Et qui per fraudes patrimonia conduplicare
 Dat libertatem , totas effudit habenas
 Curriculo : quem si revoces , subsistere nescit, 230
 Et te contempto rapitur , metisque relictis.
Nemo satis credit tantum delinquere , quantum
Permittas : ³⁴ adeo indulgent sibi latius ipsi.
 Cum dicis juveni ³⁵ stultum , qui donet amico,
 Qui paupertatem levet , attollatque , propinquis 235
 Et spoliare doces , et ³⁶ circumscribere , et omni
 Crimine divitias acquirere , ³⁷ quarum amor in te est,
 Quantus erat patriae Deciorum in pectore , quantum
 Dilexit Thebas , ³⁸ si Graecia vera , ³⁹ Menoeceus,
⁴⁰ In quarum sulcis legiones dentibus anguis 240
 Cum clypeis nascentur , et horrida bella capessunt
 Continuo , tanquam tubicem surrexerit una.
 Ergo ⁴¹ ignem , cuius scintillas ipse dedisti ,
 Flagrantem late , et rapientem cuncta videbis. 244
 Nec tibi parcerut misero , ⁴² trepidumque magistrum
 In cavea magno fremitu leo tollet alumnus.
 Nota Mathematicis ⁴³ genesis tua; (⁴²) sed ⁴⁴ grave tardas
 Expectare ⁴⁵ colos , morieris ⁴⁶ stamine nondum
 Abrupto ; jam nunc obstas , et vota moraris ,
 Jam torquet juvenem longa , et ⁴⁷ cervina senectus. 250

³⁴ Etiam ultra patris praecepta
 peccandi licentiam sibi arrogabunt. ³⁵ Eum esse stultum , qui
 donet amico. ³⁶ Fraude excipere. ³⁷ Quas divitias tuamas ,
 quantum Decii pater , et filius
 patrum , qui se pro legionibus
 Roman. devoverunt. Sat. 8. v.
 258. ³⁸ Sat. 10. v. 174. ³⁹ Qui
 oraculi monitu edocitus Thebas
 non capi posse , si se devoveret ,
 gladio se transfixit. Papin. 10.
 lib. Thebaidos , et Philostratus
 l. Icon. I. (*) λόγιον γάρ τι ἐ^τ
 Τιθοίας λέγει , etc. 40 Hanc

de Cadmo fabulam vide in *Metamorph. Ovid.* 2. lib. ⁴¹ Avariae flammam. ⁴² Filius te patrem tollet , ut leo magistrum suum Domitianus tempore. Mart. lib. Spectaculorum, 10. epigram.
⁴³ Aetatis tuae longitudo ex horoscopo nativitatis tuae inquiratur a filio. *Patrios inquiret in annos Filius.* Ovid. ⁴⁴ Grave erit filio tuo expectare fatum tuum.
⁴⁵ Parcarum. ⁴⁶ Naturalis vitae modo. ⁴⁷ Longaeva , ut cervi ,
 filio nimis longa visa.

(*) Lat. Hoc enim Divinum responsum id est , hoc oraculum , Tiresias dat. (⁴²) At molestum erit filio tuo exspectare , donec morbo , aut senectute moriaris ; ideoque te veneno occidet.

Ocyus ⁴⁸ Archigonem quaere , atque eme ⁴⁹ quod Mi-
thridates

Composuit : si vis ⁵⁰ aliam decerpere sicum,
Atque ⁵¹ alias tractare rosas , medicamen habendum est,
Sorbere ante cibum quod debeat, aut ⁵² pater, aut ⁵³ rex,
Monstro voluptatem egregiam , cui nulla ⁵⁴ theatra,
Nulla aequare queas praetoris ⁵⁵ pulpita lauti: 256

(*) Si spectas quanto capitisi discriminis constant
Incrementa domus , aerata multus in arca
Fiscus , et ⁵⁶ ad vigilem ponendi Castora nummi,
⁵⁶ Ex quo Mars ultor galeam quoque perdidit , et res
Non potuit servare suas ; ergo ⁵⁷ omnia Florae, 261
Et ⁵⁸ Cereris licet , et ⁵⁹ Cybeles ⁶⁰ aulaea relinquas ;
⁶¹ Tanto maiores humana negotia ludi.

An magis oblectant animum jactata ⁶² petauro
Corpora? ⁶³ quique solent rectum descendere funem, 265
Quam tu , ⁶⁴ Corycia semper qui puppe moraris,
Atque habitas Coro semper tollendus , et Austro

48 Medicum. 49 Antidotum. 50 Alium
Sat. 6. ultima linea. 50 Alium
videre autumnum. 51 Aliud videre ver, id est, in aliud au-
tumn vivere. 52 Qui malos ha-
bet filios. 53 Qui malos ha-
bet subditos. 54 Ludos scenicos.
55 Ad templum Castoris, ex mo-
re divitium , qui thesauros in
templis deponere soliti erant,
quasi jam securi de iis, quae
Deorum tutelae credidissent. (2)
Ἐθος γὰρ τοῖς πατέραις ταχύπον-
τα εἰν τοῖς ἱεροῖς ταχινίων. Thucy-
cididis scholiastes. 56 Ex quo
in templo Martis compilatae fue-
runt arcae, ipsiusque Dei galea
furto surrepta : vide Mart. epi-
gram. 72. lib. 6. et Anthologiae,
lib. 2. cap. 25. de Eutychida. 57
Floralia. Pers. Sat. 5. 178. 58
Ludos Cereales, vide Ang. Po-
litiani miscell. c. 85. 59 Mega-
lesia. 60 Sat. 6. v. 69. 61 Haec
avarorum hominum negotia, et
immodici labores ad augendam
omni modo rem, in tantum su-
perant omnia ludorum genera.
62 Rota, vel circulo ligneo, per
quem saltando se jactabant Pe-
tauristae. Manilius l. 3. ibique Sca-
lig. 63 (*) Funambuli. 64 E
Cilicia. Corycus autem promon-
torium, seu mons Ciliciæ, in
quo antrum Corycaeum, ubi o-
ptimum nascitur crocum. Est et
nomen promontorii Crete.

(*) Si consideras quanto riesgo de perder la vida cuestan los acre-
centamientos de las casas.

(2) Lat. Mos enim antiquis erat, divitias in templis reponen-
te: Hispan. depositar.

(3) Volatines.

Perditus, * ac villis sacci mercator ⁶⁵ olentis?
 Qui gaudes pingui antiquae de litore Cretae
⁶⁶ Passum, et ⁶⁷ (*) municipes Jovis advexitse lagenas?
⁶⁸ Hic tamen ancipiti fingens vestigia planta ²⁷¹
 Victum illa mercede parat, ⁶⁹ brumamque, famemque
 Illa reste cavet: tu propter mille talenta,
 Et centum villas temerarius: aspice portus,
 Et plenum magnis trabibus mare: ⁷⁰ plus hominum est
 jam ²⁷⁵

In pelago: veniet clasis, quocumque vocarit
 Spes lucri, nec ⁷¹ Carpathium, ⁷² Getulaque tantum
 Aequora transiliet, sed, longe ⁷³ Calpe relicta,
 Audiet Herculeo ⁷⁴ stridentem gurgite solem.
 Grande operae pretium est, ut tenso ⁷⁵ folle reverti ²⁸⁰
 Inde domum possis, tumidaque superbus aluta.
⁷⁶ Oceani monstra, et ⁷⁷ juvenes vidiisse marinos.
Non unus mentes agitat furor: ⁷⁸ ille ⁷⁹ sororis
 In manibus vultu ⁸⁰ Eumenidum terretur, et ⁸¹ igni:
⁸² Hic ove percuesso mugire Agamemnona credit, ²⁸⁵

* Alii legant à Siculis. 65 O-
 lentis mercem aliquam foetidam.
 66 Liquorem ex uvis ad solem
 passis. *Columella* 32. l. c. 39. 67
 Vinum Cretere in lagenis. Ju-
 piter enim in Creta natus est,
 ita Sat. 4. v. 33. siluros appella-
 vit *Crispini municipes*. 68 Fu-
 nambuli tamen, et petauristae
 hos subeunt labores. et pe-
 ricula, quo sibi ad vitam ne-
 cessaria acquirant: tu, ut immo-
 dica, et superflua, tanto iis in-
 saniores, et dementior. 69 Fri-
 gus brumae. 70 Plures navigant
 jam, quam terram colunt. 71 Ex-
 tremum maris mediterranei, à
 Carpatho insula denominatum.
 72 Lybica. 73 Altera ex Her-
 culis columnis in Hispania sita,
 Gibraltari. Altera in Africa sita,

Abyla: hoc est, Nautae, qui
 longe post se reliquerunt Her-
 culis columnas, audient in mari
 Atlantico. etc. 74 Quem Posi-
 donius Philosophus, atque è Poë-
 tis nonnulli fixerunt occiden-
 tem in aequore stridere, uti can-
 dens ferrum in aqua. 75 Sac-
 culo è corio nummis pleno. 76
 Monstra natantia. Horat. 1. lib.
 Od. 3. cetæ, balaenæ. 77 Tri-
 tonas, et Sirenas. 78 Orestes,
 ut est apud Euripidem. 79 E-
 lectrae. 80 Furiarum, quas ubi
 Orestes pacasset, nominavit Eu-
 meides à benevolentia. Sophoc.
 in Oedipode in Colono. 81 Fa-
 cibus. 82 Ajax apud Sophoc.
 mente captus duos boves pro
 Agamemnone, et Ulysse flagellat.

(*) *Paisanas de Jupiter.*

Aut

Aut Ithacum: ⁸³ parcat tunicis licet, atque lacernis,
⁸⁴ Curatoris eget, qui navem mercibus implet
 Ad summum latus, et ⁸⁵ tabula distinguitur unda,
 Cum sit causa mali tanti, et discriminis hujus
⁸⁶ Concisum argentum in titulos, faciesque minutas. 290
 Occurrunt nubes, et fulgura: solvite funem,
⁸⁷ Frumenti dominus clamat, piperisque coemptor;
 Nil color hic coeli, nil ⁸⁸ fascia nigra minatur,
⁸⁹ Aestivum tonat: infelix ac forsitan ipsa
 Nocte cadet fractis trabibus, fluctuque premetur 295
 Obrutus, et ⁹⁰ zonam laeva, morsuque tenebit.
 Sed cuius votis modo non sufficerat aurum,
 Quod ⁹¹ Tagus, et rutila volvit ⁹² Pactolus arena,
 Frigida ⁹³ sufficient velantes inguina panni,
 Exiguusque cibus: mersa rate naufragus assem 300
 Dum rogat, et ⁹⁴ picta se tempestate tuetur.
Tantis parta malis, cura majore, metuque
Servantur: misera est magni custodia census.
 Dispositis praedives ⁹⁵ hamis vigilare cohortem
 Servorum noctu ⁹⁶ Licinus jubet, atronitus pro 305
⁹⁷ Electro, ⁹⁸ signisque suis, Phrygiaque columna,
 Atque ⁹⁹ ebore, et ¹ lata testudine: ² dolia nudi
 Non ardent: Cynici: si fregeris, altera fiet

83 Etsi non laceret vestes mo-
 re furiosorum mercator. 84 Ta-
 men insanus est, hominibus ve-
 ro nequam, et male sanis inter-
 dici bonus solebat, curatore da-
 to. 85 Satyr. 12. vers. 58. 86
 Nummi titulis, et imaginibus
 principum signati. 87 Mercator.
 88 Atrae nubis circulus. 89 Bre-
 vis temporis est hoc tonitru,
 quale aestivum solet è calore.
 90 Cingulum, in quo nummi re-
 conditi, laeva manu, vel ore te-
 nebit mordicus, dum dextra di-
 rigit tabulam, cui innititur. 91
 Auriferi fluvii in Lusitania....
 92... et Lydia. 93 Post naufra-
 gium. 94 Sat. 12. v. 28. et Pers.
 Satyr. 1. v. 82. 95 Uncis ferreis.
 Turneb. 19. 23. vase aquaria in-

telligit in promptu ad extinguen-
 da incendia, ab hama, cum ha-
 mus penultimam habeat longam,
 ἄμας ναι σηάρας, etc. Piu-
 tarch. de animalium industria,
 et Plin. Jun. 1. ep. 10. L. nam sa-
 luem, parag. ut curam II. de
 offic. Praef. vigilum. Ut curam
 adhibeant omnes inquilinos ad-
 monere, ne negligentia aliqua
 incendiī casus oriatur; prae-
 trea ut aquam unusquisque in coe-
 naculo habeat, jubetur admone-
 re. 96 Dives. Sat. 2. Pers. 97
 Poculis ex electro. 98 Status.
 99 Sat. 11. v. 123. 1 Badem Sa-
 tyr. v. 93. 2 Dolia fictilia. Plin.
 31. 1. 12. c. 3 Diogenis, et alio-
 rum Cynicorum.

Cras

Cras domus, aut eadem + plumbo commissa manebit.

Sensit Alexander, testa cum vidi in illa 310

⁵ Magnum habitatorem, quanto ⁶ felicior hic, qui

Nil cuperet, quam qui ⁷ totum sibi posceret orbem,

Passurus gestis aquanda pericula rebus.

⁸ Nullum numen abes, si sit prudentia ⁹ sed te

Nos facimus, Fortuna, deam: mensura tamen quae 315

Sufficiat census, si quis me consulat, edam.

In quantum sitis, atque fames, et frigida poscent,

Quantum, ¹⁰ Epicure, tibi parvis suffici in horris,

Quantum ¹¹ Socratici ceperunt ¹² ante penates.

Nunquam aliud natura, aliud sapientia dicit.

320

¹² Acribus exemplis videor te claudere: misce

Ergo aliquid ¹³ nostris de moribus, effice ¹⁴ summam

Bis septem ordinibus quam lex dignatur Othonis:

Hoc quoque si ¹⁵ rugam trahit, extenditque labellum,

Sume ¹⁶ duos equites, fac tertia quadringenta: 325

Si nondum implevi gremium: si panditur ultra:

Nec Croesi fortuna unquam, nec Persica regna

Sufficient animo, nec divitiae ¹⁷ Narcissi,

Indulsit Caesar cui Claudius omnia, ¹⁸ cuius

Paruit imperiis uxorem occidere jussus.

330

⁴ Per ferruminationem, aut
plumbationem, μελβων: er-
rat ergo fictilis. ⁵ Diogenem
affectibus majorem. ⁶ Alludit
ad illud: Alexander nisi esset,
Diogenes esse velim. ⁷ Imo plu-
res, Sat. 10. v. 168. ⁸ Eadem,
Sat. 10. v. 358. ⁹ Qui hortum
colebs oleo, polenta, et aqua
contentus, cum ipso Jove de fe-
licitate contenderit. ¹⁰ Fruga-
lis Socratis domus. ¹¹ Ante E-
picurum. ¹² Si te intra horum
frugalitatis terminos coangus-
tem. ¹³ Liberius indulge op-

bus accumulandis, et velificare
divitiis, quod nos hodie faci-
mus. ¹⁴ Sat. 3. v. 154. ¹⁵ Non
tibi arridear, sed te cogat. ¹⁶
Duorum equitum census octin-
genta H. S. (*) ¹⁷ Liberti
Claudii ditissimi. Sueton. Claud.
28. c. ¹⁸ Neque enim Claudius
Messalinam uxorem quae nupsit
Silio, Sat. 10. v. 330. interfecis-
set, nisi properasset index, de-
latorque adulterii, et quodam
modo imperator caedis Narcis-
sus. Tac. Annal. 18.

(*) De sestertiis consule annotationes in Cornelium Nepotem à
me in Hispanum sermonem versum, et Matriti editum anno 1775.

SATYRA XV.

Aegyptiorum superstitionem ridet: mox crudelitatem eorum exeratus narrat, quam avide quidam ex Aegyptiis hostem caput discepserint, crudumque voraverint.

Quis nescit, Volusi Bithynice, * qualia demens
Aegyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars haec: illa pavet saturam serpentibus. Ibin:
Effigies ³ sacri nitet aurea ³ Cercopitheci,
+ Dimidio magicae resonant ubi Memnone chordae, ⁵
Atque ⁵ vetus Thebae centum jacet obruta portis.
Ilic ⁶ coeruleos, hic piscem fluminis, illic

* (*) Σέβσοι μέντοι προπόδιας, οὐρας, αἰλαύρος, λύκος: πλευρά, ιβίδας ναι ἵππων: ιχθύων, etc. Philo Jud. lib. de decalogo, rationem vide apud Lucian. (**2) περιάτρολογιας. (*3) τὸν ἀπινὴν Μίμησι, etc. τὸν τράχον: τὸν Μενδητή, τὸν προπόδιουν τὸν τὸν Μύρρας λίμνην. Diod. Sic. 1. I. (*4) Οι μύρραι καλλιτῆς, etc. (*5) ζυδου δὲ γνήσιτες τὸν θεόν, οὐ τιθνίδες οὐτειν, οὐ ιβες, οὐ τράχοις, οὐ άλεπος. Lucian. Εινοες, et Pomp. Mela, 1. 1 Superstitione venerantur: vide Diod. Sic. 1. I. 2 Avem Ciconiae similes, quae angues, et locustas vorat, atque hinc Aegyptiis numinis loco est. Plin. 28. cap. 10. lib. 3 Simiae caudatae, sacrae, et pro Deo ha-
bitae. 4 Ubi dimidia pars Colossi saxci Memnonis (altera pars motu terrae corruerat) solidis Orientis radiis icta sonum vocalem citharae edebat, magica (ut creditum) arte. (*6) ἀνθοστιτὸν θαυματεῖν τὸν Μεμνονακ ὑκκέντα πρόσφρον οὐτατὸν οὐλισ. Luc. (*7) φιλοψιων. et idem in τόξῳ. Pausan. in Atticis. Philostyrax in Iconibus. Plin. 36. 1. 7. c. Strab. 17. I. 5 A Busiride condita in Aegypto, (*8) εὐαλέωποι: vide et Sat. 13. 17. 6 Pisces maris coerulei, vel lege Eluros, qui sunt à felium genere (*9) προτας ἀσπιδας θανατοις και σοσισιοι. Diod. Sic. 2. I. et Herodot. lib. 2. et supra ex Luciano, et Philone.

(*) Lat. Colunt quidam crocodilos, canes, feles, lupos, aves, ibides, accipitres: piscum, etc.

(**) Lat. De Astrologia.

(**3) Lat. Apim in Memphis, etc. Hircum in Mendeti, Crocodilum in Maeotidi palude.

(**4) Lat. Populi pulchri.

(**5) Lat. Intus autem erat, quem quaeasieris Deum, simia, ibis, hircus, feles. (**6) Lat. Imagines

(**) Lat. Audiunt mirum illum Memnonem sonantem ad placenterem solem. (**8) Lat. Centum portarum.

(**) Lat. Ad aspides mortem morsu inferentes apti.

Oppida tota ⁷ canem venerantur , nemo ⁸ Dianam:
⁹ Porrum , et cepe nefas violare , ac frangere morsu.
 O sanctas gentes , quibus haec nascuntur in hortis ¹⁰
 Numina ! ¹¹ lanatis animalibus abstinet omnis
 Mensa : nefas illic ¹² foetum jugulare capellae.
 Carnibus humanis vesci licet : attonito cum
 Tale super coenam facinus narraret Ulysses
¹³ Alcinoo ; bilem , aut risum fortasse ¹⁴ quibusdam ¹⁵
 Moverat , ut mendax ¹⁴ aretalogus : ¹⁵ in mare nemo
 Hunc abicit , saeva dignum , ¹⁶ veraque Charybdi,
 Fingentem ¹⁷ immanes Laestrygonas , et Cyclopas ?
 Nam ¹⁸ citius Scyllam , vel ¹⁹ concurrentia saxa
 Cyanes , ²⁰ plenos et tempestatibus utres
 Crediderim , aut tenui ²¹ percussum verbere Circes ,
 Et cum remigibus grunisse Elpenora porcis.
²² Tam vani capitisi populum Phaeaca putavit ?
 Sic aliquis merito nondum ebrius , et minimum qui
 De ²³ Corcyrae temetum deduxerat urna : ²⁵

7 Anubin. Sat. 6. 533. 8 Quae
 tamen canum , et venationis prae-
 ses est : in urbe tamen Bubasti
 coli eam tradit Herodot. 2. lib.
 9 Quod crescendi , et minuendi
 vices habeat Lunae contrarias ;
 et alias abstinentiae , et conse-
 crationis fructuum rationes , vi-
 de apud Diod. Sic. 1. l. 10 Ovi-
 bus. 11 Haedum. 12 Regi Phaea-
 ciae , id est , Corcyrae , apud quem
 labores suos narrantem facit U-
 lyssem Homerus Odyss. 7. 8. 9.
 13 E Phaeacibus accumbentibus.
 14 Placentia narrans , ab ἀπτοῖς ,
 gratus , et (*) λιγω , et Turn. 10.
 12. Casaubonus tamen ad Suetoni-
 ii August. cap. 74. aretalogos
 exponit , parasitos Philosophos ,
 ei quos Seneca epist. 29. voca-
 vit circulatores Philosophos , qui
 in conviviis lautorum , quae fre-
 quentabant , de virtutibus , et
 vitiis disceperabant , qualem An-

tidoti refert Athenaeus lib. 6.
 c. 9. vid. etiam quae Jos. Scalig.
 ad Auson. lib. 2. c. 5. 15 Qua-
 si dicat Phaeacum quispiam in-
 dignatus Ulyssem. 16 Non qua-
 lem iste fingit , voragine naves
 absorbente , sed vera immergen-
 dum. 17 Formis in Italia , et
 in Sicilia esse , qui carnibus hu-
 manis vescuntur. 18 Citius haec
 crediderim , quam esse (*2) ἀν-
 θριποφάγος. 19 Scopulos sub
 Thracio Bosphoro , qui non mul-
 tum à se invicem distantes na-
 vigantibus concurrere videntur
 dicuntur et Symplegades. 20
 Ventos in utre inclusos , Ulyssi
 ab Aeolo datos. 21 Elpenorum
 cum aliis remigibus Circes virga-
 tactura , in porcos , et alias pecu-
 des mutatos. 22 Tam nullius ce-
 rebri , crassique ingenii esse nos ?
 23 Vinum Corcyrae insulae Phaea-
 cum in mari Jonio Corfu.

(*) Lat. dico. (*2) Lat. Hominum devoratores.

Solus enim hoc Ithacus²⁴ nullo sub teste canebar.

Nos miranda quidem, sed nuper consule * Junio,
Gesta super²⁵ calidae referemus moenia²⁶ Copti;
Nos vulgi scelus, et cunctis graviora²⁷ cothurnis:
Nam scelus²⁸ à Pyrrha, quanquam omnia²⁹ syrmata vol-

vas,

30

Nullus apud tragicos populus facit: accipe nostro
Dira quod exemplum feritas produxerit aevο.
Inter finitimos vetus, atque antiqua simultas,
Immortale odium, et nunquam sanabile vulnus
Ardet adhuc, ³⁰ Ombos, et ³¹ Tentyra: summus utrim-
que

35

Inde furor vulgo, quod numina vicinorum
Odit uterque locus, quum solos credat habendos
Esse Deos, quos ipse colit: sed tempore festo
³² Alterius populi rapienda³³ occasio cunctis
Visa³⁴ inimicorum primoribus, ac ducibus, ne
³⁵ Laetum, hilaremque diem, ne magnae gaudia coenae
Sentiret positis ad templa, et compita mensis,
³⁶ Pervigilique thoro, quem nocte, ac luce jacentem
Septimus interea sol invenit: horrida sane
³⁷ Aegyptus! sed luxuria, quantum ipse notavi,
Barbara famoso non cedit turba³⁸ Canopo.
Adde, quod et facilis victoria de³⁹ madidis, et
Blaesis, atque mero titubantibus: inde virorum
Saltatus⁴⁰ nigro tibicine, qualiacunque
Unguenta, et flores, multaeque in fronte coronaes: 50

²⁴ Ut qui solus enataverit.
* Junio Sabino, qui Cos. cum
Domitiano A. V. 8. 6. *Synecepho-
nesis.* ²⁵ Quae Tropico subja-
cet. ²⁶ Communis Arabum, et
Aegyptiorum emporii. ²⁷ Tra-
goediis cothurnatis. ²⁸ A dilu-
vio. ²⁹ Tragoedias, Sat. 8. 229.
³⁰ Immortale odium ardet inter
finitimas Aegypti urbes *Ombos*
(sic enim malo lege cum Or-
telio) cuius urbis incolae croco-
dilum colunt, et.... ³¹.... Tenty-
ra civitatem Aegypti, ubi cro-

codilus interficitur, accipiter co-
litur. ³² Omborum. ³³ Aggre-
diendi, et deprehendendi. ³⁴
Tentyritarum. ³⁵ Festum. ³⁶
Septem dierum, ac noctium epu-
lis, ac vigilis celebrato. ³⁷
Haec pars Aegypti, in qua ego
sum, vel, in qua Ombos, et
Tentyra sita sunt. ³⁸ Nequissi-
mae civitati, in qua Serapidis tem-
plum: vide Sat. 1. v. 26. ³⁹ De
Ombi incolis ebriis. ⁴⁰ Arabi,
Aethiopi.

Hinc

41 Hinc jejunum odium ; sed jurgia prima sonare
 Incipiunt animis ardentibus : 42 haec tuba rixae,
 Dehinc clamore pari concurritur , et vice teli
 Saevit nuda manus : paucae sine vulnere malae,
 Vix cuiquam , aut nulli toto certamine nasus 55
 Integer : aspiceres jam cuncta per agmina vultus
 Dimidios , * alias facies , et hiantia ruptis
 Ossa genis , plenos oculorum sanguine pugnos.
 Ludere se credunt ipsi tamen , et pueriles
 Exercere acies , ⁴³ quod nulla cadavera calcent. 60
 Et sane ⁴⁴ quo tot rixantis millia turbae,
 Si vivunt omnes ? ergo acrior impetus , et jam
 Saxa inclinatis per humum quaesita lacertis
 Incipiunt torquere , ⁴⁵ domestica seditione
 Tela : nec ⁴⁶ hunc lapidem , qualis ⁴⁷ et Turnus , ⁴⁸ et
 Ajax , 65
 Et quo ⁴⁹ Tydides percussit pondere coxam
 Aeneae ; sed quem valeant emittere dextrae,
 Illis dissimiles , et nostro tempore natae.
 50 Nam genus hoc vivo jam decrescebat Homero.
Terra malos homines nunc educat , atque pusillos. 70
 Ergo Deus quicunque aspexit , ⁵¹ ridet , et odit.
⁵² A diverticulo repetatur fabula : postquam
 Subsidiis aucti , ⁵³ pars altera promere ferrum

41 A Tentyritis. 42 Jurgia
 pro tubis sunt , quae animos ut-
 trinque acuant. * Facies trun-
 catas , cruento , et vulneribus ita
 immutatas , ut non agnoscas eas
 deinde esse. 43 Quandiu nemini
 nent imperfectum perspiciunt. 44
 Quorsum vero haec pugna sine
 caede. 45 Seditiosis ad manum.
Tamque facies , et saxa volant.
 Aeneid. Virg. 1. 46 Non quan-
 tum olim. 47 Aeneid. 12. *Sax-*
um circumspicit ingens , etc. 48

Iliad. 5. (*) λίθον μελανα , τρα-
 χύν τε , μίγαν τε. 49 Iliad. 7.
 (*2) ὁ δὲ Κερμαδίον λάβε κείπεται
 Τυδίδην , μιγαῖσσαν. 50 Quod
 et ipse Homerus de suo tem-
 pore fatetur , (*3) οὐδὲ δύο ἀν-
 δρες φέρειν οἰοι τὸν βροτοιον.
 ibid meminit et Plin. 7. l. 16. c.
 51 Ridet pusillos , oditque ma-
 tos. 52 A digressione nula rever-
 tamur ad historiam pugnae.

(*) Lat. Saxum nigrum , asperum , ingentemque.

(**2) Lat. Lapidem autem cepit manu Tydides , magnum opus.

(**3) Lat. Quod non duo viri ferrent , quales nunc mortales
 sunt.

Audet, et infestis pugnam instaurare sagittis:
 Terga fugae celeri praestantibus omnibus, instant 75
⁵³ Qui vicina colunt umbrosae ⁵⁴ Tentyra palmae.
 Labitur hic quidam, nimia formidine cursum
 Praecipitans, capiturque: ast illum in plurima sectum
 Frusta, ac particulas, ut multis mortuus unus
 Sufficeret, totum corrosis ossibus edit 80
 Victrix turba: nec ardentि decoxit aheno,
 Aut verubus: longum usque adeo, tardumque putavit
 Expectare focos, contenta cadavere crudo.
 Hinc gaudere liber, quod non violaverit ignem,
 Quem summa coeli ⁵⁵ raptum de parte Prometheus 85
 Donavit terris: elemento gratulor, ⁵⁶ et te
 Exultare reor: sed qui mordere cadaver
 Sustinuit, nihil unquam hac carne libentius edit:
 Nam scelere in tanto ne quaeras, et dubites, an
 Prima voluptatem gula senserit; ultimus autem, 90
 Qui stetit absumpto jam toto corpore, ductis
 Per terram digitis, aliiquid de sanguine gustat.
⁵⁷ Vascones, ut fama est, alimentis talibus usi
 Produxere animas; sed res diversa, sed illic
⁵⁸ Fortunae invidia est, bellorumque ultima, casus 95
 Extremi, longae dira obsidionis egestas.
 Hujus enim, quod nunc agitur, miscrabile debet
 Exemplum esse cibi: sicut ⁵⁹ modo dicta mihi gens,
 Post omnes herbas, post cuncta animalia, quicquid

⁵³ Tentyritae. ⁵⁴ Accusati-
 vo plurali. ⁵⁵ Surreptum Jovi
 à Prometheo in concava ferula.
⁵⁶ Te, ô ignis, tibi, vel, te, ô
 Volusi igni gratulari credo, qui
 tam infandi sceleris non fuerit
 violatus. (*) μανδε μενυντε πορ
 ε'π' ε'μι, inquit Persa ille in
 epigr. Dioscorid. Anthol. lib. 3.
 cap. i. 3. Persae a. et Chaldaei ig-
 neum venerabantur inter summum
 numina, ut et aquam, tanquam

rerum principia. Ab his per Tro-
 janos perpetuus ille ignis Vestae
 sacer fluxit ad Romanos. ⁵⁷ Ga-
 laguris urbs Vasconum popul.
 Hispaniae Citerioris ad Galli-
 cum, et Britannicum Oceanum
 à Pompejo, et Metello obsessa,
 nihil non durum, et in fame mi-
 serum experts est. Luc. Flor. 3.
 lib. 22. c. Valer. Max. 7. l. 6. c.
 Oros. 5. l. 23. c. ⁵⁸ Non natu-
 rae, aut morum. ⁵⁹ Vasconis.

(*) Lat. Ne inficias ignem super me.

Cogebat ⁶⁰ vacui ventris furor , hostibus ipsis
Pallorem , ac maciem , et ⁶¹ tenuis miserantibus artus ;
Membra aliena fame lacerabant , ⁶² esse parati
Et sua : quisnam hominum veniam dare , quisve Deorum .
⁶³ Viribus abnuerit dira , atque immania passis ,
Et quibus ipsorum poterant ignoscere manes ,
Quorum corporibus vescebantur ? melius nos
⁶⁴ Zenonis paecepta monent , nec enim omnia , quaedam
Pro vita facienda putat : ⁶⁵ sed Cantaber unde
Stoicus , antiqui praesertim aetate ⁶⁶ Metelli ?
Nunc totus ⁶⁷ Grajas , nostrasque habet orbis ⁶⁷ Athenas .
⁶⁸ Gallia causidicos docuit facunda Britannos ,
De conducendo loquitur jam rhetore ⁶⁹ Thule .

Nobilis ille tamen ⁷⁰ populus , quem diximus , et par
Virtute , atque fide : sed major clade ⁷¹ Saguntus
⁷² Tale quid excusat : ⁷³ Moeotide saevior ara
Aegyptus : quippe illa nefandi Taurica sacri
Inventrix homines ⁷⁴ (ut jam quae carminat radunt ,
Digna fide credas) tamen immolat ; ⁷⁵ ulterior nil
Aut gravius cultro timet hostia : quis modo casus
Impulit hos ? quae tanta fames , infestaque ⁷⁶ vallo
Arma coegerunt , tam detestabile monstrum
Audere ? anne aliam terra ⁷⁷ Memphitide sicca

⁶⁰ Fames. ⁶¹ Ex inedia. ⁶² Edere. ⁶³ Viris tam fortibus , legitur et urbibus . ⁶⁴ Stoicæ disciplinae patris , qui docet omnia pro vita non esse facienda . ⁶⁵ Unde vero Stoicum hoc notum haberent rudes illi Cantabri ? (*) Hinc autem se in Galliam transtulere Vascones , qui hodie Gascons . ⁶⁶ Q. Metelli Pii à Sulla dictatore contra Sertorium in Lusitaniam , et Celeribera missi , cui postea additus à Senatu fuit Pompejus . Luc. Florus 3. l. 22. c. ⁶⁷ Graecas , et Romanas litteras , atque Philosophiam . ⁶⁸ Sat. 1. vers. 45. ⁶⁹ Oceani septentrionalis insula supra Orcadas . ⁷⁰ Vascones .

⁷¹ Civitas ultra Iberum in Hispania Romana socia , ab Annibale expugnata , Monyedro . ⁷² Cujus cives , licet humanis vescerentur carnibus , excusandi sunt , huc obsidione , constantia fide adducti , sed Aegypt. etc. ⁷³ Ara Tauricæ Dianaæ in Scythia ad Moeotum lacum , in qua vivi immolabantur hospites . Diod. Sic. 4. lib. 3. c. ⁷⁴ Illa à Poëtis decantata posse vera esse , cum multa videamus immaniora fieri in Aegypto . ⁷⁵ Non timet ne edatur qui immolatur . ⁷⁶ Obsidione . ⁷⁷ Aegyptia . Memphis enim nobilis Aegypti civitas , Gran Cayro .

(*) Los Vizcainos .

78 Invidiam facerent nolenti surgere Nilo?
 Qua nec terribiles ⁷⁹ Cimbri, nec ⁸⁰ Brittones unquam,
 81 Sauromataeque truces, aut immanes ⁸² Agathyrsi, 125
 Hac saevit rabie imbelle, et inutile ⁸³ vulgus,
 Parvula ⁸⁴ fictilibus solitum dare vela phasellis,
 Et brevibus pictae remis incumbere testae.
 Nec poenam sceleri invenies, nec digna parabis
 Supplicia his populis, in quorum mente pares sunt, 130
 Et similes, ira, atque fames. *Molissima corda*
Humano generi dare se natura fatetur,
Quae lacrymas dedit: ⁸⁵ haec nostri pars optima sensus.
 Plorare ergo jubet causam lugentis amici,
 Squaloremque rei, pupillum ad jura vocantem 135
 26 Circumscripторem, cuius manantia fletu
 27 Ora puellares faciunt incerta capilli.
 Naturae imperio gemimus, cum funus adultae
 Virginis occurrit, vel terra clauditur infans,
 Et ⁸⁸ minor igne rogi: ⁸⁹ quis enim bonus, aut ⁹⁰ face
 dignus 140
Arcana, qualem Cereris vult esse sacerdos,
Ulla aliena sibi credat malum? separat haec nos
A grege mutorum, atque ideo venerabile solle
Soriti ingenium, divinorumque capaces,
Atque exercendis, capiendisque artibus apti 145
Sensem à coelesti deimissum traximus arce,
Cujus egent ⁹¹ prona, et terram spectantia: mundi
Principio indulxit communis conditor illis.

78 Possentne facinore crude-
 liore irritare Nilum; non inun-
 dantem siccum Aegyptum, quam
 hoc, quod suscit Busiridi Thras-
 sus. 79 Sat. 8. v. 249. 80 Po-
 pul. Galliae Celticac, Armorici.
 81 Sat. 2 vers. 1. 82 Popul.
 Scythiae, Virg. *P'ctique Agathyrsi.*
 83 Tentacitarum Aegyptio-
 rum. 84 Testaceis naviculis.
 85 Misericordia. 86 Tutor m,
 qui decepit pupillum. 87 Am-
 biguum vultum, puerne sit, an

puella. 88 Infantes ante natos
 dentes defuncti, non combure-
 bantur. Plutarch. *in consolatoria*
ad uxorem, sed recondebantur
 in suggrundario. 89 Quis bonus
 non co-iteret sibi accidere posse,
 quod alteri accidit. 90 Castus,
 et pius, qui enim currentes fa-
 cem inextinctam tenebant, eli-
 gebantur, ut integerrimi ad sa-
 cra Cereris. Sat. 6. v. 50. qua-
 lem se, vel suos esse vult Ce-
 reris sacerdos. 91 Pecudes.

Tantum ⁹² animas , nobis ⁹³ animum quoque , mutuus ut
nos

Affectus petere auxilium , et praestare juberet , ¹⁵⁰

Dispersos trahere in populm , ⁹⁴ migrare vetusto

De nemore , et ⁹⁴ proavis habitatas linquere sylvas ,

Aedificare domos , laribus conjungere nostris

Tectum alium , tutos vicino limine somnos

Ut collata daret fiducia , protegere armis ¹⁵⁵

Lapsus , aut ingenti nutantem vulnere civem ,

Communi dare signa tuba , defendier iisdem

Turribus , atque una portarum clave teneri .

Sed jam serpentum major concordia : parcit

⁹⁵ Cognatis maculis similis fera : quando leoni ¹⁶⁰

Fortior eripuit vitam leo ? quo nemore unquam

Expiravit aper majoris dentibus apri ?

Indica Tigris agit rabida cum Tigride pacem

Perpetuam : saevis inter se convenit ursis .

Ast homini ferrum lethale incude nefanda . ¹⁶⁵

Produxisse parum est , cum ⁹⁶ rastra , et sarcula tantum

Assueti coquere , et ⁹⁶ marris , ac ⁹⁶ vomere lassi

Nescierint primi gladios excudere fabri .

Aspicimus ⁹⁷ populos , quorum non sufficit irae

Occidisse aliquem ; sed pectora , brachia , vultum ¹⁷⁰

Crediderint genus esse cibi : quid diceret ergo ,

Vel ⁹⁸ quo non fugeret , si nunc haec monstra videret ,

Pythagoras ? ⁹⁹ cunctis animalibus abstinuit qui ,

92 Vegetativas , et sensitivas .
93 Rationem , wentem .
94 Relinquere sylvas , in quibus primi homines vivebant , atque domos , et oppida condere . Haec omnia , quae Aristot . Cic . Horat . aliquique accepta referunt orationi , et eloquio , coquus Athenionis tribuit coquinariae , referente Athenaeo , lib . 14 . cap . 13 . nec

ab arte sua recessit , ut ajuntes .
95 Pardus , et Lynx parcit pardis , et lynceibus .
96 Instrumenta rusticata sunt .
97 Tentyritas .
98 Ne videret .
99 Ne injuriam faceret humanae animae , quae per (*) μιτραψυχοτην , quam ille somniavit , in bruta migrasse posset .

(*) μιτραψυχοτην est transmigratio animarum ex uno in aliud corpus , à μιτρᾳ , trans , et ψυχῃ , animo , vivifico .

Tanquam homine, et ventri indulxit : non omne legumen.

¶ Fabis quippe abstinuisse fertur. (*2) ιφειοισιν, παιδαν μαρτιν ανταν ού φύσεις. πράτοις μην γάρ το πάντα γενή ισιν, παιδίον οὐδέ δύσης πέσμεν ἐπι: χλωρέν ιεντα, θψιαι τοῖσιν ανθρωποισιν

εμφερία Τίν φύν. Εὐθεντα οὐχί επαφής ούτις Τίν σιληνά ου νυξει μεμετρημένησιν, αίρει ποιησε. Pythag. apud Luc. βιων πράτοις, iis tamen usum esse Aristoxenus scripsit, ut refertur à Gellio.

(*) Lat. Sacrae fabae sunt, et miranda earum natura. Primum enim omne semen sunt: et si quam exueris fabam, quae adhuc viridis sit, videbis virilibus testiculis similem naturam: eortam autem si immiseris in lunaticam noctibus certis, caedem facies. Ita Pythagoras pro charis fabis verba faciebat.

SATYRA XVI.

Militiae commoda, et privilegia dum ironice laudat, nimiam militum insolentiam taxat. Satyram hanc plerique Juvenali abjudicant.

Quis numerare queat felicis praemia, Galle,
Militiae? nam, si subeantur prospera castra,
Me pavidum excipiet tyronem porta secundo
Sidere: plus etenim fati valet hora benigni,
Quam si nos (*3) Veneris commendet epistola Marti,
Et ⁵ Samia genitrix quae delectatur arena.

Commoda tractemus primum communia, quorum
Haud minimum illud erit, ne te pulsare + togatus
Audeat; imo etsi pulsetur, dissimulet, nec
Audeat ¹⁰ excusos praetori ostendere dentes,
Et ⁶ nigram in facie tumidis livoribus offam,
Atque oculos medico ⁷ nil promittente relictos.

¶ Si mihi militiae stipendia auscianti benigna affulserit constellatio, non dubitem etiam à pucro omnem in castris aetatem degere. ² Marti dilectae. ³ Juno Martis mater, quae gaudet Samo insula arenosa maris Jo-nii. ⁴ Immunis à militia. ⁵ A te per rixam. ⁶ Vibicem, et liquidum ex ictu tumorem. ⁷ Nil salutis, aut remedii.

(*) Venus Marti chara, quam cum eo concubentem apprehendit maritus Vulcanus.

Bar-

* Bardiacus judex datur haec punire ² volenti,
Calceus, et grandes magna ¹⁰ ad subsellia ¹¹ surae,
Legibus antiquis castrorum, et ¹² more Camilli 15
Servato, miles ne vallum litiget extra,
Et procul à signis: justissima Centurionum
Cognitio est igitur de milite, nec mihi deerit
Ultio, ¹³ (*) si justae defertur causa querelae
Tota cohors tamen est inimica, omnesque ¹⁴ manipli 20
Consensu magno ¹⁵ officiunt: ¹⁶ curabitis, ut sit
¹⁷ Vindicta gravior, quam ¹⁸ injuria? ¹⁹ dignum erit ergo
Declamatoris Mutinensis corde Vagellī,
Cum ²⁰ duo crura habeas, offendere tot caligatos,
²¹ Millia clavorum: ²² quis tam procul absit ab urbe? 25
Praeterea quis tam ²³ (*) Pylades, ²⁴ molem aggeris ultra
Ut veniat lacrymae siccentur protinus, et se
²⁵ Excusatueros non solicitemus amicos.
Da testem, judex quem dixerit: audeat ille
²⁶ Nescio quis, ²⁷ pugnos vidit qui, dicere, *vidi*, 30
Et ²⁸ credam dignum barba, dignumque capillis
Majorum, citius falsum producere testem
Contra ²⁹ paganum possis, quam vera loquēntem
Contra fortunam armati, contraque pudorem. 34

Praemia nunc alia, atque alia emolumenta notemus
³⁰ Sacramentorum: convallem ruris aviti

8 Centurio. Bardiaco, id est, cilicio sago induitus, vel, militaris, barbarus, à Bardeis Illyrici pop. Turneb. 23. 25. *Mores* captivae pelliuit judice leges. Clau-dian. in Rufinum I. I. *Bāpōiōiāw* meminit Plutarch. in Mario, et Gloss. Latino-Graec. Ptolom. *Bāpōiōi*. 9 Illi togato. 10 Cujus ad subsellia pendent caligae. Sat. 3. v. 322. 11 Tibialis, o-creae. 12 Ex instituto Camilli in obsidione Vejorum. 13 Etiam si justa causa me deferat. 14 Milites manipulares, qui idem signum sequuntur. 15 Querelam deferenti. 16 O togati. 17 Pe-tita. 18 Jam accepta. 19 Opus

est audacia Vagellii è Mutina cù-jusdam temerarii causidic. 20 In quibus tot militum clavi haerant. Sat. 3. 248. 21 *Appositive*. 22 Quis jam civium inter milites injurias nescit? 23 Tam fidus amicus tibi? (qualis erat Pylades Oresti.) 24 Qui veniat in castra testis contra militem. 25 Ne veniant testatum, quo non audent. 26 Si quis sit, vel ne-mo opinor. 27 Qui vidit rixam, et verbera, testari se vidisse. 28 Judicabo illum antiquae illius incomptae, et incorruptae gra-vitatis, et fidei esse. 29 Rusti-cum, militiae non adscriptum. 30 Militum jurejurando adstrictorum

(*) Si la quexa es fundada. (**) Nota horum concertatio, cum alter pro altero mori contendere.

Improbos , aut campum ³¹ mihi si vicinus ademit :
 Aut ³¹ sacrum effudit medio de limite ³² saxum ,
³³ Quod mea cum vetulo coluit puls annua libo:
 Debitor aut sumptos pergit non reddere nummos , ⁴⁰
³⁴ Vana supervacui dicens chirographa ligni :
 Expectandus erit , qui lites inchoet , ³⁵ annus
 Totius populi : (*) sed tunc quoque mille ferenda
 Taedia , mille morae , toties ³⁶ subsellia tantum
 Sternuntur , jam facundo ³⁷ ponente lacernas ⁴⁵
 Caeditio , et Fusco jam ³⁸ micturiente , parati
³⁹ Digredimur , lentaque fori pugnamus ⁴⁰ arena ,
 Ast ⁴¹ illis , quos arma tegunt , et balteus ambit ,
 Quod placitum est illis praestatur tempus agendi ,
 Nec res atteritur longo ⁴² sufflamine litis. ⁵⁰
 Solis praeterea ⁴³ testandi militibus jus
 Vivo patre datur : nam , quae sunt parta labore
 Militiae , placuit non esse in corpore census ,
 Omne tenet cuius regimen pater : ergo ⁴⁴ Coranum
 Signorum comitem , castrorumque ⁴⁵ aera merentem , ⁵⁵
 Quamvis jam tremulus ⁴⁶ captat pater : ⁴⁷ hunc labor aequus
 Provehit , et pulchro reddit sua dona labori .
⁴⁸ Ipsius certe ducis hoc referre videtur ,
 Ut qui fortis erit , sit felicissimus idem ,
 Ut laeti phaleris omnes , et ⁴⁹ torquibus omnes . ⁶⁰

31 Togato. 32 Agri limitem , quem loco movere execrandum erat , Jovi scilicet Terminali sacram , nec ipsi Jovi cadentem . 33 supra quod quotannis Jovi Terminali pultes , et liba sacrificaham . 34 Sat. 13. 137. Idem versus . 35 Anni certum tempus , quo convenient judices , et totius populi causae agi incipiunt . Vide Pithae Adversar. c. 20. 36 Subsellia tribunorum , et quaestorum ad judicia sternuntur : et moventur causae ; sed nihil promoventur . 37 Agendo , vel spectando defatigato . 38 Mictum exeunte , ut fiat mora : vide Macr. 3. Satur. 16. c. *Judex testes poscit , ipsus*

it mictum , etc. 39 Ita actio , ut practium nocte interveniente , dirimitur . Actionem meam , ut praelia solet , nox diremit . Plin. ep. 29. l. 7. 40 Metaph. 41 Militibus . 42 Litis mora , et oppositione . Sat. 4. 148. 43 Testamenta condendi . 44 Militem strenuum Imperatoris vexilla sequentem . 45 Stipendium . 46 Ut ab eo scribatur haeres . 47 Ex aequo , et merito redditur honos labori . 48 Immo è re , et dignitate Imperatoris est virtutem militis praemii honorare . 49 Aureis , militaribus donis . Sen. de Benef. 1. lib. 5. cap.

(*) Mas aun entonces hay que aguantar mil ensfados , mil demoras .

D. Junii Juvenalis finis.

A U L I
PERSII FLACCI
SATYRAE S E X.

I *Vates.* II *Vota.* III *Ignavus.* IV *Princeps.*
V *Liber.* VI *Avarus.*

A U L I
T E R S I I T I A C C I
S A T Y R A E S E X

1750. 1751. 1752. 1753. 1754.

AULI PERSII FLACCI

VIT A.

Aulus Persius Flaccus pridie Nonas Decembris, Fabio Prisco, Lucio Vitellio Consulibus, anno Tiberii vicesimo, natus est Volaterris Etruriae civitate; qui, à patre equite pupillus relictus, bonis litteris operam dedit ad duodecimum aetatis annum Volaterris: deinde Romae apud Rhemnum Palaemonem Grammaticum, et Virginium Flavium Rhetorem: annorum vero sedecim tradidit se Annaeo Cornuto, qui Romae, Stoicam Professus Philosophiam, juventuti ad sapientiae studium praebat: decessit stomachi vitio, ad octavum in via Appia milliarium in suis praediis, octavo Kal. Decembris, Rubrio Mario, Asinio Gallio coss. anno Neronis octavo, cum vixisset annos viginti octo.

EX

EX JOANN. G. VOSSIO
VIT A.

Aulus Persius Flaccus è Persiorum genere nobilissima, ac Flaccorum familia. Nec censeo in Persia gente alios, quam Flacos inveniri. Confudit Joann. Fungerus (*) hunc Poëtam cum C. Persio Flacco; aetatis suae doctissimo, qui anno Urbis DCVIII. Quaestor provincialis fuit, ac biennio post Praetor. Putat Fungerus de hoc intelligi debere, quod, ut Cicero ait in Bruto, C. Lucilius Poëta Cn. Pompeji avunculus magnus dicebat, se Persii exactum reformidare judicium, coque malle legi à Decimo Laelio, viro eruditō; sed qui cum Persio non posset conferri. Atque inter hos duos prope ducentorum est annorum intervallum. Hac de *avunculus* etiam in Oratoriis Institutionibus diximus lib. iv. cap. xi. sect. vi. Nec iam reposuisse, nisi vellem, ut juvenus hinc videat, quam necessaria sit doctrina temporum: cuius neglectu spisse, foedaque adeò peccatur à viris alioqui non ineruditis. Quanquam neque tanti id foret, si unus ille se sic exorbitaret. Sexcenta id genus poteram ex aliis adferre: pluscula etiam ex veteribus ipsis. Caetera de Persio pete ex vita ejus à Tranquillo scripta.

Hieronymus Olymp. ccx. ann. II. Persius moritur anno aetatis suae xix.

(*) In nova proverbiorum Farragine.

EJUS-

EJUSDEM VITA

Ex Petro Crinito, cap. 55.

Aulus Persius Flaccus Volateris Heturiae oppido natus est. Quidam existimarent Lunis, quod hoc videatur insinuari ab ipso Persio: Eusebius certe, et grammatici veteres Volaterranum faciunt. In secundo ordine permansit, scilicet equitum R. Constat eum claruisse iisdem ferme temporibus, quibus Domitius Nero imperium Romanae Urbis suscepit. In grammaticae praceptorum habuit Rhenum Palaemonem Vicentinum, qui gravissimas iniurias dicitur exercuisse cum M. Varrone. In rhetorice Flavium Verginium, si fides adhibetur grammaticorum commentariis, qui eundem Persium exposuerunt. Annaeum vero Cornutum (qui philosophiae studio excelluit) magna diligentia, singularique observatione coluit. Cumque eo familiarissime diu vixit, qua in re mirifice gratulatur Persius sibi ipsi quod sibi contigerit Cornutum habere praecettorem, optimamque illius disciplinam, atque institutionem sequi, ut amice, ac libere ad eum scribit:

*Cumque iter ambiguum, et vitae nescius error
Deducit trepidas ramosa in compita menteis,
Me tibi supposui, teneros tu suscipis annos
Socratico Cornute sinu.*

Amicos praeterea maxime dilexit Annaeum Lucahum, Caesium Bassium, qui in lyricis carminibus claruit, et Macrinum, quod aperte colligitur, cum ipsius Persii versibus, tum veterum commentariis. Probis

mo-

moribus fuit, et egregia vitae integritate. Quocirca continere se non potuit, quin ipsum quoque Nero-nem, ejusque iniquissima flagitia liberius accusaret, ut qui sub Mydae regis nomine illum irriserit, sa-tyrica quadam urbanitate; sed admonente Cornuto carmen immutavit. Composuit Satyras numero sex, praefatus in his multum se laboris, atque diligentiae posuisse, neque sc̄ repente Poëtam prodiisse. Non desunt, qui scribant, imperfectum fuisse hoc opus à Persio relictum, quod mihi verisimile videtur, propter immaturum illius obitum. Cum publicaren-tur Persii Satyrae, vix dici potest, quam fuerint judi-cio eruditorum approbatae. Itaque majorem laudem, atque ampliorem commendationem meruit, quam grande illud, atque operosum poëma Marsi, quod A-mazonidis nomine inscripsit, ut Fabius, et Val. Mar-tialis testantur:

Saepius in libro memoratur Persius uno,

Quam totus magna Marsus Amazonide.

Secutus est in scribendis Satyris Poëtam Lucilium, qui acerrimus fuit in notandis, atque insectandis Ro-manorum vitiis. Relatum est ab Eusebio, eum per-iisse, cum nondum xxx. vitae annum complevisset: quo tempore Nero Imper. omnium scelerum cumu-latissimus cum cantoribus, ac scenicis hominibus in theatro decantavit. Habitus est in maximo pretio al-ter C. Persius ob singularem doctrinam, cuius judi-cium, atque gravissimam censuram Lucilius reformi-dare se dixit.

AULI PERSII FLACCI SATYRAE SEX.

PROLOGUS.

Scribunt epica, dramatica, lyricalia, et id genus poemata alii
 (*) iubitorum opinione, gloriolae fumo, victus egestate,
 lucri spe poetæ facti: ego autem satyras, non tam ad poesim
 ingenio natus, quam temporum corruptione hic adductus.

Nec fonte labra¹ prolui² Caballino,
 Nec in³ bicipiti⁴ somniasse⁵ Parnasso
 Memini, ut repente⁶ sic poëta prodi-
 rem:
 Heliconiadasque⁷, pallidamque⁸ Pi-
 renen⁹
 Illis remitto, quorum imagines lambunt¹⁰
 Hederae¹¹ sequaces: ipse¹² semipaganus,

1 Non aurum tenus ingurgi-
 tando immersi, non plane hau-
 si Musarum fontes. Atque hic
 perstringi Hesiodium volunt, qui
 se quandam à musis doctum ca-
 nit in Theogonia Hippocrenen-
 hausisse, quod nusquam repe-
 rior, hoc tamen ipsis, quibus
 hic utitur Persius, verbis attri-
 buit Hesiode Asclepiades, l. 4.
 Anthologiae, c. 27. et Antipa-
 ter, l. 2. Anthol. c. 47. verum
 hoc de Ennio refert Propert. 3.
 l. 2. el. 2 Equino, quem ungu-
 la Pegasum aperuisse fabulantur,
 hinc Hippocrenen dictum. (*)
 Bellerophonem qua fluit humor
 equi. Prop. 3. lib. 2. el. 3 Duos
 habente vertices, Tithorea scil.
 et Hyampeum. 4 Ut Eunius,
 qui Homeri animam in se mi-

grasse somnijavit. Ipse in Anna-
 libus, et Epicharmo. 5 Monte
 Phocidos Baccho, et Appollini
 sacro. 6 Affatu divino ex haustu
 fontis sacri, et quasi per som-
 nium. 7 Grandisonum hunc fas-
 tum, vel, ipsas Musas ab Heli-
 cone Boeotio monte dictas. 8
 A luctu Pirenes, cuius ex lacry-
 mis manavit ille fons; vel ab
 effectu: pallorem innuit è stu-
 dio diuturno contractum. 9 Fon-
 tem in Acrocorintho Musis sa-
 crum. 10 Poëtis, quorum sta-
 tuas in bibliothecam Apollinis
 receptas hederae cingunt. 11 Er-
 rantes, adhaerentes, vel, ultra
 delatae, ut Fannio, Horat. Sar.
 4. lib. 1. 12 Subrusticus, semi-
 poëta, al. Satyricus, utpote a-
 grestis.

(*) Est furor, numinis afflato, de quo Ovid. *Est Deus in nos*
bis, agitante incalescimus illo.

(**) Ab ἵππῳ, equus, et ἵππη, fons.

Ad ¹³ sacra vatum carmen afferro nostrum:
¹⁴ Quis expedivit psittaco suum (^{*2}) χαῖρε,
 Picasque docuit verba nostra ¹⁵ conari?
¹⁶ Magister artis, ingenique largitor
 Venter, ¹⁷ negatas ¹⁸ artifex sequi voces.
¹⁹ Quod si dolosi spes refulserit nummi:
²⁰ Corvos poëtas, et poëtrias picas
 Cantare crèdas Pegaseum ²¹ (^{*5}) melos.

10

¹³ In aedem Camoenarum, et Apollinis ab Augusto in Palatio exstructam, ubi Poëtarum opera asservabantur, vel, ad conventicula sacrorum vatum privata sub Nerone. ¹⁴ Unde vero rot ubique Poëtrae? *vide argumentum prologi supra:* et de psittaco, pica, et corvo reducis Augusti salutatore, quae nos ad Martial. 14. epig. 74. et 76. (^{*})
 Apvris vero, à musis alienos, nec ad Poësin natos (Gallos, item Hispanos, atque Italo coelo non natos hic taxare videtur) egestate tamen adactos, vel lucro affectos, ad scribendum comparat avibus, quae blandiente cibo solent... ^{15....} Eniti ut humanae voces assequantur, et expimant. ¹⁶ Novorum scilicet artificiorum magistra, et inventrix inopia. Pauperias impulit audax, ut versus facerem. Hor. 2. ep. 1. 1.
¹⁷ A natura. ¹⁸ Quae inopia facit sequi. Hellenism. ¹⁹ Quod

si cui ulterioris praemii spes afulserit, quam quae ineptos ple-rosque ad Poësin excitat egestas, et quae parasiticos alios poëtastros famelici ventris sa-gina.... ^{20....} Videbis hiantes corvos factos poëtas, et loqua-ces picas audies poëtrias jam factas, carmen tentare Pierium, fonte Musarum, quem Pegasi aperuit ungula, dignum. ²¹ Cho-liambo huic (^{*4}) ἵπον πίδαι κωλῷ manum porrigit non pau-ci: atque (^{*5}) οὐαζούτα volunt sublevatum, alii geminando. I. in melos, alii loco ejus sub-stitudo nectar. Irata, credo, hisce pocillatoribus critica, qui auribus nectaris præcent scy-phum: *vide Ang. Politiani Mis-cell. c. 14.* Sed et Scoppe Col-lecan. cap. 34, ubi ex auctoritate Homeri, et Marciani Ca-pellae asseritur priorem ²² melos produci posse.

(*) Lat. Ineptos, non ad aliquid natus, ab ~~et~~ non, et quā, natura.

(^{*2}) Lat. Salve.

(^{*3}) Lat. Quond alterum pedem claudio.

(^{*4}) Lat. Claudicantem.

(^{*5}) Melos Graece μίνως est carmen, cantus.

SATYRA I.

*Reprehendit in nobilibus, ipsoque in primis Nerone ambitiosam
in poëmatis scribendis vanitatem, in quibus ut et in causis
forensibus ad voluptatem, et ostentationem, neglecto vero,
et honesto, obsoleta verba, figurarum pigmenta, et rhyth-
micos numeros affectabant. Persicra itaque tum auditorum,
tum recitantium mollitie; qualeum suarum Satyralium
lectorem velit, docet.*

P. i **O** Curas hominum! ô quantum est in rebus inane!
2 M. Quis leget ³ haec? P. min' tu istud ais?
M. nemo hercule. P. nemo?

M. + Vel duo, vel nemo, turpe et ⁵ miserabile. P. Qua-
re?

6 Ne mihi Polydamas, et Troiades ⁷ Labeonem
Praetulerint ⁸ nugae, non, si quid ⁹ turbida Roma
¹⁰ (*₂) Elevet, ¹¹ accedas, examenve improbum in illa
Castiges trutina: ¹² nec te quacsivitis extra.

1 O quanta est hominum ubi-
que in studiis, votis, et actio-
nibus vanitas. Abruptum ini-
tium, et plane Satyricum: vide-
tur autem imitatus illud Lucre-
tii ex principio 2. l. O miseris
hominum mentes: O pectora coe-
cal 2 Progressurum in Satyra
poëtam (introductus ex Horati-
ana imitatione 1. Sat. 2. lib.)
monitor interpellat, eum à scri-
benda Satyra dehortatus: M. ita-
que monitorem designabit, P.
Poëtam. 3 Has Satyras. 4 Pau-
ci adeo. 5 Misere tibi peribit
poëma, quod auctori, nemine le-
gente, nihil allaturum sit gloriae.
6 Hoccine adeo miserum est, si,
ut Hector quondam verebatur,
ne Polydamas filius Antenoris,

Troes, et Trojanae mulieres (*)
ἰανοίστανοι (Homer. Iliad. x.)
Ipsum Achille inferiorem censem-
ent, si se recipere intra mu-
ros cum caeteris Trejanis, ego
itidem vererer, ne Nero, et mol-
les, arque effeminati Trøjuge-
nac praetulerint mihi.... 7.... A-
ctium Labeonem, qui Iliada Ho-
meri inepte transtulit? 8 Nu-
gae mihi sunt imperitorum judi-
cia. 9 Praecipitis, et corrupti
sensus. 10 Pro vili, et levi
habeat, vel contra ad sidera tol-
lat. 11 Assentiaris, nec te iniquo
Romanorum judicio censem-
endum subjicies. 12 Tu te judi-
ca, tibi sano, et sapienti place,
neque te ex opinione vulgi aesti-
ma.

(*) Lat. Longa veste induit.

(*₂) Proprie significat hoc verbum, leve, id est, non grave, ali-
quid reddere: et quia gravia eo leviora redduntur, quo plus eis
detrahitur, per translationem significat minuere, detrahere de re
aliqua.

O

Nam

Nam Romae ¹¹ quis non? ah, si fas dicere! sed fas
Tunc, ¹⁴ cum ad canitiem, et nostrum ¹⁵ istud vivere
triste

Aspexi, et ¹⁶ nucibus facimus quaecunque relictis, ¹⁰
Cum ¹⁷ sapimus patruos: tunc, tunc: ¹⁸ ignoscite.

M. ¹⁹ nolo:

P. Quid faciam: sed sum petulanti ²⁰ splene ²¹ cachinno.
Scribimus ²² inclusi, ²³ numeros ille, ²⁴ hic pede liber,
Grande aliquid, ²⁵ quod pulmo animae praelargus an-
helet.

²⁶ Scilicet haec populo, * pexusque, togaque recenti, ²⁷
Et ²⁷ natalitia tandem cum ²⁸ sardonyche ²⁹ albus,
Sede leges celsa, liquido cum ³⁰ plasmate guttur
Mobile collueris, ³¹ patranti ³² fractus ocello.

Heic neque more probo videoas, ³³ neque voce serena

¹³ Quis non se extra quaerit?
vel, quis non est iniqui judicii.
¹⁴ Cum videamus eos improbe
agere, qui nucibus, et puerili-
bus nugis relictis virilem sum-
pserint togam... ¹⁵... quos jam
canos existentes sapuisse opor-
tuit, nec carminibus, qui juve-
num lusus sunt, iminorari. Ve-
tulos versibus vacantes exagitat
infra v. 22. et Neroni hinc fuisse
doctrinae elementa autumat Ta-
citus 13. An.... ¹⁶.... Qui vita
severi volunt videri. *Hellenism.*
vivere pro vita.... ¹⁷.... Et ri-
gidi aliorum censores sunt, ut
patrui nepotum: *sublimida au-*
tem est reprehensio in prima per-
sona: videntur item haec omnia
abusque, *sed fas* Tunc non in-
epite dici posse ex persona Mo-
nitoris poëtam monentis, ne si-
bi juvenis censoriam arripiat vir-
gam; majoris fore auctoritatis,
et ponderis, si quando canorum,
et annorum gravitate spectabili-
lis, et verendum in vita inveha-
tur. ¹⁸ Si urbem Satyrico per-
fundam aceto. ¹⁹ Hoc ciuam ex
poëtae persona potest intelligi

fluctuantis, et nolentis quidem,
ut praese fert, scribere, tan-
dem vero victi vitiis Romano-
rum, atque natura sua in risum,
et rigidum cachinnum proclivii.
²⁰ Qui aequo major intemperan-
tiā risus ciet: sum itaque na-
tura... ²¹... Irrisor, Satyricus.
²² In Musaeo, secessu. *Qui fa-*
cis in parva sublimia carmina
cella. Juven. 5. Satyr. 28. vers.
²³ Carmina poëtae. ²⁴ Orator
prosa. ²⁵ Quod non sine anhe-
litu recitet, etiam cui pulmones
validi, quae spirandi instrumen-
ta, et officina. ²⁶ Scilicet is
studiorum finis, ut lauderis, ut
recites. * Crines, vel toga pe-
xa induetus; vide Martial. epigr.
58. lib. 2. ²⁷ Natali die, vel
muneri missa, vel gestari solita.
²⁸ Annulo, cui includitur Sar-
donyx. ²⁹ Veste candida indu-
tus. ³⁰ Potione ad lenientiam
vocem. ³¹ Libidinanti, et in
lasciviam profuso, vel quales
Juvenalis dixit, *oculosque in fine*
trementes. Sat. 7. v. 240. ³² So-
lutes. ³³ Turbida, et contusa
acclamatione.

Ingentes³⁴ trepidare³⁵ Titos, cum carmina³⁶ lumbum²⁰
 Intrant, et tremulo³⁷ scalpuntur ubi intima versu.
³⁸ Tun' vetule auriculis alienis colligis escas?
 Auriculis, quibus et dicas³⁹ cute perditus,⁴⁰ ohe!
⁴¹ Quo didicisse, nisi hoc⁴² fermentum, et, quae semel
 intus
 Innata est, rupto⁴³ jecore exierit⁴⁴ caprificus? 25
⁴⁵ En pallor, seniumque: ô mores! usque adeone
 Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?
⁴⁶ At pulchrum est digito monstrari, et dicier, hic est.
 Tun'⁴⁷ cirratorum centum dictata fuisse
 Pro nihilo pendas? ⁴⁸ Ecce inter pocula quaerunt 30
⁴⁹ Romulidae saturi, ⁵⁰ quid dia poëmata narrent.
 Heic aliquis, cui circum humeros hyacinthina⁵¹ laena
 est,
 Rancidulum quiddam⁵² balba de nare locutus,

34 Gestire, exilire. 35 Nobiles Romanos Titi, et Marci, praenomine insignes, vel Augustanos satelites à Neroni delectos. 36 Sedem libidinis, resnes. 37 In libidinem excitata pruriunt, et titillantur praecordia obscoeno versu tremula voce recitato. 38 Quem tibi solide sapere oportuit, tu aliis voluptatem carminis paris? 39 Perfrictus frontem. Impudens, vel, studio, aut etiam senio cutem contractus. 40 Vox senis juveniliter exultantis, et sibi in obscoeno, teneroque carmine applaudentis, et inducit quae sequuntur. 41 Quid mihi profuerit didicisse? nisi haec... 42... Scientia, quae me ferrefacit, et attollit, non secus ac massam fermentum... 43... E sede scientiae prodierit tandem in aliorum usum in meam laudem? 44 Glociae cupiditas: caprificus vero è murs erumpens saxa disjicit. Plin. 16. l. 19. Mart. 10. lib. 2.

epigr. Juven. Sat. 10. vers. 145.
 45 Ingenii hacc ostentatio, inquit Poëta ironice, ampla satis merces est palloris ex studio, et perdita senio cutis. 49 Instat cute perditus poëtaster, inquietus: dulcis tamen est fama, et populi praeconium, ubi prætereuntum digito monstror, atque puerorum manibus in scholis teror. Nero a. carmina sua publice in scholis praelegi imperabat. 47 Puerorum nobilium illa in scholis ediscentium cirros, i. cincinnos acentium, qui iis grandioribus rondebantur. 48 Laudem, respondet Poëta, volo, sed sobriam, non inter pocula, et epulas à temulentis. Martial. lib. 4. 49 Romani proceres, Romulo oriundi. 50 Ansam fabulandi. 51 Cui hyacinthina vestis, qua in convivio, et triclinio uti licebat, non in foro, ac cubitoria: a (*) χλᾶ. ρα; nobilem autem, et divitem inndit. 52 (**) Emisso per nares spiritu.

(*) Est laena vestis, quae tunicae exteriori superinduebatur.
 (**) Habiendo gangoso.

53 Phyllidas , Hipsipylas, vatum et ⁵⁴ plorabile si quid
 55 Eliquat, et tenero ⁵⁶ supplantat verba palato. 35.
 57 Assensere viri : ⁵⁸ nunc non cinis ille poëtae
 Felix ? non ⁵⁹ levior cippus nunc imprimit ossa ?
 Laudant convivae , nunc non è ⁶⁰ manibus illis,
 Nunc non è tumulo, fortunataque favilla
 Nascentur ⁶¹ violae? Rides, (⁶² ait) et nimis ⁶³ uncis 40
 Naribus indulges : an erit qui velle recuset
 64 Os populi meruisse , et ⁶⁵ cedro digna locutus,
 Linquere (⁶⁶) ⁶⁷ nec scombros metuentia carmina, nec thus?
 66 Quisquis es , ò modo quem ex adverso dicere feci,
 Non ego , cum scribo , si forte quid aptius exit, 45
 67 Quando haec rara avis est , si quid tamen aptius exit,
 Laudari metuam : ⁶⁸ neque enim mihi cornea fibra est:
 69 Sed recti finemque , extremumque esse recuso

53 Fabulas è trivio amatorias.
 Phyllidos amantis Thesea, et
 Hypsipylyes Jasonem. 54 Elegia-
 cum. 55 Liquida voce pronun-
 ciat. 56 Palato illudit, et infringit:
 ut blaese, et dulciss sonent, non
 viriliter. *Metaph. à lactatoribus.*
 (*2) 57 Iron. molles auditores
 acclamarunt: vide quae ad Mar-
 tial. epigr. 4. l. 1. th. 58 Post
 illorum assentationes, an non illi
 mortuo ossa molliter quiescunt
 sub tenui, et sine pondere ter-
 ra? Iron. vide quae adnotavi ad
 ultimum vers. Hippolyti Senec.
 59 Sepulchris. 60 Flores, Juven.
 Sat. 7. et in urna perpetuum ver,
 quos è sepulchro natos, paccatae,
 et felicis defunctorum con-
 ditionis argumentum credebat
 superstitionis vulgus. 61 Ait
 monitor. 62 Crispanti naso ni-
 mis satyrice irrides, naso sus-
 pendis, ut lance. Turn. 4. 9. 63
 Famam, laudem. 64 Carmina

diuturnitatem , et immortalita-
 tem promerita: cedri autem suc-
 co perunca tineas , et cariem
 non sentiunt. 65 Non metuen-
 tia , ne aromatis , et salsa-
 mentis, garo è scombriis, vel
 ipsis scombriis involvendis
 mandentur: ineptas enim char-
 tas manet hoc fatum, ut thuris,
 piperisque siant cuculli. Mart.
 epigr. 2. et 49. lib. 3. 66 Quis-
 quis es, inquit Poëta, quem in-
 duxi modo me monentem , et
 mihi objicientem, cape jam ani-
 mi mei sententiam manifestam.
 67 Licet concinnum poëma rara
 avis sit, et Phoenix alter. 68
 Neque enim mihi est cor du-
 ram, infensum, (*) *àπαθείς.* 69
 Sed nego acclamations tuas.
 Euge, belle, etc. de quibus vide
 quae ad Mart. epig. 4. l. 1. th.
 nego inquam laudationem tuam
 esse finem, et scopum studio-
 rum, et actionum.

(*) Lat. Non patiens, impatiens, ex α non, et ιωαθις,
 à verbo ιωσχω, patior.

(*) Falsea la voz. (*3) Dexar versos, que no teman ser des-
 tinados para embolver especies.

Euge tuum, et Belle : ⁷⁰ nam belle hoc excute totum,
 71 Quid non intus habet? ⁷² Non heic est Ilias ⁷³ Actii ⁵⁰
 74 Ebria ⁷⁵ veratro, non siqua (*) elegidia ⁷⁶ crudi
 Dictarunt proceres, non quicquid denique lectis
 Scribitur in ⁷⁷ citreis. ⁷⁸ Calidum scis ponere sumen,
 79 Scis comitem horridulum trita donare lagerna:
 Et, verum, inquis, amo; verum mihi dicito de me. ⁸⁰
 * ^(*) Qui poter? ⁸¹ Vis dicam? nugaris, ⁸² cum tibi, calve,
 Pinguis (⁸³) aqualicus propenso sesquipedale extet.
⁸³ O Jane, à tergo quem ⁸⁴ nulla ciconia pinsit,
 Nec ⁸⁵ manus auriculas imitata est mobilis albas,
 Nec linguae, quantum ⁸⁶ siciat canis ⁸⁷ Apula, tantum.
 Vos, ô ⁸⁸ patritius sanguis, quos vivere fas est ⁸⁹

70 Si enim velis examinare,
 et perpendere has adulaterum,
 et sportula conductorum clientum
 acclamaciones. 71 Quid
 non habet adulatio*nis*, et vani-
 tatis? 72 Verum hoc meum car-
 men non pro fine habet laudem,
 sed honestum, et bonum, non
 itaque est Ilias... 73... Labeo-
 nis, vers. 4. supra. 74 Digna
 Elleboro, quod Labonis insa-
 niam, et phrenesim purget, *vel*,
 ad quam scribendam Labeo tar-
 dum ingenium excitavit, et coe-
 git sumpto... 75... Elleboro al-
 bo, quod cerebrum purgat, a-
 cuitque, quod sumptitasse fer-
 tur Carneades adversus Zenonis
 libros scripturus. 76 Gulosi,
 temulenti, à coena, et poculis
 crudi stomacho. 77 Divitum è
 citro factis triclinaribus, aut
 etiam lucubratoriis: vide quae
 Juv. 7. Sat. 104. v. 78 Dare coe-
 nam lautam (de sumine vide quae
 ad Mart. 13. 44. vide et epig. ^(*) 2.)
 Ομοβίς μεταπαθήσ τέμον. An-

thol. l. 2. c. 10.) et... 79... Ves-
 tes depexas clienti tenuiori. *
 Septem lineas sequentes interrup-
 te interserit Poëta. 80 Qui fieri
 potest ut donis corrugatus ve-
 rum dicat? 81 Vin' ut ego tuis
 largitionibus non corruptus ve-
 rum dicam? 82 Cum tibi (ò cal-
 ve, et insulse) venter obesus
 instar aqualiculi prominens ar-
 guat ingenium obtusum, fieri
 potest ut subtile quid à te, aut
 acutum expectemus? 83 Bi-
 frons, id est, sapiens qui vides
^(*) πρόω ναι ὅπλω, δε bea-
 tum. 84 Nullus digitus in for-
 man rostri ciconiae incitat, id
 est, à tergo extensus deridet.
 85 Asini aures intus albis pilis
 hirsutas, easdem mobiles, quas
 exprimunt duo digiti extenti, et
 moti. 86 Nec tantum linguae,
 quantum sitiens canis exserit. 87
 Apuliae enim intensus calor ex-
 siccatur. 88 Senatorum filii, no-
 biles.

(*) Elegidion est diminutivum ab elegia.

(²) Lat. Crudae bovis carnis mihi præbe frustum.

(³) *Aqualicus*. Est alveus, per quem sordes deflunt: at etiam
 pro porci ventre sumitur. Unde ad hominem obesum transfertur.

(⁴) Lat. Ante, et retro: à fronte, et à tergo.

⁸⁹ Occipiti caeco , ⁹⁰ posticae occurrite sannae)

Quis populi sermo est ? ⁹¹ quis enim ? nisi carmina
mollι

Nunc demum numero fluere , ⁹² ut per laeve severos
Effundat junctura ungues : scit tendere versum ⁶⁵
Non secus, ac ⁹³ si oculo (*) rubricam dirigat uno:
Sive opus in ⁹⁴ mores , in ⁹⁵ luxum , in ⁹⁶ prandia re-
gum

Dicere , res grandes nostro dat musa poëtae.

⁹⁷ Ecce modo heroas sensus afferre videmus

Nugari solitos Graece , ⁹⁸ nec ponere lucum ⁷⁰
Artifices , nec rus saturum laudare , ubi corbes ,
Et focus , et porci , et ⁹⁹ fumosa Palilia foeno:

⁸⁹ Absque oculis ab occipitio.
⁹⁰ Derisioni à tergo obviam ite,
ab adulatore vobis cavete. ⁹¹
Respondet assentator muneribus
corruptus. Quis enim alias po-
puli de te sermo est , quam te
esse exactissimum Poëtam , om-
nibus numeris absolutum , atque
extra judicii aleam positum ? ⁹²
Metaphor. à marmorariis ducta ,
qui inter expoliendum juncturæ
laevitatem ungue explorant , ne
qua sit scabrities , vel asperi-
tas. ⁹³ Metaphora à fabris ligni-
nariis , qui ad amussim creta ,
vel rubrica notant quod fabre-
factum , et politum velint , id
que clauso altero oculo , ne dis-
tracti radii male colliment. ⁹⁴
Sive opus sit scribere Comoe-
diam , quae morum , et vitae hu-
manac speculum : sive... ^{95...}
Satyram , quae luxum , delicias ,
aliaque vita carpit : sive... ^{96.}
Tragoedias , quarum argumenta
prandia regum impia , ut Atrei ,
Thyestae , Terei , immo grande ,

et grave epicum carmen summa
dexteritate , et arte scribere no-
vit nosrer poëta. ⁹⁷ Videmus
Neronem , et alios , inquit Poëta ,
qui solebant è Graecis transfe-
re , et certamina artium in ludis
Graecis inire , modo audere , et
profere heroica argumenta , cu-
jusmodi sunt Troica Neronis ,
et Ilias Labeonis. ⁹⁸ Qui ne
lucum quidem , cucurbitam , cu-
pressinve simulare sciunt , immo
ne rus quidem laudare : quae
poëtices tyrunculis progymnas-
mata sunt. ⁹⁹ Festa in hono-
rem Palis Deae pastorum 1. Kal.
Majas , qui dies natalis fuit ur-
bis Romæ , quibus rustici con-
jectis in ignem foeno , et stipula
fumum , et flammarum trans-
lientes se expiari credebant. Vi-
ctorino autem Parilia dicuntur ,
quod illo anni tempore omnia
sata parturiant , pariantque , et
Athenaeo , 8. lib. 16. c. παρι-
λια.

(*) Proprie est terra rubra , ita à colore dicta ; at hic sumitur
pro linea eā designata: unde etiam Hispanice rubrica dicitur no-
ta , quam calamo describimus.

Unde Remus, sulcoque terens dentalia, ² Quinti,
Quem ³ trepida ante boves Dictatorem induit uxor:
Et tua aratra domum lictor tulit: ⁴ euge poëta. 75
* Est nunc ⁵ Brisaei quem ⁶ venosus liber Acci,
Sunt quos Pacuviusque, et ⁷ verrucosa ⁸ moretur
⁹ Antiopa, ¹⁰ aerumnis cor luctificabile fulta.
Hos pueris monitus patres infundere * lippo 79
Cum videas, quaerisne, unde haec ¹¹ sartago loquendi
Venerit in linguis? unde istud dedecus, in quo
¹¹ Trossulus exultat tibi per subsellia laevis?
¹² Nilne pudet, capiti non posse pericula cano
Pellere, quin ¹⁴ tepidum hoc optes audire: *decenter!*
¹⁵ Fur es, ¹⁶ ait Pedio: ¹⁷ Pedius quid? crimina ¹⁸ rasis

¹ Unde frater Romuli ortum
habuit, id est, unde auctores Ro-
mani generis ortum haberunt.
² Et tu, o Quinti Cincinnatus,
quem arantem missus à S. P. Q.
R. viator Dictatorem salutavit.
Plin. 8. lib. 3. cap. 1. *unde et no-
biles, et patres prodierunt.* ³
Racilia, festina, vel perteirita
roga induit maritum Dictatorem
jam salutatum, et viator te di-
citatorem salutatum missus ara-
trum tuum portavit domum. ⁴
Scopite. Egregius sane poëta,
qui alta illa, et sublimia aggredi-
atur, praeludiis hisce poëticis
non exercitatus. * *Alius est, qui
aspera, et obsoleta veterum poë-
tarum verba affectat.* ⁵ Bacchici,
à Baccho, qui Brisaeus dic-
tus, quod Accius scripsit Bac-
chus Tragoediam, et legi po-
test *Brisaeis*, ut sit nomen tra-
goediae scriptae ab Accio, ut
Antiopa tragoedia scripta à Pa-
cuvio, veteri item (*) tragoedio-
grapho. ⁶ Turgens, et sufflatus.
⁷ Salebrosa, et aspera. ⁸ De-
lectet. ⁹ Tragoedia de Antiopa
uxore Luci regis Thebarum,
qui eam à Jove sub specie Sa-
tyri compressam repudiavit, su-
perinducta Dirce, à qua mul-
tis modis cruciata est Antiopa.

¹⁰ *Ciat haec ex Pacuvio ut im-
propria, audacia, et affectati-
oni.* * Vide Sat. 2. v. 72. ¹¹ Lo-
cutio confusa, aspera, et odio-
sa instar strepitus sartaginis.
¹² Trossuli dicti equites Roma-
ni, quod Trossulum oppidum si-
ne peditum auxilio ceperint, vel
laeves, id est, delicati, et mol-
les auditores exultant, et ap-
plaudunt tibi. ¹³ Tu autem pa-
tron: hic a. obiter perstringit
Oratorum yanitatem, qui laudi,
et famae artificii sui student ma-
gis, quam clientum capiti, et vi-
tae; cui non potius à sene, ac
misero reo capitale periculum
avertis, quam laudem eloquentiae
affectas? *Cupit se approba-
re, non causam: lenocinia, et
flores artis conquirit, etc.* de Mon-
tano, Seneca praefatione ad 4.
lib. Controvers. ¹⁴ Tepidam,
et modicam laudationem. ¹⁵ Ex-
pilasti sanum Aesculapii. ¹⁶ Ait
accusator Pedii, patronus Cire-
nensium. ¹⁷ Quid contra refert
Pedius, vel Pedii patronus? non
diluit crimina lacerti argumentorum,
sed sententiis, et figura-
rum flosculis usus, Neroni, vel
judicibus placere studet. ¹⁸ Ni-
mium politis.

- ¹⁹ Librat in antithetis : ²⁰ doctas posuisse figuras 86
 Laudatur ; ²¹ bellum hoc : ²² hoc bellum ? an Romule
 ceves ?
²³ Men' moveat quippe , et cantet si naufragus , assem
 Protulerim ? cantas , cum fracta te in trabe pictum
 Ex humero portes ? verum ²⁴ nec nocte paratum 90
 Plorabit , qui me volet ²⁵ incurvasse querela.
²⁶ Sed ²⁷ numeris decor est , et uncta addita ²⁷ crudis :
 Claudere sic versum didicit , ²⁸ Berecyntius ²⁹ Attin ,
 Et , qui coeruleum dirimebat ³⁰ Nerea , ³¹ delphin.
³² Sic costam longo subduximus Apennino. 95
³³ Arma , virum , nonne hoc ³⁴ spumosum , et cortice pingui?
³⁵ Ut ramale vetus praegrandi subere cōctum.

¹⁹ Expendit , ut sint invicem ipsis , utcunque rerum pondere ,
 parisa , ^(*) et isoecola . ²⁰ Alii legunt doctus , ut sit qui sciat posuisse figuras . Hellenismus . ²¹
 Hoc , inquit Auditores , pulchre , et belle dictum est . ²²
 Hoccine bellum ? repetit cum indignatione poeta . Heu quantum degenerasti à mascula , et Romana virtute , qui verboso , et
^(*) λογοθεαίαληγραbulae applaudatis adulatorie , et quasi canum more clunes agitantes ? ²³ Ego certe non magis moveor hujusmodi oratione praepostera ; quae causa deserta lenociniis artis se venditat : quam si quis tabulam naufragii sui (pro more naufragorum) pictam ex humero portans cantaret , cum fletu cum , et voce lamentabili me ad misericordiam movisse oportuisset , quo illi assem darem . ²⁴ Non meditatum , et effectum . ²⁵ Flectere , et movere ad misericordiam . ²⁶ Redit Poëta ad sui temporis poëtastros , et , ut dicam , carminifices , qui omnem carminis laudem in concinna versus structura , et rhytmio positam credebant... ^{27...} Versibus

ipsi , et soliditate destitutis , nec ad judicij solem excoccis , figuratis nimium , et audacibus , atque compositione tesserulata scrupulosis . ²⁸ Videntur ista citari ex Attine Neronis , de quo Diod. in his autem poeta rhythmum improbat . ²⁹ Puer adamatus Cybele dictae Berecynthiae à monte Phrygia Berecyntio , ubi colebatur . ³⁰ Mare . Metonymia , Deum scilicet maris . ³¹ Véhens Ariona . ³² Et hic versus , de Poenis partem Apennini disrumpentibus , ineptus est ; habet enim ultimam Penthemimeri similiter cadentem , et in quinto affectatum spondacum , quem costam subductam quidam exponunt . ³³ Si quidem (objicit turgidorum versuum affectator) grandia carmina , et sublimia non probas : quid tibi videtur Virgilii Aeneis ? annon et haec... ^{34...} turgescant caractere inflato ? ³⁵ Est sane respondet Persius , ramus , vel arbor grandis corticis , sed cuius humorem decoxit aetas , id est , sublime carmen , et solidum est .

(*) Πάρισαι dicuntur , quae similibus membris constant : Ἰσοναλαι autem , quae similiter desinunt .

(*) Lat. Ornate , et artificiose dicenti .

⁴⁵ Quidnam igitur tenerum , et laxa cervice legendum?

⁴⁶ Torva ⁴⁷ Mimalloneis implerunt cornua ⁴⁸ bombis,
Et raptum ⁴⁹ vitulo caput ablatura ⁵⁰ superbo 100

⁴⁹ Bassaris , et ⁵¹ lynxem ⁵² Maenas flexura ⁵³ corymbis

⁵⁰ Evion ingeminat , ⁵¹ reparabilis adsonat Echo.

⁵¹ Haec fierent , si ⁵² testiculi vena ulla paterni
Viveret in nobis? summa ⁵³ delumbre saliva

Hoc natat in labris : et in ⁵⁴ udo est Maenas , et Attis,

⁵⁵ Nec pluteum caedit , nec demorsos sapit ungues. 106
M. * Sed quid opus teneras mordaci radere vero

36 Quodnam igitur carmen est
minus asperum , elegancia gestus ,
et molliter flexa cervice inter
pronunciandum? 37 Respondet
Poeta ironice : haec à Bacchis Ne-
tonis , quarum meminit Xiphilin.
in Neroni , quoad verba tumida ,
quoad materiam clumbia , junc-
tura parro tenera , quorum duo clau-
sum habent Penitentimeri conso-
num , et quae alternatim rhyth-
mica sunt , tertio similiter ca-
denti primo , quarto vero secun-
do. 38 Mimallones dicuntur Bac-
chae à Mimante Ioniae monte ,
Baccho sacro , vel à (*) μιμί-
σται . 39 Proprie apum sono ,
hic rubarum , et cornuum. 40
Pentheo , quem mater , aliacque
Bacchides furore correptae , vi-
tulum esse putantes , discerpse-
runt. 41 Bacchi , et Orgiorum
contemptori. 42 Agave , mater
Penthei. Bassaris vero est Bac-
chi ministra , dicta à Bassareus ,
quod nomen Bacchi est , à (**) βάσιν ,
id est , vociferando ,
al. à pelle , vel genere vestis ,
qua induebantur Bacchi sacer-
dothes : lateri cervina sinistro Vel-

lera dependent. Ovid. 6. Metam.
de Progne habitum Bacchae su-
mente. 43 Qui currum Bacchi
trahit. 44 Baccha à (*3) μαί-
νείαι , furere. 45 Fraeno ex
hederis , seu corymbis intortis
ornato , vel virga è thyrso. 46
Bacchum à voce bacchantium
è νοῖ , vel à Jove salutatum εὐοϊ ,
ob res strenue gestas in bello ad-
versus gigantes. 47 Repercussa
resonans. 48 Hujusmodi carni-
na. 49 Priscae , et masculae vir-
tutis. 50 Haec enervia non pe-
tentur ex imo pectore , blaese-
tantum , et tenere formantur in
extremis labris , et primore lin-
gua , quae saliva scatet. 51 Li-
quida , et molli voce recitantur
illae fabulae Neronis , Bacchis ,
et Attis. 52 Non sapit intenti
studii notas , ubi poëta cogita-
bundus saepe caput scuberei , vi-
vos et roderet ungues , Horat.
Sat. 10. lib. 1. * Sint haec ita
sane , quid ad te ? tun' solus con-
tra ibis , et irritabis nobiles mor-
daci tua reprehendendi libertate
offensos?

(*) Lat. Imitari: (Hisp. remedar) nam Bacchi furem imita-
bantur.

(**) Lat. Loqui: nam vinum loquax.

(*) Lat. Ab hac voce Graeca hispanae illae mania , et ma-
niaticos derivatae.

Auriculas? ⁵³ vide sis ne majorum tibi forte
 Limina ⁵⁴ frigescant: ⁵⁵ sonat heic de nare canina
 Litera. P. Per me equidem sint omnia protinus ⁵⁶ alba.
 Nil moror: euge: omnes, omnes bene mirae eritis res.
 Hoc juvat: ⁵⁷ heic, inquis, veto, quisquam faxit (*) oletum.
 Pinge duos angues; pueri, sacer est locus: extra
 Mejite: discedo. ⁵⁸ Secuit ⁵⁹ Lucilius ⁶⁰ urbem,
⁶¹ Te, Lupe, te, Muti, et ⁶² genuinum fregit in illis. 115
 Omne vafer vitium ⁶³ ridenti ⁶⁴ Flaccus amico
 Tangit, et admissus circum praecordia ludit,
 Callidus ⁶⁵ excusso populum suspendere nāso:
 Men' mutire nefas, nec clam, nec ⁶⁶ cum scrobe? M.
 Nusquam.

⁵³ Vide si vis: de autem cor-
 ripitur, tanquam à vido, olim
 3. conjug. ut cavere, valere, fer-
 vere. ⁵⁴ Ne potentum sores,
 sportulac, et mensae frigid, mi-
 nimusque grata te excipient. Ju-
 ven. 3. Satyr. Limine submoyeor.
 Alii exponunt, ne quis poten-
 tiorum tibi mortem frigidam in-
 ferat, allusunque volunt ad illud
 Horatii. Sat. 1. lsb. 2. O puer
 ut sis Vitalis metuo, majorum ne
 quis amicus Frigore te seriat, nec
 male. ⁵⁵ In his enim potentio-
 rum liminibus facilis est ira, vel
 in his Satyris tuis nimium est
 mordacitatis, et caninae facun-
 diae. R. enim littera est irritati,
 et hirrientis canis. ⁵⁶ Quando
 ita vis: sint quidem per me om-
 nia, quae faciunt, scribunt, di-
 cunt, pulchra, honesta, proba.
 Concessio ironica, hoc nimurum
 te, aliosque Romanos delectat,
 ut laudemini, ut approbemini
 ubique. ⁵⁷ Ut nefas ducitur in

sacro loco alvum exonerare, vel
 mejere, ejusque religionis sym-
 bolum appinguntur angues, tan-
 quam genii loci, et qui inde ter-
 reant, et submoveant pueros: ita
 (inquis) sacrosancta sint Nero-
 nis, et nobilium carmina: cau-
 tum sit, ne quis ea Satyrico as-
 pergat aceto, vel urina; disce-
 do itaque. ⁵⁸ Cur autem disce-
 dam, cum Lucilius urbem libere
 notarit? ⁵⁹ Qui primus Lat-
 inorum Satyram scripsit. Juven.
 Sat. 1. v. 20. ⁶⁰ Mores Roma-
 nae urbis. ⁶¹ Etiam nobiles no-
 minatim: Rutilium Lupum Cos.
 et Mutium Albutium. ⁶² Mor-
 dicus carpendo. ⁶³ Non indig-
 nanti. ⁶⁴ Horatius, mirus arti-
 fex per jocum, et auctoritatem, ci-
 vium Rom. vitia Satyris, et e-
 pistolis perstringere. ⁶⁵ Salse
 deridere, et tecte, nāso in iras,
 et irrisiones non rugato, vide
 supra v. 40. ⁶⁶ Ut (*) Midas
 tonsor. Fab. nota.

(*) Stercus humanum.

(*) Midas Plirygiae rex, Phoebo, et Pane carmine certanti-
 bus, judex electus, secundum Panem iudicium tulit: quo iratus
 Phoebus asininas ei auriculas indidit. Hae quidem à Mida diligen-
 ter occultatae, omnes praeter tonarem, latebant: qui secreti
 impatiens fossam ingressus est, ubi ita proclamavit: aures asini-
 nas habet rex Midas.

P. 67 Heic tamen infodiam. Vidi, vidi ipse, libelle: 120
 68 *Auriculas asini quis non habet?* 69 Hoc ego opertum,
 70 Hoc ridere meum tam nil, nulla tibi vendo
 71 Iliade. 72 Audaci quicunque afflato Cratino,
 73 Iratum 74 Eupolidem 75 praegrandi cum sene 76 palles,
 Adspice et 77 haec, si forte aliquid decoctius audis. 125
 78 Inde 79 vaporata lector mihi ferveat aure.
 80 Non hic, 81 qui in crepidas Grajorum ludere gestit
 Sordidus, et 82 lusco qui possit dicere, lusce:
 (*2) Sese aliquem credens, Italo quod honore 83 supinus
 Fregerit 84 heminas 85 Areti 86 aedilis iniquas: 130
 Nec qui 87 abaco numeros, et 88 secto in pulvere metas
 Scit risisse vafer, multum gaudere paratus,
 Si 89 Cynico barbam petulans 90 Nonaria vellat.
 91 His mane 91 edictum, post prandia 91 Callirhoen do.

67 Huic libro insusurrabo, ut
 ille tonsor scrobi, 68 Omnes
 perverse judicant de carminibus,
 ut Midas de musicis: sonora
 modulatis praefuerunt. 69 Hoc
 allegoria tectum, ut illud scro-
 be. 70 Satyricam hanc ridendi
 libertatem tibi tam pro levi ha-
 bitam. 71 Illius Labonis, su-
 pra v. 4. et v. 50. 72 Quicunque
 afflatus es legendu Cratino, qui
 maxima veteris comoediae liber-
 tate Atheniensium vita carpe-
 bat. 73 Infestum vitii. 74 Pris-
 cae comoediae scriptorem. 75
 Aristophane item comico. 76 Stu-
 diose, seu (*) επιτελος legen-
 do hos. 77 Mea. 78 Ab iis tri-
 bus Poëtis Comicis, eorumque
 lectione. 79 Calefacta, praepa-
 rata. 80 Non hic mihi lector sit.
 81 Qui Graecorum cultus ele-
 gantiam, instituta, et studia sper-
 nit. 82 Qui corporis vitium al-
 teri exprobare gaudet. Naturalia
 vero corporis vitia non sunt in
 aliis reprehendenda (Plato in Pro-

tagora) commiseratione potius
 digna. Aristot. Ethic. Nicom. 3.
 l. c. 5. 83 Vultu elatus, inflatus,
 quod in municipio aliquo obscu-
 ro Italiae magistratu functus sit,
 utcunq; imo, Aedilatu scilicet.
 84 Ab (*) επιτελος, dimidios:
 hic pro omni mensura. 85 Op-
 pidi in Tuscia. Alii legunt Ere-
 tis, quod Sabinorum oppidum.
 Stephano Υγιος. 86 Aedilium
 inter alia munera erat iniquas
 mensuras frangere. 87 Arithme-
 ticorum tabula. 88 Figuras, quas
 Geometrae virga in pulvere de-
 pingunt: hoc autem extremae
 est dementiae, et impudentiae,
 res per se laudatas deridere velle,
 artibus, et Philosophis illudere.
 89 Alludit ad Diogenem, cui bar-
 bam vellebat Lais. 90 Meretrix,
 quae à nona hora prostata. 91
 Hujusmodi auditoribus, et lecto-
 ribus vanis, atque ineptis. 92
 Edictum praetoris, et forum, ad
 avaritiam. 93 Scortum ad libi-
 dinem.

(*) Lat. Cum affectu.

(*2) Creyendo, que es algo.

(*3) Lat. Semisse, dimidio.

SATYRA II.

Gratulatus Macrino sapientiam, quae sola recte orare docet; aliorum impia, stulta, et inutilia vota damnat. Illos deinde taxat, qui aliud voto velle, aliud re agere videntur. Eos denique ridet, qui deos, cupiditatis suae modelo eos mentientes, optimis hostiis, et muneribus colunt: cum revera dit non manus; sed mentem, non plenas; sed puras respiciant manus.

Hunc, Macrine, diem numera² meliore lapillo,
Qui tibi labentes apponit³ candidus annos.
Funde merum⁴ Genio: non tu prece poscis⁵ (*) emaci,
Quae⁶ nisi seductis nequeas committere divis,
At⁷ bona pars procerum⁸ tacita libabit⁹ acerra.
Haud curvis^() promptum est, ¹⁰ murmurque, humilesque
susurros*
Tollere de templis, et ¹¹ aperto vivere voto.
¹² Mens bona, fama, fides, haec¹³ clare, et ut audiat
hospes:
Illa sibi introrsum, et sub lingua immurmurat: ô si

¹ Natalem. ² Niveo, albo: à Thracum more, qui faustos dies albis calculis, infelices nigris computarunt. ³ Felix ipse, et faustus. ⁴ Angelo, quem credebat antiquitas una genitum, paedagogum, custodemque datum, cui lantius induito natali quoque die sacra siebant, preces, ac vota concipiebantur; hinc itaque quum qui injusta, et impla precantur, caesis victimis sibi propitium, immo obse-

quentem reddere volunt, tu iusta, et pia precatus, vino, et thure placa. ⁵ Conditionali, ^(*) οὐ πρόπτη. Horat. 29. od. 3. I. Votis Pacisci. ⁶ Nisi semotis ab arbitris, ne audiant homines quae tu à Diis poscis. ⁷ Magna. ⁸ Ipsi taciti, submissa voce, et ore arecano. ⁹ Thuribulo. ¹⁰ Tacitas preces. ¹¹ Nihil Deum rogare quod non palam liceat. Martial. epig. 40. l. 1. ¹² Continuat min. ¹³ Scilicet precatur.

(*) Prex emax hic intelligitur, qua Dii orantur sacrificio magna impensa peracto, quasi ad eorum suffragium emendum.

(*) Lat. Mercatoria, ab οὐ πρόπτης, negotior, nundinor.

(*) Promptum, facile.

¹⁴ Ebullit patruī praeclarum funus! et ô si 10
 Sub rastro ¹⁵ crepet argenti mihi (*) seria ¹⁶ dextro
¹⁷ Hercule! pupillumve utinam, quem proximus haeres
¹⁸ Impello, ¹⁹ expungam! namque est ²⁰ scabiosus, et
 acri

Bile tumet. Nerio jam tertia ²¹ ducitur uxor.

Haec sancte ut poscas, ²² Tiberino in gurgite mergis 15
 Mane caput bis, terque, et ²³ noctem furnime purgas.
 Heus age, responde, (minimum est quod scire labore)
 De Jove quid sentis? ²⁴ estne ut praeponere cures
 Hunc cuiquam? cuinam? vis Stajo? an scilicet (²⁵) ha-
 res?

(*) Quis potior iudex, puerisve quis aptior orbis? 20
²⁵ Hoc igitur, quo tu Jovis aurem impellere tentas,
 Dic agendum Stajo: pro Juppiter, ô bone, clamet,
 Juppiter! at sese non clamet Juppiter ipse?

¹⁴ Pro ebullierit, ut dedim, pro dederim; Casaub. Metaph. ab aqua ebulliente. O utinam patruī meus dives efferatur, funalibus, seu funebri pompa splendidus, mihi relicturus praeclarām haereditatem! ¹⁵ Inventa mihi fodienti, arantive. ¹⁶ Proprio, favente. ¹⁷ Operitorum thesaurorum prae side, vel (⁴) πάντα δίτη, cui eo nomine decimae penduntur. ¹⁸ Subsequor, in secunda cera substitutus heres. ¹⁹ Ex tabulis testamenti, rectius de medio tollam, id est, ex vita. ²⁰ Namque et spem, et rationem voti facit ipsius (⁵) μάλιστα: ex suffusa enim bile est valetudinarius. ²¹ Ad sepulchrum, vel in

matrimonium, foeneratori illi ter tia ducitur uxor: mea tamen vivit. ²² Vota, aut sacra facturis mos erat se viva aqua purificare. Juven. Sat. 6. v. 524. ²³ Notis veneream pollutionem, aut insomnia. ²⁴ An censes Jovem justiorē esse aliquo homine? quo? an Stajo Albio Oppianico iudice corruptissimo? an dubitas praeferre Jovem Stajo? quis aut justior, aut melior tutor Jove? ²⁵ Audiat tamen sceleratissimus ille veneficus, et corruptissimus iudex Stajus vota haec impia, quae tu ad Jovem concipis, ille statim exclamabit indignabundus, O Juppiter! quanto magis ipse Juppiter fulmine vindicabit impias has preces?

(*) Seria est vas fictile oblongum.

(²) Haeres, dubitas?

(³) Juppiter, an Statius.

(⁴) Lat. divitiarum datore, ἀνανύτος, divitiae, et δίδωμι, dono, do.

(⁵) Lat. Malus corporis habitus alimenta corrumpens.

26 Ignovisse putas, quia cum tonat, ocyus ilex 24
 27 Sulfure discutitur²⁷ sacro, quam tuque, domusque?
 28 An quia non fibris ovium,²⁹ Ergennaque jubente,
 Triste jaces³⁰ lucis,³¹ evitandumque³² bidental,
 33 Idcirco stolidam praebet tibi vellere barbam
 Juppiter? aut quidnam est, qua tu mercede deorum
 34 Emeris auriculas?³⁵ pulmone, et lactibus unctis? 36
 * Ecce avia, aut³⁶ metuens divum materterta, cunis
 Exemit puerum, frontemque, atque uda labella
 37 Infami digito, et³⁸ lustralibus ante salivis
 Expiat,³⁹ urentes oculos inhibere perita:
 Tunc manibus quatit, et spem⁴⁰ macram supplice voto
 Nunc⁴¹ Licini in campos, nunc Crassi⁴² mittit in aedes.

26 Tu tamen credis Jovem tibi veniam ad omnia indulgere, quia vides arbores fulgoritas te sospite, tuisque salvis. 27 Fulmine quod²⁸ trahit, id est, sulfureum. 28 An quia tu non fulgoritus jaces, et expiandus consultis ovium extis²⁹... 29... Fulgoritorum procuratore, et expiatore Etrusco... 30... Ut ilex fulmine icta in lucis parum castis, vel in bidental, quod aequem ac lucus est colliculus sepminne clausus, et.... 31... sacram, quod qui calcarit, incestatur.... 32... cui fulgorio consecratur bidental, hoc est, locus, in quem decidit fulmen circumseptus adjecta ara, in qua bidentibus expiatur.... 33... An ideo credis Jovem se tibi praebere ludibrio, et contempui habendum? alludit ad Dionysium, qui auream Aesculapii barbam detraxit. 34 Stipulatus tibi obnoxios reddisti? 35 An forte pinguisbus extis? * Ab impiis ayarorum precibus descendit Poeta ad superstitionis muliercularum vota. 36 Superstitionis. Pulchra est haec dici lustrici hypotyposis, qui

puellarum octavus est, puerorum nonus, quo die puerum lustrabant, votis pro eo conceptis, et nomine illi indito, unde et Nominalis dictus. 37 Medio, qui caeteris contractis extendi solet in cinaedorum, et mollium notam, quod penem repraesentet. 38 Saliva purgatoriam vim habere credebatur, et ad fascina inhibenda valere. Bonae vero scaevae causa, et ad placandam Nemesim, quam enormiori gloriae invidere credebat, saliva, infamis digitus, et (*) τῆς σάτυρε effigies adhibebantur, quasi praefiscinia. Plin. lib. 28. c. 2. et 4.
 39 Fascinantium oculorum, qui intuendo enecant, perniciem amoliri perita. 40 Ancipitem, lentam, vel ipsum puerum tenelum, de quo spes nondum magna. 41 Licinii Stolonis, alti intelligent Licin. Augusti libertum, et tonsorem, et M. Crassi dicitur. 42 Votis illi optat latifundia Licinii, et aedes Crassi, in quorum quasi possessionem mittit puellum votis suis superstitionis mulier.

Hunc optent generum rex, et Regina; puellae
 Hunc rapiant: quicquid calçaverit hic, rosa fiat.
 Ast ego nutrici non mando ⁴³ vota; negato,
 Juppiter, haec illi, quamvis te ⁴⁴ albata rogarit. 40
⁴⁵ Poccis opem nervis, ⁴⁶ corpusque fidele senectae:
 Esto, age: sed ⁴⁷ grandes patinae, ⁴⁸ tucetaque crassa
⁴⁹ Annuere his superos vetuere, ⁵⁰ Jovemque morantur:
⁵¹ Rem struere exoptas coeso bove, ⁵² Mercuriumque
⁵³ Arcessis fibra: ⁵⁴ da fortunare penates, 45
 Da pecus, et gregibus foetum: ⁵⁵ quo, pessime, pacto,
 Tot tibi cum in flammis junicum omenta liquecant?
 Et tamen hic extis, et opimo vincere ⁵⁶ farto
 Intendit: ⁵⁷ jam crescit ager, jam crescit ovile,
 Jam dabitur jamjam: donec deceptus, et expes 59
 Nequicquam fundo ⁵⁸ suspiret nummus in imo.
 Si tibi crateras argenti, ⁵⁹ incusaque ⁶⁰ pingui
 Auro dona feram, ⁶¹ sudes, et pectore ⁶² laevo
 Excutias ⁶³ guttas, ⁶⁴ laetari praetrepidum cor;

⁴³ Haec impia; stulta, noxia
 vota. ⁴⁴ Candida, et pura veste
 amicta. ⁴⁵ Precaris à Diis ro-
 bur, vires, et... ^{46...} Validum,
 quod sustentet senectum, cor-
 pus... ^{47...} Immodicus tamen
 cibis tuus, et... ^{48...} Multi-
 ples, variae concoctionis, cu-
 jusmodi sunt tucetum, et minu-
 tal è suillis carnibus minutin
 concisis... ⁴⁹ Votis hisce tuis
 respondere non patitur deos...
^{50...} Jovisque hac in re indul-
 gentiam vel retardat, vel irri-
 tam facit. ⁵¹ Rem familiarem
 (*) *πιστεύειν*, augere exop-
 tas, prodige interim boves ma-
 ctans, superstitione scilicet pro-
 ventum è crebris victimis spe-
 rans, tanquam apes, seu Phoe-
 nices è cinere, et rogo. ⁵² Deum
 lucri. ⁵³ Jugibus vocat vi-
 ctimis. ⁵⁴ Da, *inquis*; ut for-
 tunos res familiares. ⁵⁵ Respon-

det *Mercurius*, vel *Poëta*. Quo
 pacto fortunet, et crescat tibi
 pecus, cum tu insanis sacrificiis
 tot pecudes absumas, peculi
 tui proprius carnifex, et lupus?
⁵⁶ Vel libo, è farre, vino, mel-
 le, etc. ⁵⁷ *Et falsa speciacionis*,
 sibi dicit, jam etc. ⁵⁸ Tinniat
 jam rarius in fundo crumenæ pro-
 pte exhausta sacrificiis, vel, *pa-*
thos nummo attributum. ⁵⁹ Cac-
 lata. ⁶⁰ Solido, vel crassa la-
 mina. ⁶¹ Prae gaudio. ⁶² Per-
 verso, vel sinistro à vehemen-
 tori cordis commotione. ⁶³ Sudor-
 is, vel lachrymarum, quae
 repentina saepe gaulio oboruntur.
⁶⁴ Quia tibi cordi est au-
 rum, diis etiam credis esse, vi-
 tuis tuis illos aestimans, et hinc,
 etc. *vel*, Credis superstitionis
 tibi evenisse hoc aurum à Diis
 missum, quorum facies, et fe-
 mora auro illinis.

(*) Lat. *Coacevare*, accumulare. Hisp. *amontonar*.

Hinc illud subiit , auro sacras quod ⁶⁵ ovato
⁶⁶ Perducis ⁶⁷ facies : nam fratres inter ⁶⁸ aenos,
 Somnia ⁶⁹ pituita qui purgatissima mittunt,
 Praecipui sunto , sitque illis aurea barba:
 Aurum , ⁷⁰ vasa Numae , ⁷¹ Saturniaque ⁷² impulit aera,
⁷³ Vestalesque urnas , et ⁷⁴ Thuscum fictile mutat. ⁶⁰
 O ⁷⁵ curvae in terras animae , et colestium inanes!
 Quid juvat hoc , templis ⁷⁶ nostros immittere mores,
 Et ⁷⁷ bona diis ex hac scelerata ducere pulpa?
⁷⁸ Haec sibi ⁷⁹ corrupto ⁸⁰ casiam dissolvit olivo :
 Et ⁸¹ Calabrum ⁸² coxit ⁸³ vitiatu murice vellus : ⁶⁵
 Haec ⁸⁴ baccam ⁸⁵ conchae rassisce , et ⁸⁶ stringere ve-
 nas
 Ferventis ⁸⁷ massae ⁸⁸ crudo de pulvere jussit.

⁶⁵ Triumphato , et ex hosti-
 bus praedato. ⁶⁶ Illinis. ⁶⁷
 Statuarum in Pantheo Romae.
⁶⁸ Stabant in Apollinis Palatini
 porticu effigies aeneae quinqua-
 ginta filiorum Aegypti , quibus,
 ut et Apollini , Aesculapio , Isi-
 di , etc. attribuit verustatis su-
 persticio vim in somnis indican-
 di curationes , et remedia mor-
 borum. Quod si cui persuasum
 esset se ab his , vel illis isto-
 rum fratum certius , ac verius
 somnium accepisse , eos prae-
 caeteris coluit , et inauravit. Alii
 ad Castorem , et Pollucem refe-
 runt. ⁶⁹ Pituita defaecata , dis-
 cussisque humoribus vitiiosis ,
 certiora sunt somnia. ⁷⁰ Et
 quoniam nobis homunculis au-
 rum in delicis , et vororum sum-
 ma est , hoc diis aequa gratum
 opinamur: atque hinc aurea jam
 omnia in templis , atque aurum
 per scelus , et nefas conflatum
 expulit è templis simplicitatem
 fictilium , qualia Numa in sacris
 adhibebat. Juven. Sat. I. v. 116.
⁷¹ Priscis in usu , et in Saturni
 aede condita. ⁷² Loco , et pre-
 tio movit. ⁷³ Carpedines , et
 lavacra Vestae. ⁷⁴ Testas , va-
 sa ex Etruria Roman allata , vel
 religionem simplicem ab Etrus-
 cis ductam. ⁷⁵ Cernuae , et
 pronae , velut pecudes. ⁷⁶ Indu-
 cere cupiditates , et alia vita
 nostra. ⁷⁷ Existimare quae diis
 bona sint ex affectu nostro car-
 nali. ⁷⁸ Haec pulpa , id est ,
 carnalis corruptio , non contenta
 naturali rerum simplicitate , mis-
 cet , et vitiat omnia: his tamen
 ita vitiatis uititur , saltem fruitur
 diis tamen nulli sunt usui. Quor-
 sum itaque diis haec dicamus? e-
 maci nempe nundinatione , ut me-
 liora ab iis accipianus. ⁷⁹ Dum
 unguentum conficit , et casiam ,
 et oleum perdit. ⁸⁰ Sat. 6. vers.
³⁶. ⁸¹ Tarentinam lanam , quae
 optima. ⁸² Coquendo infecit ,
 tinxit. ⁸³ Liquore è conchylio
 muricis , qui et ipse perii. ⁸⁴
 Margaritam. ⁸⁵ È concha rade-
 re: conchae enim adhaerescunt ,
 neque avelli queunt , nisi lima.
 Plin. 9. lib. 35. cap. ⁸⁶ Con-
 flare. ⁸⁷ Metalli. ⁸⁸ Ramentis ,
 et baleucis , quae è fodinis e-
 ruuntur. *Care.*

89 Peccat et haec , peccat : vitio tamen utitur ; at vos
 Dicite , Pontifices , 90 in sancto quid facit aurum?
 Nempe hoc , quod 91 Veneri donatae à virgine pupae. 70
 Quin damus id superis , de magna quod dare 92 lance
 Non possit magni 93 Messalae 94 lippa propago ?
 Compositum 95 jus , 96 fasque 97 animo , sanctosque reces-
 sus
 Mentis , et 98 incoctum generoso pectus honesto.
 Haec cedo ut admoveam templis , et 99 farre litabo. 75

89 Vitiosa est haec luxuria :
 vide supra 78 notam : usus tamen
 aliquis ex his vitiis , sed auri in
 templis nullus. 90 Templis , vel
 Deorum sacris. 91 Ut ephebi
 bullas penatibus , sic pauperes
 virgines Veneri pupas consecra-
 bant , à qua pro pupis , Hisp. Mu-
 nucus , veros infantes precaban-
 tur : haud secus faciunt , qui au-
 rum diis offerunt. 92 Patella ,
 divites è lance , pauperes ex a-
 cerra libabant. 93 M. Val. Cor-
 vini Messalae , vel Aurelii Mess.

synecd. pro quovis divite , et no-
 bili. 94 Qui animo , et oculis
 erat vitiosus , gulosus quippe , et
 majoribus indignus. 95 Quoad
 legem humanam. 96 Quoad di-
 vinam legem. 97 Intima animi
 penetralia , et cogitationes. 98
 Animum penitus iubatum. 99
 Mola salsa. Horat. 23. Od. lib. 3.
 Farre pio saliente mica , id est ,
 ipse si purum , et simplicem at-
 tulero animum , parco , ac sim-
 plici sacrificio deum placabo.



SATYRA III.

*Sub persona Stoici philosophi monet juvenes, ne desidia, et
mollitiae indulgentes, nedum patrimonii, et natalibus freti
philosophiae studia negligant: quae vitiorum morbis mede-
tur, virtutem, et honesta officia docet, animum bene con-
scium, et vitae felicitatem largitur.*

* (*) **N**Empe haec assidue? jam clarum mane fe-
nestras
Intrat, et angustas² extendit lumine rimas:
³ Stertimus⁴ indomitum quod⁵ despumare Falernum
Sufficiat,⁶ quinta dum⁷ linea tangitur⁷ umbra.
En quid agis?⁸ siccas⁹ insana¹⁰ canicula messes¹¹
Jamdudum coquit, et patula pecus omne sub ulmo
est,
¹² Unus ait comitum: verumne? itane? ocyus adsit
Huc¹³ aliquis: nemon¹⁴ turgescit¹⁵ vitrea bilis:
¹⁶ Findor,¹⁷ ut Arcadiae¹⁸ pecuaria rudere credas.

¹ Inclamat dormientes discipu-
los philosophus, vel qui nobili
juveni additur comes paedagogus,
Infra not. 10. Nunc autem, in-
quit Taurus apud A. Gell. 1. 6.
cap. 10. expectant philosophi ad
fores juvenum, donec hester-
nam edormierint crapulam. ²
Latiores apparere facit, vel ex-
tendere videtur, cum sol per ri-
mas lumen transmittat. ³ O ju-
venes, discipuli mei: et est sub-
timida reprehensio, in prima
persona. ⁴ Durum, concoctu
difficile, vel non dilutum, quod
vix plurima aqua temperari pos-
sit. ⁵ Decoquere, edormisse-
re. ⁶ Solaris horologii, in quo li-
nea ⁶. umbrā meridie tangebatur.
⁷ Gnomonis quinta umbra meri-
dionali proxima. *Hypallage.* Dum
quinta linea tangitur umbra. ⁸
Quae insanos, id est, morbidos
reddat homines, vel, quae in ra-
biem agat canes. ⁹ Sol in Can-
cro, cuius indicium est ortus
stelae Canicularis. ¹⁰ Paedagogs, ut supr̄ nota 1. vel, Ju-
venum, condiscipulorum, experge-
factus ait unus, verumne? Itane?
¹¹ E famulis. ¹² A calore, vel
effectu. Hor. lib. 1. Sat. 3. *Splen-
dida*, quae se è splendore pro-
dit. ¹³ Ita cogor in vociferatio-
nem. ¹⁴ Resp. *Philosophus cum
indignatione*, vel lege; *Finditur
Arcadiae pecus ex persona Poë-
tae*, vel *Philosophi dicentis*; Ju-
venis indignatur, et discruti-
atur vociferans, instar asini ru-
dientis. ¹⁵ Asinos, quos Ara-
dia habet maximos.

(*) Pues que, toda la vida se ha de pasar así?

Jam liber, et ¹⁶ bicolor ¹⁷ positis membrana capillis, ¹⁸
 Inque manus chartae, ¹⁹ nodosaque venit ²⁰ arundo.
 Tunc ²⁰ queritur, crassus (^{*2}) calamo quod pendeat hu-
 mor,
²¹ Nigra quod infusa vanescat sepiam lympham:
 Dilutas queritur ²² geminet quod ²³ fistula guttas,
²⁴ O miser, inque dies ultra miser, (^{*3}) huccine re-
 rum
15

Venimus? at cur non ²⁵ potius ²⁶ teneroque columbo
 Et similis regum pueris, ²⁷ pappare minutum
 Poscis, et iratus mammae ²⁸ lallare recusas?
²⁹ An tali studeam calamo? ³⁰ cui ³¹ verba; quid istas
 Succinis ³² ambages? ³³ tibi luditur: ³⁴ effluis amens, ²⁰
 (*5) Contemnere, ³⁵ sonat vitium percussa, ³⁶ maligne
³⁷ Respondet ³⁸ viridi non cocta fidelia ³⁸ limo.

¹⁶ Introrsum candida, extror-
 sum crocea. ¹⁷ Ubi ipse juve-
 nis compsit capillos, vel mem-
 brana pumice laevigata demptis
 capillis, (*) *καταχρητινῶς* pro
 pilis. ¹⁸ Interstitiis, et genicu-
 lis. ¹⁹ Calamus scriptorius. *Me-
 tonym.* ²⁰ Cansatur atramentum
 spissum nimis lentum esse, hae-
 rere calamo, non fluere. ²¹ In-
 fusa mox aqua, praetendit nimis
 liquidum fieri atramentum à suc-
 co sepiiæ, atque vanescere. ²²
 Liquidius fluat, et maculet. ²³
 Calamus scriptorius. ²⁴ O mi-
 ser adolescens, futureque in dies
 miserior: hiccine tandem labo-
 ris, ac spei fructus, ut ridicu-
 las ignaviae praetendens causas,
 studium fictis excusationibus sup-
 plere velis? ²⁵ Quam philoso-
 phiae operam des. ²⁶ Quem sua
 mater puella delicate alit. ²⁷

Pappam, et buam, cibum pre-
 mansum, minutum. ²⁸ Dorini-
 re ad lallum: id est, nutricis oc-
 cidentis naenias. (^{*4}) *καταβα-
 καλόντε*, Athen. 14. Auson.
epist. ¹⁷. *Lalli somniferos modos.*
²⁹ *Verba juvenis.* ³⁰ *Resert Phi-
 losoph.* ³¹ *Sup. das?* ³² *Causationes,*
 et *tergiversationes.* ³³ Tu te ipse ludis, tuo daimno
 de te. ³⁴ Effluit, et perit tibi
 tempus, *vel*, Diffluis molitie,
 et voluptatibus, ut vitiatum vas.
³⁵ *Ut fictile vas ex argilla non
 probe cocta digito tactum, et ex-
 ploratum, tiniitu rauco rituum,
 rimas, et crudam materiam pro-
 dit: ita tu futili, ei rudi sermo-
 ne ignorantiam tuam.* ³⁶ Rau-
 cum, non acutum, et tinnulum.
³⁷ Resonat. ³⁸ Vas fictile ex
 argilla cruda, nec bene cocta.
Metaphor.

(*) Lat. Abusivæ.

(*2) De que la pluma no quiere dar tinta.

(*3) A tal estado hemos llegado?

(*4) Sunt nutritum cantilenæ ad sopiaendum pueros.

(*5) Serás despreciado de todos.

³⁹ Udum, et molle lutum es, ⁴⁰ nunc nunc properandus,
et ⁴¹ acri

Fingendus ⁴² sine fine ⁴³ rota : ⁴⁴ sed rure paterno
Est tibi ⁴⁴ far modicum, ⁴⁵ purum, et sine labe salinum.
Quid metuas? ⁴⁶ cultrixque foci ⁴⁷ secura patella est. ⁴⁸
Hoc satis? an deceat ⁴⁸ pulmonem rumpere ventis,
⁴⁹ Stemmata quod ⁵⁰ Tusco ⁵¹ ramum millesime ducis,
Censoremne ⁵² tuum vel quod ⁵³ trabeate salutas?
Ad populum ⁵⁴ phaleras; ego te intus, et in cute novi. ⁵⁰
Non pudet ad morem distincti vivere ⁵⁵ Nattae?
Sed stupet hic vitio, et fibris increvit ⁵⁶ opimum
Pingue; ⁵⁷ caret culpa: nescit quid perdat: et alto
Demersus ⁵⁸ summa rursus non bullit in unda.

39 Rudis es materia, capax ta-
men formae, si te submisseris fi-
gulo, id est, magistro. 40 In
juventute. 41 Accurata, et se-
veriori disciplina. 42 Sine in-
termissione, aut mora. 43 Tu
vero objicies, tibi non tam arti-
bus opus esse, cui sit à patre do-
mus, et res mediocris. 44 Cen-
sus (*) avilanus. 45 A majo-
ribus non fraude quæsitus, vel
ex argento puro, id est, non ce-
lato: vel mundum, ut sit suppel-
lex lauta, et nitida, salinum au-
tem sacram mensam facit, ut
quo primitiae cum sale diis of-
ferebantur. Lips, Saturnal. 12.
46 Qua libationes ad focum fe-
runtur. 47 Quae te securum red-
dat. 48 Inflari, et ostentare te.
49 Generis ordine, stirpe. Juven.
Sat. 8. v. 1. 50 Nobilissimæ,
et antiquissimæ Romanorum fa-
miliae ex Etruria ortum habuere.
51 Successionis lineam: vide
quæ ad Sat. 8. Juven. vers. 1.
52 E tua familia. 53 In atrio in-
ter imagines majorum, vel in
recognitione equitum, tu eques
trabeatus: vide Juven. Sat. 8.

v. 259. 54 Insignia equestria,
vel ornamenta externa fortunæ,
quæ te non magis reddunt no-
bilem, quam phaleræ equum.
55 Dissoluti cujusdam, intem-
perantis, perditi, qui obduruit
in vitiorum callum, et quasi ha-
bitum malitiae, ita ut se pecca-
re non sentiat. Sordidi Nattæ
meminit Horat. 6. Sat. 1. 1. Tur-
neb. 23. lib. 33. c. legit Nactæ,
id est, fullonis. 56 Quod sen-
sum ademit. Metaph. & corpore.
57 Excusandus, et aliqua dignus
venia ob stuporem, et callum vi-
tiorum, perdita jam, et profligatae
nequitiae. 58 Non emer-
git è barathro vitiorum, nec tan-
gitur conscientia scelerum, cum
tamen te, atque alios, qui per in-
continentiam prudentes, scientes
que virtutem deserueritis, graves
maneat conscientiae cruciatus.
Atque hoc expectat digresio in-
sequens poëtæ docentis non es-
se aliam poenam graviorem, at-
que ipsis tyrannis dignorem,
quam desertæ virtutis conscienc-
tiæ, et poenam (ut ita dicam)
damni.

(*) Lat. sufficiens.

- Magne pater divum , saevos punire tyrannos 35
 Haud alia ratione velis , cum dira libido
 Moverit ingenium ferventi tincta ⁵⁹ veneno,
⁶⁰ Virtutem videant , ⁶¹ intabescantque relicta.
 Anne magis Siculi gemuerunt aera ⁶² juvenci,
 Et magis auratis pendens laquearibus ensis 40
 Purpureas subter ⁶³ cervices terruit , ⁶⁴ Imus,
 Imus praecipites , quam si sibi dicat , et intus
 Palleat infelix , quod proxima nesciat uxor?
 Saepe oculos memini tingebam ⁶⁵ parvus ⁶⁶ olivo,
 Grandia si nolle morituri ⁶⁷ verba ⁶⁸ Catonis 45
 Discere , ab ⁶⁹ insano multum laudanda magistro,
 Quae pater adductis ⁷⁰ sudans audiret amicis.
⁷¹ Jure etenim id summaui , quid dexter ⁷² senio fer-
 ret
 Scire , erat in voto ; damnosa ⁷³ canicula quantum
⁷⁴ Raderet , angustae collo non ⁷⁵ fallier ⁷⁶ orcae: 50

⁵⁹ Crudelitatis , et vitiorum.
⁶⁰ Quam ut videant virtutem :
 alii legunt *virtuti invideant* , quam
 scilicet ab aliis cultam ipsi dese-
 ruerint. ⁶¹ Discutientur , quod
 eam reliquerint. ⁶² Misericor-
 dinis inclusi in tauro illo ahe-
 neo , quem Phalaridi tiranno Si-
 culo Perillus inventum dedit. ⁶³
 Damoclis unius ex assentatori-
 bus Dionysii vide hist. in 5. Tus-
 culan. qnaest. à Cie. plenius ex-
 positam. ⁶⁴ Ordo , quam si sibi
 dicat : *Imus* , *imus praecipites in*
vitia , *et exitium nulla virtute*
sufflaminandi , *omni salutis spe*
destituti. ⁶⁵ Fecimus et nos haec
juvenes. Sat. 8. Juven. Ego qui-
 dem hoc puer , etc. *tu autem ju-*
venis es , vers. ⁵² infra. ⁶⁶ Ad
 simulandam lippitudinem , ut à
 recitatione eximerer. ⁶⁷ Deli-
 berativa , moriatur necne , vel
 Ethopoeia. ⁶⁸ Uticensis , de-
 victo Pompejo morituri. ⁶⁹ Cla-
 moso: *al.* vehementi , et acri ,
 unde et Domitio Grammatico In-

fani cognomen inditum. A. Gell.
 7. 18. ⁷⁰ Labore corrogandi a-
 micos ad filium audiendum , *aut*
laetitia. ⁷¹ Convenienter pue-
 rilibus annis. ⁷² Jactus tessera-
 rum , seu talorum summus : fau-
 tissimus vero , qui omne tollebat
 depositum , quod erat *Venus* : vi-
 de quae ad Martial. epigram. 14.
 lib. 14. ⁷³ Canis , unio , jactus
 damnosus. ⁷⁴ Quantum mihi de-
 traheret , *vel* ex reliquo talorum
 numero demeret , quod erat quin-
 que. ⁷⁵ Non errare. ⁷⁶ Vasis ,
 in quod nuces pueri conjicie-
 bant. Ovid. de Nuce: *Vas quo-*
que saepe cayum spatio distante
locatur , *in quad missa leví nux*
cadit una manu : alii de pyrgo
 intelligunt , non recte. Quorsum
 enim ars , ne fallaris ad conji-
 ciendas in tutriculam , seu fri-
 tillum aleas , de quo puerum fuis-
 se sollicitum dicit hic poëta , seu
 philosophus ? de Fritillo vide
 quae nos ad Mart. epigr. 14. lib.
 4. 1.

Neu quis callidior ⁷⁷ (*) buxum torquere flagello.
 Haud ⁷⁸ tibi inexpertum ⁷⁹ curvos deprendere mores.
⁸⁰ Quaeque docet sapiens ⁸¹ braccatis ⁸² illita Medis
⁸³ Porticus, ⁸⁴ insomnis quibus, et ⁸⁵ detonsa juventus
 Invigilat, ⁸⁶ siliquis, et grandi pasta polenta, 55
⁸⁷ Et tibi quae Samios deduxit ⁸⁸ littera ramos,
 Surgentem dextro monstravit limine ⁸⁹ callem.
 Stertis adhuc? laxumque caput compage soluta
⁹⁰ Oscitat hesternum, ⁹¹ dissutis undique malis? 59
⁹² Est aliquid, quo tendis, et in quod dirigis ⁹³ arcum?
⁹⁴ An passim sequeris corvos ⁹⁵ testaque, lutoque,
 Securus quo pes ferat, atque ⁹⁶ ex tempore vivis?
⁹⁷ Helleborum frustra, cum jam cutis aegra iimebit,
 Poscentes videoas, (^{*4}) venienti occurrite morbo. 64
⁹⁸ Et quid opus Cratero magnos promittere ⁹⁹ montes?

77 Trochum, vel turbinem è buxo. 78 Jam juveni, relicitis mucibus, atque liberaliter hactenus in studiis philosophiae educato. 79 Pravos à rectis distinguere. 80 Et praecepta, quae docentur in ⁷⁸ Porticu Athenis, in qua Zeno, et alii Philosophi (inde Stoici dicti) docebant, disputabantque. 81 Indutis bracca, id est, femoralibus, à ^(*2) pannis, Aeolice adjecto ^{β.}
 82 In qua pícri erant Persae à Miltiade, Themistocle, et Atheniensibus devicti. 83 ^(*3) τοιχία. 84 In qua juvenes studiis invigilant. 85 Stoici tondebantur ad cutem, cum vero hic agatur omnino de portico Stoica, male ab aliis ingeritur lectio quibus indetonsa, quod de Romanis cirratis intelligi volunt. 86 Victu tenui, leguminibus, et crassa pulte ex farina, et lacte. 87 Nec tibi inaudita, aut incognita est virtutis via, quam Py-

thagoras Samius indigitare voluit expressam in bicorni litera.... 88.... Y. quae in duos ramos se dividens bivium vitae monstrat; arduam, et angustam virtutis viam extendens a dextra, mollem, et latam vitii a sinistra. 89 Virtutis crebris actionibus, et laboribus tritum. 90 Hesternam evaporat crapulam. 91 Scilicet oscitatione. 92 Estne scopus, vel finis aliquis vitae tibi propositus? 93 Actiones. 94 Vagus erras pueri more, qui corvos testa, lutoque petit. 95 Temere, nec viarum, nec consiliorum ratione habita. 96 In diem sine proposito. 97 Pharmaca vitiosos humores purgantia sero poscas, ubi jam invaluit hydrops, Sat. 4. v. 16. 98 Et quid opus medico insigni, qualis fuit Craterus tempore Augusti, ad restituendam sanitatem, cum in manu tua sit praecavere morbum qui premit? Metaph. à corpore ad animum. 99 Aureos nummorum.

(*) Hispan. El peón, con que juegan los niños.

(*2) Lat. Pannus, vilis. (*3) Lat. Porticus picta.

(*4) Principiis obsta: sero medicina paratur,
 Cum mala per longas convaluere moras.
 Sed propera: nec te venturas differ in horas:
 Qui non est hodie, cras minus aptus erit. Ov. de Rem. Am.

Disciteque sibi miseris, et causas cognoscite rerum,
 2 Quis sumus, et quidnam victuri gignimur, + ordo
 Quid datus, aut metae quam mollis flexus, et undae:
 Quis modus argento, * quid fas optare, quid asper
 " Utile nummus habet: patriae, carisque propinquis 70
 Quantum elargiri deceat: ** quem te Deus esse
 Jussit, et humana qua parte locatus es in re.
 15 Disce: nec invideas: 16 quod multa fidelia putet
 In locuplete penu, 17 defensis pinguibus Umbris,
 Et piper, et pernae Martis 18 monumenta clientis 75
 19 Moenaque quod prima nondum defecerit orca:
 20 Hic aliquis de gente 21 hircosa Centurionum
 Dicat, Quod sapio, satis est mihi, non ego curo
 Esse quod 22 Arcesilas, 23 aerumnosique Solones,
 (*2) Obstipo capite, et 24 fingentes lumine terram, 80
 Murmura cum secum, et 25 rabiosa silentia rodunt.

1 Rerum expertendarum, et
 fugiendarum ad felicitatem asse-
 quendam. Juven. vivendi causas,
 vel etiam, causas naturales. 2
 Quae hominis sit natura. 3 In
 quem finem. 4 Fatorum certa
 lex, qua fieri omnia asserueret
 Stoici: vel gubernatio divina.
 5 Felicitatis, aliis vitae quam
 breve sit spatum, et unde mors
 immineat. Metaph. à meta Circ-
 censi, quam in flexu evitare pe-
 riti aurigae erat. 6 Quanta sit
 artis, et operae regere. 7 Uni-
 dae, ut sit quasi meta ad quam
 circumflectenda est remigatio in
 navalium certamine: alii leg. unde,
 ut sup. not. 5. 8 Quaerendo,
 et erogando. 9 Quae vota. 10
 Signatus recens. 11 Utilitatem,
 usum. 12 Ex officio debeas.
 13 Cujus qualitatis, (*) χιστως.
 14 Quae pars sit universi. 15
 Hanc sapientiam edisce: nec in-
 vidiendo doleas, si advocatis,
 et patronis Romanis uberior mu-
 nierum copia suppeditat quam ti-
 bi. 16 Quod vasa piae copia,
 et affluentia patent advocatis in
 cella pennaria. 17 Divitibus,
 uberis soli dominis Umbris, Ita-
 liae populis, quos ille in judicio
 defendebat. 18 Missa à clienti-
 bus donaria. 19 Et quod salsa-
 mentum illud supersit è prima
 orca, vel prima seria, ac parte
 orcarum, nec deficit, pluribus à
 clientibus in dies donatis. 20
 Neque movearis; quod indocti mi-
 llites aspernentur philosophos. 21
 Quorum alae hircum ollent, al-
 hirtosa. 22 Ego non studeo esse
 philosophos, qualis fuit ille Ar-
 cesilas, qui cum nihil sciri af-
 firmaret, dictus est philosophiae
 evensor, neque esse volo sapientum
 unus, ut... 23... Solon le-
 gislator Atheniensis, qui me vi-
 giliis, studiisque inacrem, ae-
 rumnosus deinde futurus. 24
 Quod attenti, et cogitabundi
 signum est. 25 Quae furorem
 sapientum, rabidi autem canes non
 latrant.

(*) Lat. Habitus. (**2) Obstipo: obliquo curvo.

Atque exorrecto trutinantur verba labello,
Aegroti veteris meditantes somnia , ²⁵ Gigni
De nibili nibil , in nihilum nil posse reverti.

²⁷ Hoc est , quod palles? cur quis non prandeat , hoc
est?

²⁸ His populus ridet multumque ²⁹ torosa juventus
Ingeminat tremulos naso ³⁰ crispante cachinnos,
*** Inspice :** ³¹ nescio quid ³² trepidat mihi pectus , et
aegrus

Faucibus exsuperat gravis halitus , inspice , sodes ,
Qui dicit medico , ³³ (*) jussus requiescere , ³⁴ postquam
Tertia compositas vedit nox currere ³⁵ venas ⁹¹
³⁶ De majore domo ³⁷ modice sitiente lagena ,
³⁸ Lenia ³⁹ loturo sibi ⁴⁰ Surrentina rogavit .

*** Heus bone , tu palles :** ⁴¹ Nihil est . ⁴¹ Videas tamen
istud

Quicquid id est : surgit tacite tibi ⁴³ lutea pellis. ⁹⁵

²⁶ Meditantes nugamenta philosophica , quale hoc est , *Ex nihil nihil* , etc. ²⁷ Hoc tanti est ,
inquit Centurio , ut ad pallorem
studeas? ²⁸ Philosophiae placitis . Alii legunt , *hos* , id est ,
philosophos . ²⁹ Robusta , militaris . ³⁰ In rugas prae effuso
risu , contracto . *** Ut vero aeger** , responderet philosophus , ne-
glecto medico , perit: ita vitiosi
isti , qui philosophos animi medi-
cos ludibrio , et contemptui ha-
bent , misere peribunt . ³¹ Ordo
est : Qui dicit medico , inspice:
nescio quid sibi velint haec....
³²... Febris symptomata , et gra-
vis morbi indicia , cordis palpi-
ratio , respiratio aegras ; et spiri-
tus graveolentia : jussus requies-
cere ad quartum diem non absti-
net , sed in gravem morbum la-
bitur . ³³ Ut ex requie , et absti-

nentia convalescat , quod fit in-
ter initia morborum . ³⁴ Ubi
aeger videt nocte tercia mode-
rate , et ^(*) *aeger* conve-
nienter fluere.... ³⁵... Arteria-
rum pulsus , vel , venas simpli-
citer . ³⁶ Ibi neglecto medici
consilio , tanquam de morbo se-
curus , poscit , vel deficiente
sua è domo divitis cuiusdam a-
mici.... ³⁷... In lagena non ad-
modum capaci , vel deficiente
sua... ³⁸... Vina , quorum aus-
teritatem decoxit aetas... ³⁹...
Sibi balneum ingressuro... ⁴⁰...
E Surrento Campaniae oppido .
⁴¹ *Medici interventis , visen-*
tisque aegrum verba. ⁴² *Aeger*
respondeat morbum , vel dissimu-
lans , vel non sentiens. ⁴³ *Palli-*
da cutis ab aqua intercuti intu-
mescit.

(*) Mandandole el Medico hacer cama.

(*) Lat. Bona valetudine , bona corporis habitudine.

⁴⁴ At tu deterius palles : ne sis mihi tutor :

⁴⁵ Jampridem hunc sepelli: ⁴⁶ tu restas : ⁴⁷ perge, tacebo.

⁴⁸ Turgidus hic epulis , atque ⁴⁹ albo ventre , ⁵⁰ lavatur,
Guttura sulfureas lente exhalante ⁵¹ mephites.

Sed tremor inter vina subit , calidumque ⁵² trional ¹⁰⁰

Excutit è manibus : ⁵³ dentes crepuere rerecti,

Uncta cadunt laxis tunc ⁵⁴ pulmentaria labris.

Hinc ⁵⁵ tuba , candelae: tandemque beatulus alto

Compositus ⁵⁶ lecto , crassisque ⁵⁷ lutatus amomis,

In ⁵⁸ portam rigidos calces extendit : at illum ¹⁰⁵

⁵⁹ Hesterni ⁶⁰ capite induito ⁶¹ subiere ⁶² Quirites.

⁶³ (*) Tange miser ⁶⁴ venas , et pone in pectore dextram.

⁴⁴ Tu potius , ô medice , *inquit deploratae spei aeger* , mihi pallere , et aegrotare videre , quin me mittis , et te curas ? mihi te tutore nihil est opus , *idem faciunt perdit* , qui correpti maledicta ingerunt . ⁴⁵ Hunc , ait Philosophus , incontinentem aegrum , medicos contremnentem jamdudum sepelli , efferetur mox mortuus , tam scio , quam si jam extulisse . ⁴⁶ Tu contemptor philosophorum restas efferendus . Possunt et haec esse verba aegroti dicentis ; unde novus hic mihi tutor ? priorem illum qui eadem , quea tu usque canebat , meque monendo inhibebat ne viverem meo arbitrio , jamdudum extuli , spero et te propediem . Omnes composui felices . Nunc ego resto , *inquit Horat.* 9. Serm. 1. lib. ⁴⁷ Deride , vive , *inquit Medicus* , tuis moribus , ede , bibe , lava , animo tuo morem gerere : quantum ad me , taceo , et abeo . ⁴⁸ Ille quidam aeger sperto medico interiit , et hic etiam qui medici consilium , id est , philosophiam contemnit ; peribit . ⁴⁹ Pallido , vel cibis distento . ⁵⁰ Balnea intrat , quod aegrotis periculosem . ⁵¹ Grave oientes à cruditate spiritus . Mephitis pro-

prie est terreus putor ex sulphureis , et corruptis aquis ascendens . ⁵² Calicem capientem tertiam sextarii partem . ⁵³ Ex tremore capit is , et totius soluta compage dentes rerecti labiis retractis stridet . ⁵⁴ Cibi lauti evomuntur . ⁵⁵ Mox illi mortuo apparantur , quae ad funeris solennitatem spectant tubae , tibiae , faces , etc . ⁵⁶ Ferali . ⁵⁷ Unctus & pollinctus , ut Satt 6. v. 35. ⁵⁸ (*) *Kαταχρησία* pro janua : versis in januam pedibus pro more componendi mortuos in feretro , qui cum ut plurimum in caput nari fuerint in vitam , ita in pedes rursus effureruntur ad sepulturam , vel natum civitatis , extra quam efferebantur , sepeliebantur , utebantur . ⁵⁹ Recens manumissi ex testamento defuncti . ⁶⁰ Pileo-donati . ⁶¹ Feretro , praestituri patrono supremum hoc officium . ⁶² Cives Romania Qui-riño , id est , Romulo . ⁶³ *Inquit medicinae* , id est , philosophiae contemptor . Quo mihi haec de febre , et morte ? ego pulchre valeo , tange arteriam , explorasi mihi quis morbus . ⁶⁴ Arteriam .

(*) Quasi diceret per *καταχρησίαν* , id est , per abusum.

(*) Tomame el pulso.

Nil

Nil ⁶⁵ calet hic : (*) summosque pedes attinge , manusque.

Non ⁶⁶ frigent. ⁶⁷ Visa est si forte a pecunia , sive

b Candida vicini subrisit molle puella ,

110

⁶⁸ Cor tibi rite salit ? c Positum est ⁶⁹ algente catino

Durum olus , et ⁷⁰ populi cribro decussa ⁷¹ farina.

⁷² Tentemus fauces : tenero latet ⁷³ ulcus in ore

Putre , quod haud deceat plebeja ⁷⁴ radere beta. 114

d Alges , cum ⁷⁵ excussit membris timor albus aristas:

e Nunc ⁷⁶ face supposita fervescit sanguis , et ira

Scintillant oculi : dicisque , facisque quod ipse

Non sani esse hominis , ⁷⁷ non sanus juret (*2) Orestes.

⁶⁵ Non arguit calorem è febri.

⁶⁶ Nec frigent extremae partes.

⁶⁷ Respond. Philosophus: Immo

gravioribus laboras morbis ayari-

stae , b libidine , c mollitate , d ti-

more , e iracundia. ⁶⁸ Annon

cordis abdito motu prodis ani-

mi morbum. ⁶⁹ Olus ipsum in

catino algens , id est , frigidum.

⁷⁰ Non pollinario , et subtili.

⁷¹ Panis cibarius. ⁷² Si possis

his vesci. ⁷³ Ulcus delicatae

gulae. ⁷⁴ Exasperare vili cibo,

et fabrorum prandio , bera. Mar-

tial. 13. lib. 13. epigr. 75 Ne-
gabas te pallere , aut algere , ex-
anguis tamen timor te horrere
facit , erexitque tibi pilos , aristarum more. 76 Dicebas modo
nil caluisse , ecce autem bile
suffusus sanguis circa cor ebullit , velut igne supposito , et ira
scintillant oculi. 77 Exagitarus
furii matris Clytemnestrae , quam
patris necem ultrus , cum adul-
tero Aegistho occiderat , hoc
est , ipsi insani te insanum judi-
cabunt.

(*) Tientame los extremos de pies , y manos.

(*2) Filius fuit Agamemnonis , Mycenarum Regis.



SATYRA IV.

Sub persona Socratis Alcibiadem objurgantis, invehitur in Neronem, qui nobilitatis suae ostentatione, et populi assentatione inflatus Remp. est aggressus: ad cuius administracionem (bene licet ad tempus dissimulet) nullis prudentiae civiliis, ne scientiae quidem moralis sit remis instructus.

REm populi tractas? ¹ (barbatum haec crede ² magistrum
Dicere ⁴ sorbitio tollit ⁵ quem dira cicutae)
Quo fretus? Dic hoc magni ⁷ pupille Pericli,
Scilicet ⁸ ingenium, et ⁹ rerum prudentia ¹⁰ velox
Ante pilos venit, dicenda, tacendaque calles.
Ergo cum mota ¹¹ fervet plebecula ¹² bile,
Fert animus calidae fecisse silentia turbae
Majestate ¹³ manus: quid deinde loquere? Quirites,
Hoc, puto, non justum est, illud male, rectius illud.
¹⁴ Scis etenim justum gemina suspendere lance ¹⁰
Ancipitis librae: rectum discernis, ubi ¹⁵ inter

¹ Tune rempublicam adminis-
tras? ² Barbas alebant philoso-
phi promissas ad gravitatem. ³
Socratem magistrum tuum, o Al-
cibiades, vel magistrum, cuius
è schola, tanquam ex equo Tro-
jano prodierunt Philosophorum
sectae: Socratem autem inducit
monentem, et corripiemem (*)
Alcibiadem, quo à se amoveat
periculum, et suspicionem taxati
Neronis Imperatoris. ⁴ Haus-
tus cicutae, poena capitalis a-
pud Athenienses. ⁵ Fraude, et
invidia circumventum, quasi de
Diis male sentiret, etc. Xenoph.
(*) ἀπομνήμη. ⁶ Qua arte?

⁷ Alcibiadis tutela avunculi tui
Periclis insignis, et jactabunde:
Et Neronem Poppaea pupillum vo-
cavit, ut cui tutores essent Bur-
rhus, et Seneca. ⁸ Ironice. Ti-
bi proculdubio contigerunt artes,
et scientiae... ⁹... (*3) τεχνὴ
τέλη, et experientia rerum...
¹⁰... Praecox, ante barbam, et
annorum maturitatem. ¹¹ Sed-
tiosa saevit. ¹² Ira, et tumultu.
¹³ Porrectae, vel motae, in si-
gnum silentii. ¹⁴ Quatuor ser-
quentes versus lege ironice, vel
interrogatorie. ¹⁵ Inter duo ex-
trema vitia injusta.

(*) Vide Alcibiadis vitam apud Cornelium Nepotem.

(²) Lat. Dicta memorabilia.

(³) Lat. Ars, seu disciplina politica, id est, ad cives bene
regendos.

Curva subit , vel ¹⁶ cum fallit ¹⁷ pede regula varo:
 Et potis es nigrum ¹⁸ vitio praefigere ¹⁹ theta.
 Quin tu igitur summa nequicquam ²⁰ pelle decorus
 Ante diem blando ²¹ caudam jactare popello ¹⁵
 Desinis , ²² Anticyras ²³ melior sorbere (*) meracas?
²⁴ Quae tibi ²⁵ summa boni est ? ²⁶ uncta vixisse patella
 Semper , et assiduo ²⁷ curata cuticula ²⁸ sole.
²⁹ Expecta : haud aliud respondeat haec anus , I nunc ,
³⁰ Dinomaches ego sum: ³¹ (*) suffla , sum ³² candidus.

33 Esto

20

Dum ne deterius sapiat pannucia ³⁴ Baucis ,
 Cum bene ³⁵ discincto ³⁶ cantaverit ³⁷ ocima vernae.

¹⁶ Ubi legis norma varianda
 est propter variam circunstan-
 tiae alicuius exceptionem , vel ,
 ubi lex ipsa non recta sit: po-
 teris tu vitiosam regulam coar-
 guere. ¹⁷ Crure regulae intor-
 to. *Metaph. à fabrili arte.* ¹⁸
 Vitiorum reis , et convictis. ¹⁹
 @ litteram condemnatoriam , no-
 tam mortis , *Bavāta.* ²⁰ Alci-
 biades forma: Nero triumphali
 veste , vel simulata probitate ,
 vultu etiam pulchro. ²¹ Pavon-
 um more expansa cauda te ven-
 ditare , vel instar canis mora
 cauda adulari , et captare auram
 populariem. ²² Elleborum in
 insula Anticyra copiose natum ,
 ortam ex melancholia insaniam
 purgans. ²³ Aptior , cui ipsi
 magis opus erat dementia , et
 viciis purgari , quem curam alio-
 rum suspicere , regi quam re-
 gere. ²⁴ Tantum abes a pruden-
 tia civili , qui finis est , ut ne
 moralium quidem scientiam ullam
 habeas. ²⁵ Quidnam enim tibi
 summum bonum est ? ²⁶ Res-
 pondet ex persona Alcibiadis , seu

Neronis , Gula , et luxus. ²⁷
 Libido , et mollis , immo foeda
 corporis cura. ²⁸ Insolatio cu-
 tis ad acquirendam corporis sic-
 citatem : vide vers. 33. sequent.
²⁹ Recte , attende parumper ,
inquit Poeta. Tu princeps (in
 diis placet) nihil sanius sta-
 tuis de summo bono , quam mu-
 liercula haec in transitu , quae
 olera venalia clamitat. ³⁰ No-
 bilissimae foeminae filium te ja-
 ccta , @ Alcibiades , sic Nero A-
 grippae. ³¹ Hoc solum habes
 quod gloriaris tumidus , et op-
 ponas. ³² Speciosus , et pelle
 decorus. ³³ Quid hoc ? si ni-
 hilo plus sapias qua Baucis pan-
 nosa. *Donatus* : multis conglö-
 barata pannis , *aliis rugosa* , ut
 Plin. 15. 14. pannacea mala. ³⁴
 A Poëtis usurpatum nomen ve-
 tulac olitricis. ³⁵ Dissoluto. ³⁶
 Promeritalia clamitaverit. ³⁷
 (*) *βασιλεὺς* pro quovis ole-
 re positum , vel cantando oci-
 mun , quod Graeci etiam (*)
 μισθίδεσσι appellant , servis ex-
 probrat conditionem suam.

(*) Puras , sine admistione.

(*2) *Hinchate.*(*3) *Lat. Regium.*(*4) *Lat. Servis invisum.*

- 38 (*) Ut nemo in sese tentat descendere , nemo:
 39 Sed praecedenti spectatur mantica tergo.
 40 Quaesieris : Nostin' Vectidi praedia ? ⁴¹ cujus? 25
 Dives ⁴² arat ⁴³ Curibus quantum non milvus ⁴⁴ ob-
 erret.
 Hunc ais ? ⁴⁵ hunc diis iratis , ⁴⁶ genioque sinistro,
 Qui ⁴⁷ quandoque jugum ⁴⁸ pertusa ⁴⁹ ad compita fi-
 git,
 Seriolae veterem metuens deradere ⁵⁰ limum , 29
 51 Ingemit , hoc bene fit : tunicatum cum sale mordens
 52 Caepe , et ⁵³ farratam ⁵⁴ pueris plaudentibus ol-
 lam ,
 55 Pannosam faecem morientis sorbet acetī ?
 56 At si unctus cesses , et ⁵⁷ figas in cute solem ,
 Et prope te ⁵⁸ ignotus , ⁵⁹ cubito qui tangat , et ⁶⁰ a-
 cre
 Despuat in mores : penemque , arcanaque lumbi 35

38 Vide quam nemo se nosse
 laboret , alium omnis . Tu prin-
 ceps aliorum vitia inquiris , re-
 prehendis , damnas : ad tua inter-
 rim connives , ac illa putas late-
 re , nec iam latent , dum enim
 tu de nostris moribus cognoscis ,
 et nos de tuis . 39 Ex apolo-
 Aesopi praecedentium vitia cer-
 nuntur a sequentibus . 40 Tu
 quaeris , an norim divitis illius
 praedia , cuius avaritiam insecta-
 ri vis . 41 Ego requiro , cuius ?
 an illius qui.... 42... Possidet ,
 vel simpliciter arat ? 43 In Sa-
 binis . 44 Circumvolando non
 emeriatur . 45 Tu refers . Dico
 illum ipsum Vectidium , natum ,
 vel viventem diis , hominibus ,
 atque sibi male . 46 Quem de-
 fraudat . 47 Quandocumque , si
 quando... 48... Ad pervia , ra-
 mosa , hinc inde patentia com-
 pita... 49... Suspenso jugo com-
 pitalia celebrat , vel ipso die

festo vix solvat jugum . 50 Pi-
 cem , id est , relinire . Vide Sa-
 tyr . 5. vers . 51 Cum gemini
 sit faustum hoc verbum Bene sit
 pronunciat , quod Virg . 8. eclog .
 bonum sit . 52 Non purgatum .
 53 Pultem è farre in olla co-
 actam . 54 Familia , libertis suis
 et servis exultantibus , ac si
 laute tractentur . 55 In hoc ver-
 su quaevis dictio est emphatica .
 Vappam , cui insunt flores , floc-
 ci quidam , et panniculi . 56
 Tuam vero , qui in alterum aya-
 ritiam , et sorores paratus es di-
 cere , probrosam libidinem est qui
 videat , et reprehendat . 57 Ad
 solem te ungas , ut oleum imbi-
 bitum cutim reddat nitidam . 58
 Quem tu non cogitas . 59 Ani-
 madverterat , et arguat . Nonne vi-
 des , aliquis cubito stanem pre-
 tangit , florat . 60 Acriter ex-
 cretur .

(*) Como ninguno mete la mano en su seno!

61 Runcantem populo marcentes ⁶² pandere vulvas.
 63 Tu cum ⁶⁴ maxillis ⁶⁵ balanatum ⁶⁶ gausape pe-
 ctas ,
 Inguinibus quare detonsus ⁶⁷ curgilio extat ;
 Quinque ⁶⁸ palaestritae licet haec ⁶⁹ plantaria vellant ,
 70 Elixasque nates labefactent forcipe adunca ,
 Non tamen ista ⁷¹ filix ullo mansuescit aratro.
 72 Caedimus , inque vicem praebemus crura sagittis.
 Vivitur hoc pacto : ⁷³ sic novimus : Ilia subter
 74 Caecum vulnus habes ; sed lato ⁷⁵ balteus auro
 Praetegit : ⁷⁶ ut mavis , da verba , et ⁷⁷ decipe ner-
 vos .
 Si potes . ⁷⁸ Egregium cum me vicinia dicat ,
 Non credam ? ⁷⁹ viso si ⁸⁰ palles improbe a nummo .

61 Radicitus evellentem , de-
 pillantem . 62 Ut patiaris mu-
 liebria . 63 Cur capillos , et bar-
 bam atens depilas pudenda ? ut
 scilic . (*) τις οἱ βάλανοι πι-
 γέδαι καθαρὰ ; τὸ δὲ , τεία
 ναι οὐλιόδυρος ἐγένεται ἀπό
 τη οὐρασθαι θερμοί . Lucian. in
 φιλολογίῃ . 64 Pectine den-
 tato instar maxill . alii cum ma-
 xillis , id est , et maxillas , hoc
 est , mentum , et genas . 65 Ba-
 lanino unctum . 66 Capillitum ,
 instar gausapis villosi , alii bar-
 bam . 67 Muto à similitudine
 curgulionis , vel columellae , vel
 vermiculi . 68 Depilatores ro-
 busti , velut palaestritae . 69 Pi-
 los . 70 Assiduis balneis , vel
 ad (**) δραπαχισμού Jotas .

71 Isti pili nullo psilothro , vel
 forcipe penitus evelluntur . 72
 Ut gladiatores , dum adversari-
 um petunt , se telo exponunt:
 ita et nos aliorum vitia inqui-
 rendo praebemus iis occasionem
 de nostris cognoscendi . 73
 Ex tua in aliis vitiis acri dis-
 quisitione . 74 Libidinem dissim-
 ulatam . 75 Potentia tua , et
 imperium tua vitia regunt . 76
 Sed te non latent , quin te de-
 cipe si potes , et... 77... Finge
 te sanum , vel imperii onus sus-
 cipe ultra vires . 78 Inquit Alci-
 biades , aut Nero . 79 Si sis
 a avarus , inquit Poeta , b libidi-
 nosus , c injustus , rejecta po-
 puli assentatione , ne affectes Rem-
 publ . tibi conscius quam pruden-
 tia sis destitutas . 80 Desiderio
 numini .

(*) Lat. Quis sibi vult pura densare ? Lacvia autem , et lubrica
 facere , quae videre nefas ?

(**) Lat. Ad dropacis (medicamenti , qua pili evellebantur)
 conspersionem ,


- 6 Si facis, in penem quicquid tibi venit ⁸¹ amarum,
 82 Si ⁸³ Puteal multa c cautus vibice flagellas:
 Nequicquam populo ⁸⁴ bibulas donaveris aures. 50
 85 Respice quod non es: ⁸⁶ tollat sua munera cerdo:
 87 Tecum habita, et noris quam sit tibi curta supellex.

81 (*) *τανάστηρος*, libidi-
nini enim non raro acerbi exitus.

82 Si defatorum litigis forum
vexari patiaris, *vel*, si primos
urbis vicos noctu cum gladiato-
ribus pererrans, obvios caedis,
vel, si puteal gravissimae foc-
neratorum usurae, te permitten-
te, vexent. 83 Puteo labrum
magnificum impositum juxta Fa-
bianum arcum, in portico Ju-
lianæ, ubi foeneratores versari,

et judices jurare soliti, ibidem-
que tribunal. 84 Laudis siti-
bundas, credulas. 85 Noli ti-
bi arrogare, et sumere, quod
non habes. 86 Ne crede assen-
tationibus, sed sibi habeat va-
nas suas laudes levis, et vilis
populus. 87 Tu te examina, et
comperio quantula sit tibi pru-
dentiae civilis ad rem publicam
administrandam vis, intra pelli-
culam tuam te contine.

(*) *Lat.* Dulciter amarum.



S A T Y R A V.

*Gratum erga Cornutum praeceptorem situm testatur animum.
Deinde quae sit vera libertas ostendit, idque juxta Stoico-
rum paradoxon: solum sapientem liberum esse.*

* **V**Atibus hic mos est, centum sibi poscere voces.
Centum ora, et linguas optare in carmina cen-
tum:

b Fabula, seu moesto ponatur hianda tragœdo.

c + Vulnera, seu Parthi ducentis ab inguine ferrum.

d Quorsum haec? aut quantas? robusti carminis offas?

e Ingeris, ut par sit centeno gutture niti?

Grande locuturi nebulas¹⁰ Helicone legunto:

f Si quibus aut¹¹ Prognes, aut si quibus olla¹² Thyes-

tae

g Fervebit, saepe insulso¹³ coenanda¹⁴ Glyconi.

1 Hujus temporis Poëtis qui...
2 ... tragœdias, et (Neroni adulantes) ...
3 ... Parthica scribunt bella, mos est centum poscere
voces, in imitationem Homeri. 2.
Iliad. Virgil. 6. *Aeneid.* Ovid. 12.
Metam. 2 A Poëta Tragico scri-
batur... 3... Summa vocis con-
tentione pronuncianda à moes-
ticiam præ se ferente Tragoe-
do, id est, actore, seu histrio-
ne. 4 Data, vel accepta. 5 E
vulnerato inguine extrahentis:
vel Parthi, dum fuderet se si-
mulat, sagittas mittentis in hos-
tes ab inguine ductas, ut aliis
jaculandi mos ab auricula, mama-
ma, vel humero. *Virgatis jacu-
lantis ab inguine braceis,* Pro-
pert. 4. lib. ubi Jos. Scal. ja-
culari ab inguine barbarum est:
ut à capite Graecum. 6 Fingit
Cornutum quasi præsentem
quærere, *In quem finem linguas,
et voces istas pascat Satyricus?*

7 Fortis epici carminis ampli-

las, et globulos verborum. *Me-
taphor.* *durior.* 8 Intendis, ob-
jicis, ut opus sit centeno gut-
ture niti? 9 Timida figura
specie magna, nugas sonoras.
10 Vide Prologivers. 4. 11 Qui-
cunque scripturi sunt tragœ-
dias, quarum argumenta sunt
filii olla cocti, et appositi pa-
tribus Tereo, et Thyestæ. 12
Qui Ityn filium Tereo marito
coctum apposuit, ultra vim ejus,
et stuprum Philomelæ illatum.
13 Cujus filios decocitos Atreus
frater illi apposuit coenando in
ultionem incestus cum Europa
uxore: vide quae nos ad Seneca
Thyesten. 14 Maxima ani-
mi concitatione, et acri studio
describenda servabit: *continua-
ta allegoria ab olla, ut et....* 15
... coen. id est, agenda, et re-
praesentanda. 16 Tragoediarum
illi actori infuso, ut cui cram-
be toties repetita non pariat nau-
seam.

Tu

27 Tu neque anhelanti , 28 coquitur dum massa camino,
 Folle premis ventos : 29 nec clauso murmure raucus 11
 Nescio quid tecum grave cornicaris inepte,
 Nec 20 scloppo tumidas intendis rumpere buccas.
 21 Verba togae sequeris , 22 junctura callidus acri,
 Ore 23 teres medico , 24 pallentes 25 radere mores 15
 26 Doctus , et 27 ingenuo culpam defigere ludo.
 28 Hinc trahe quae dicas : 29 mensasque relinque 30 My-
 cenis
 Cum 31 capite , et pedibus : 32 plebejaque prandia noris.
 33 Non equidem hoc studeo , 34 bullatis ut mihi 35 nugis
 Pagina turgescat , 36 dare pondus idonea fumo. 20
 37 Secreti loquimur : tibi nunc hortante 38 Camoena
 Excutienda damus praecordia : 39 quantaque nostrae
 Pars tua sit , Cornute , animae , tibi dulcis amice,

17 Tu non scribis argumenta
 inflata , et versus ampulloso ,
 quibus meditantis , pronuncian-
 disque anhelantes opus sit agi-
 tare pulmones , non secus ac
 conclusae aurae follibus vexan-
 tur , dum igni mollitur ingens
 ferri massa. 18 Imitatio . Horat.
 Sat. 4. lib. 1. 19 Nec alte co-
 gitabundus inepte , vel expatia-
 ris , vel rauca , et compressa vo-
 ce more cornicium tibi obmurm-
 uras. 20 Sonantio inter re-
 citandum emissio spiritu , ex aere
 buccis inclusa. 21 In communi
 usu posita : alii Satyram in-
 telligunt , quae tota Romana est ,
 ut et toga. 22 Compositio
 accurata. Sat. 1. vers. 65. 23
 Concinnus , stylo modesto , non
 hianti , et turgido ore , alii le-
 gunt ieris , id est , explicas , ex-
 polis. 24 Quos quis male con-
 sciens horret , erubescendos mo-
 res , quorum mentione , et con-
 scientia palitet , aut rubet , au-
 ditor , cui frigida mens est. Ju-
 ven. 1. 25 Reprehendere , car-

pere , perstringere. 26 Sciens.
 27 Urbanis , et falsis jocis. 28
 Ex eadem mente , eodem stylo ,
 et subjecto. 29 Tragica illa ar-
 gumenta relinque... 30... Grac-
 cis tragicis , atque iis , qui gran-
 de , et tumidum carmen affe-
 ctant. 31 Capite , pedibus , et
 manibus Plisthenis , et aliorum
 filiorum Thyestae , quae reser-
 vavit Atreus inspicienda fratri.
 Vide Senec. Thyest. 32 Tu mo-
 res populi Satyrico sale frica.
 33 Resp. Persius : Non posco
 centenas voces ad turgida illa ,
 atque Tragica , sed quibus suf-
 ficiam tuis erga me meritis , o
 Cornute , tibi que gratiis agendis.
 34 Ampulloso , vanis. 35 Spec-
 ciosis pigmentis. 36 Carinæ
 gravi argumentum leve exorna-
 re , atque extollere. 37 Inge-
 nue , sincere , perinde ac si se-
 creti loqueremur. 38 Grata , ac
 simplici musa , vel versu. 39
 Quam pars melior , et major sis
 animae nostrae , id est , meao.

Ostendisse juvat , ⁴⁹ pulsa , dignoscere cautus 24
 4¹ Quid solidum crepet , et pictae ⁴² tectoria linguae.
 4³ His ego centenas ausim deponscere voces,
 Ut quantum mihi te ⁴⁴ sinuoso in pectore fixi,
 4⁵ Voce traham pura : totumque hoc verba ⁴⁶ resignem
 Quod latet ⁴⁷ arcana non enarrabile fibra.
 Cum primum ⁴⁸ pavido ⁴⁹ custos mihi ⁵⁰ purpura ⁵¹ ces-
 sit , 30
 52 Bullaque ⁵³ succinctis laribus ⁵⁴ donata pependit:
 Cum ⁵⁵ blandi comites , totaque impune ⁵⁶ Suburra
 Permisit sparsisse oculos jam ⁵⁷ candidus umbo:
 Cumque ⁵⁸ iter ambiguum est , et vitae nescius error
 Deducit ⁵⁹ trepidas ⁶⁰ ramosa in compita mentes, 35
 Me tibi supposui : teneros tu suscips annos
 * Socratico Cornute sinu , tunc ⁶² fallere solers

40 Tange , pulsa digito , ut
 qui fictilia explorant. 41 Quid
 integrum et verum sonet....
 42.... quid simulatum , et fuca-
 tum. Metaphora à parctum in-
 crustationibus. 43 Ad animum
 sincere gratum exprimentum ,
 non ad sonoras fabulas , et in-
 flatas nugas. 44 Intimis pene-
 tralibus , et ipsi animi mei la-
 tebris. 45 Ingenue proferam.
 46 Una mea lingua. 47 In imo
 cordis recessu. 48 Sub praece-
 ptoris imperio , vel vim timenti
 aliunde. 49 Pudicitiae , et ve-
 recundiae , cuius tintura , et
 synholm purpura. 50 Toga ,
 cui praetexitur purpura : qua Ro-
 manorum filii ad pubertatem
 aetatis scilicet , annum xvi. ami-
 ciebantur. 51 Reliqui me , sum-
 pra jam virili toga. 52 Cordis
 figuram habens , ante pectus in-
 genuis annexa nobilium filiis au-
 rea , tenuiorum filiis coriacea ,
 Juven. Sat. 5. vers. 163. 53 Ga-
 bino cinctu , vel habitu peregrin-
 antium formatis , et caninis pel-
 libus amictis. 54 Pueris , cum
 ex ephebis excederent , bullas ,
 et praetextas laribus consecra-

tas ad suam cujusque effigiem
 appendere mos erat. 55 Assen-
 tantes , non rigidi ut paedagogi.
 56 Vico Romano , quod sub urbe
 antiqua esset dicto , infami , et
 lubrico , in quo habitabant me-
 retrices : vide quae ad Martial.
 epigram. 35. lib. 1. cap. 57 Cly-
 peus , qui mihi , pro more Ro-
 mano in viros jam transcripto ,
 mei juris facto , et tyroni datus
 est albus , id est , insigni vacuus ,
 stipendiis , et rebus pulchre ges-
 tis postmodo insigniendum : vel
 centrum plicatum togae virilis
 albae in umberonis formam corrug-
 atum. Casaub. 58 Alludit ad
 bivium Herculis Prodigii apud
 Xenoph. 2. Apomn. 59 Anxie
 dubias. 60 Alludit ad litteram
 Pythagorae Y. ubi se via findit
 in ambas. Supr. Sat. 3. vers. 56.
 61 Institutione Stoica è Socratis
 schola. 62 Absque taedio , aut
 rigore flectere , et emendare : vel
 lege ostendit : et ordinato , solers
 regula opposita ostendit intor-
 tos mores fallere , id est , quod
 pravi mores in errores , exitium-
 que trahunt.

Apposita ⁶³ intortos ⁶³ extendit ⁶³ regula mores:
 Et premitur ratione ⁶⁴ animus, vincique ⁶⁵ laborat,
⁶⁶ Artificemque tuo dicit sub pollice vultum. 40
 Tecum etenim longos memini consumere ⁶⁷ soles,
 Et tecum ⁶⁸ primas epulis decerpere noctes.
 Unum opus, et requiem pariter disponimus ambo,
 Atque ⁶⁹ verecunda laxamus seria ⁶⁹ mensa.
 Non equidem hoc dubites, amborum ⁷⁰ foedere certo 45
 Consentire ⁷¹ dies, et ab uno sidere duci.
 * Nostra, vel aequali suspendit tempora ⁷² libra
 Parca ⁷³ tenax veri, seu ⁷⁴ nata ⁷⁵ fidelibus ora
 Dividit in Geminos concordia fata duorum:
⁷⁶ Saturnumque gravem nostro ⁷⁷ Jove ⁷⁸ frangimus
 una. 50
⁷⁹ Nescio quod, certe est quod me tibi temperat, astrum.
⁸⁰ Mille hominum species, et rerum discolor usus:
⁸¹ Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.
 ✄ Mercibus hic Italis mutat ⁸² sub sole recenti

63 Intortos extendit, reg. trans-
 lata à fabrili arte. 64 Appeti-
 tus, et mollior pars irrationalis
 animi subjugatur, et docetur pa-
 rere rationis imperio. 65 Ae-
 gre, nec siue lucta vincitur. 66
 Pollice artifici. Hypallage, vel
 rectius, induit, sumit institutio-
 nis formam ante laboratam, à
 figulis translatio. Juven. Sat. 7.
 vers. 236. 67 Dies. 68 Primas
 partes noctium. 69 Refectione
 vel faciliis, et salibus mode-
 stis. 70 Situ, et consensu side-
 rum, qui plurimum valet ad si-
 militudinem morum, unde ami-
 citia. 71 Nativitates, seu vitas.
 * Sive utriusque nostrum nati-
 vitatibus praefuerit Libra, vel
 Gemini, seu alia quaevis con-
 stellatio, ex cuius influentia no-
 bis iidem mores, eadem dispo-
 sitiones, eadem studia. 72 Sub
 Geminis, Libra, et Aquario pā.
 ti. Unum pectus habent, fideique
 immobile vinclum. Manil. i. lib.
 73 Veritatis, et Justitiae, ut
 quae sub Libra, vel non men-
 dax, ut Horat. Od. 10. lib. 2.
 immutabilis. 74 Horoscopus. 75
 Qua nascentur fideles. Hypalla-
 ge. 76 Saturni inimici sideris
 malignitatem. 77 Clementia be-
 nigni Jovis, qui nos nascentes
 asperit. 78 Temperamus, miti-
 gamus, impedimus. Horat. Od.
 17. lib. 2. Seu Libra, seu me, etc.
 79 Vel aliud quod sidus nos in-
 clinat, ut amicè conspiremus.
 80 Et cum varia sint vitae insti-
 tuta: a aliis divitiis, b voluptu-
 tes sibi proponant alii, tu sapien-
 tie antistes praevis juventuti Ro-
 man. ad artes, et mores. 81 Vo-
 luntas, vitae institutum. 82 In
 regionibus Orientalibus hic mu-
 tat merces surgente à sole Florat,
 lib. 1. ser. 4.

Rugosum piper , et ⁸³ pallentis grana cumini: 55
 b Hic satur ⁸⁴ irriguo mavult ⁸⁵ turgescere somno,
 Hic campo indulget : hunc alea ⁸⁶ decoquit : ille
 In ⁸⁷ Venerem est putris ; sed cum ⁸⁸ lapidosa chiragrae
 Fregerit articulos veteris ⁸⁹ ramalia fagi ,
 Tunc ⁹⁰ crassos transisse dies, lucemque ⁹¹ palustrem, 60
 Et sibi jam seri vitam ingemuere ⁹² relictam.
 Ac te nocturnis juvat ⁹³ impallescere chartis,
 Cultor enim juvenum ⁹⁴ purgatas inseris ⁹⁵ aures
⁹⁶ Fruge Cleanthea. Petite ⁹⁷ hinc juvenesque , senesque
⁹⁸ Finem animo certum , ⁹⁹ miserisque viatica ¹ canis.
² Cras hoc fiet. ³ Idem cras fiet : ⁴ quid ? quasi ma-
 gnum
 Nempe diem donas ⁵ sed cum lux altera venit.
 Jam cras hesternum consumsimus : ecce aliud cras

83 Quod potum gignit pallo-
 rem , vel simpliciter pallentis.
 84 Sublati à stomacho vapores ,
 et à frigore cerebri in humores
 resoluti strigant sensoria , ob-
 struuntque meatus , unde so-
 nnus . 85 Saginat enim somnus.
 86 Consumit. 87 In Venerem
 solutus , et exhaustus ad putre-
 dinem usque. 88 Propter lapili-
 los , qui arthriticis in articulis
 concrescunt materiam scilicet
 calculosam , quae Tartarus dici-
 tur à similitudine. 89 Manus ,
 et pedes , homo enim assimila-
 tur arbori inversae. 90 In luxu ,
 et ignorantia caliginosa actos.
 91 In voluptatem coeno , et im-
 puritate. 92 Vide Sat. 3. v. 38.
 93 Ex studio pallorem contrahe-
 re. 94 Purg. à vitiis , vel prae-
 paratas , dociles. 95 Animum ,
 et est Hypallage , pro auribus
 frugem Cleanthis inseris. Meia-
 phora. 96 Disciplina Ethica ,
 Stoica , Cleanthes enim Zenonis
 fuit discipulus , et successor.
 97 Ex hac disciplina , et philo-
 sophia. 98 Qui finis est virtus ,

et honestum. 99 Praesidia ad-
 versus miserias , quas fert se-
 nectus , è mente Biantis , qui fi-
 lio suasit utilissimum senectuti
 comparare viaticum Virtutem ,
 et Sapientiam. 1 Capillis , ca-
 nitiei , senectuti. 2 Hic autem
 ignavus juvenis procrastinavit stu-
 dia , dicetque : Cras vacabo Phi-
 losophiae. 3 Immo , inquit Po-
 eta , idem cras facies quod hodie ,
 et differes usque. 4 Quid , in-
 quid Juvenis ? Adeone magna res
 est una ad voluptatem diecula
 concessa mihi cras aliam viven-
 di rationem iniuro ? 5 Sane ,
 respondet Poeta , non ita gravis
 est unius dicti iactura , si modo
 unius tantum esset ; verum ubi
 perit hesternus ille , quem tibi
 induitum fore petebas , neque
 hic dies videt te seniorem , quin
 et alterum petis cras : ecce pro-
 rogatum hoc indies cras aliud
 protrudit aliud : absuntque totos
 annos , atque ita in aeternum
 comperendinabitur : vide Mart.
 epigram. 59. lib. 5.

- * Egerit hos annos , et semper paulum erit ultra.
 7 Nam quamvis prope te , quamvis temone sub uno 70
 Vertentem sese , frustra sectabere ⁸ canthum,
 Cum rota posterior curras , et in axe secundo.
 * Libertate opus est: non ⁹ hac , ut quisque ¹⁰ Veli-
 nae
 11 Publius ¹² emeruit , ¹³ scabiosum ¹⁴ tesserula far
 Possidet. ¹⁵ Heu steriles veri , quibus una ¹⁶ Quiritem
¹⁷ Vertigo facit ! ¹⁸ hic Dama est non ¹⁹ tressis agaso?
²⁰ Vappa , ²¹ et lippus , et ²² in tenui farragine men-
 dax.
 23 Verterit hunc dominus , momento ²⁴ turbinis ²⁵ exit
^a Marcus Dama : papae! Marco ^b spondente recusas
 Credere tu nummos? Marco sub ^c judice palles? 80
 Marcus ^d dixit : ita est ; ^e adsigna Marce tabellas.

6 Pellit , trudit , proterit: ab
 Egero , egressi. 7 Quamvis enim
 tu ut posterior rota in axe se-
 cundo curras: priorem rotam ,
 crastinum diem prope te videoas,
 et mox te posse assequi putas,
 cum tamen illa sub eodem te-
 mone: id est , ^{eodem tenore} , et
 cursu ausfugiat: frustra attingere
 conaris. 8 Ferrum , quo rota
 munitur pro rota. * Qui igitur
 felicitatem tibi proponis , Philo-
 sophiae absque mora vaca: huic
 inservias oportet , ut vera tibi
 contingat libertas. Non differtur
 in diem , qui se illi subjecti statim
 circumagit , inquit Seneca. Quae
 tamen non est haec civilis , etc.
 9 Non hac civili , qua ut quis-
 que servus... 10... in tribum a-
 liquam relatus. Velina autem no-
 men tribus , quae numero alia-
 rum accessit. 11 Nomine pa-
 triotri assumpto , qui libertis mos
 erat. 12 Cui jam emerito , et
 manumisso praebetur frumentum.
 13 Corruptum , alii legunt
 scabrosum. 14 Tessera est si-
 gnum , quod accipiebat cives
 a curatore annonae , a quo fru-

mentum publice erogabatur ad
 pauperes cives sublevandos. 15
 Quam falluntur? 16 Civem Ro-
 manum. 17 Circumactio , ma-
 numentum dominus coram
 praetore dextra prehensum in
 orbem rotarum , et à manu mi-
 tebat , ut suae esset potestatis,
 quasi significans licere jam illi
 ire in quamcunque partem vel-
 let. 18 Nuper Dama servus ,
 nunc Marcus Dama liber , et ci-
 vis. 19 Vix triobolaris mulio ,
 id est , servus infimae condicio-
 nis. 20 Moribus nequam , in-
 sulsus ut vappa , id est , vinum
 insipidum , et corruptum per in-
 tericium caloris vitalis. 21 Scien-
 tiae rudis. Translatio à corpore
 in animum. 22 In rebus vilissi-
 mis , etiam jumentorum cibariis
 fallax , et fraudulentus. 23 Post-
 quam tamen verterit hunc do-
 minus. 24 Circumactionis. 25
 Factus est , ^a civis , et liber
^b sponsor , ^c judex , ^d testis ,
^e testator , et haec dicit recens
 manumissus Dama , seu sautor
 ejus , vel etiam Poëta Irônicè.

Haec mera libertas , hanc nobis ²⁶ pilea donant.

²⁷ An quisquam est alius liber , nisi ducere vitam
Cui licet , ut voluit ? licet , ut volo , vivere : non sim
Liberior ²⁸ Bruto ? ²⁹ Mendose colligis , inquit 85
Stoicus hic , aurem mordaci lotus aceto.

³⁰ Hoc reliquum accipio , ³¹ Licet illud , et Ut Volo
tolle ,

³² Vindicta postquam ³³ meus à praetore recessi ,
Cur mihi non liceat jussit quocunque voluntas ,

³⁴ Excepto si quid ³⁵ Masuri ³⁶ rubrica vetavit ? 90

³⁷ Disce : sed ³⁸ ira cadat naso , rugosaque sanna ,
Dum ³⁹ veteres avias tibi de ⁴⁰ pulmone revello .

⁴¹ Non praetoris erat stultis dare ⁴² tenuia rerum
Officia , atque usum rapidae permittere vitae .

⁴³ Sambucam citius caloni aptaveris alto .

Stat contra ratio , et secretam * garrit in aurem ,
Ne liceat facere id , quod quis vitiabit agendo .

Publica lex hominum , naturaque continet hoc fas ,

⁴⁴ Ut teneant vetitos inscitia debilis actus .

²⁶ Servi manu emissi raso capite à dominis pileum libertatis insigne sumebant .

²⁷ Etiam syllagizat M. Dama . ²⁸ M. Junio Bruto , qui regibus exactis

libertatis auctor fuit . ²⁹ Hic Philosophus Stoicus acutus , et acrimoniam judicii , Dialectica autem

instructus respondet : Falso argumentaris . ³⁰ Majorem propositiōnēm prope intellectam accipio .

³¹ Minorem nego . ³² Dama assumptionem probatum iturus inquit : Postquam virga

praetoris (qua manumissis caput tangit jubens eos , Liberos esse) pronuntiatus sum liber .

³³ Mei juris , et arbitrii , id est , liber . ³⁴ Praeterquam quod legibus cautum est .

³⁵ Maserurii Sabini jurisconsulti celeberrimi tempore Tiberii Imper .

³⁶ Legum tituli minio notati . ³⁷ Resp. Stoicus , vel Poëta . ³⁸

Nec irascere , neque irride , quod te doceam . ³⁹ Inveteratas opiniones , et aniles de libertate ,

dum civilis ista pro vera illa animi ab imperitis habetur . ⁴⁰

Imo pectora . ⁴¹ Non in manu praetoris , sed philosophi erat .

⁴² Subtilia per differentias , et circumstantias officia . ⁴³ Aequae exigas à stupido puero militis (qui quod uāta , id est ,

ligna bajulabat , vel quod clavam ligneam gerebat . Calo dictus est) ut lyram scite tangat ,

alis ut machinam illam poliorceticam intendat , ac tractet , atque ab hoc Dama , quem praetor

civili donavit libertate , ut libere , et secundum rationem agat .

* Alii gannit . ⁴⁴ Ut pro vetitis habeat ea , quae quis non didicit , ut tanquam prohibitus abstineat , neque profiteatur , exercitave artem , quam non novit .

- 44 Diluis helleborum ⁴⁵ certo compescere puncto
Nescius examen? vetat hoc ⁴⁷ natura medendi.
48 Navem si poscat sibi peronatus arator
49 Luciferi rufis, exclamet ⁵⁰ melicerta perisse
51 Frontem de rebus. ⁵² Tibi ⁵³ recto vivere talo
54 Ars dedit? et ⁵⁵ veri speciem dignoscere calles, 105
56 Ne qua subaerato mendosum tinniat auro?
57 Quaeque sequenda forent, ⁵⁸ quaeque evitanda vicis-
sim.

Illa prius ⁵⁸ creta, mox ⁵⁹ haec carbone notasti?
Et modicus voti, ⁶⁰ presso lare dulcis amicis?
60 Jam nunc astringas, jam nunc granaria laxes: 110
Inque luto ⁶¹ fixum possis transcendere nummum:
Nec ⁶² glutto sorbere salivam ⁶³ Mercuriale?

45 Medicam artem exerces? de elleboro Satyr. 4. vers. 16.
46 Nec certa habita cognitione pharmaci diluendi, et praeparandi, nec morbi, tempestatis anni, aegroti constitutionis, vitium, etc. 47 Ars, quac natu-ram imitatur, Medicina. 48 Gubernandam. 49 Stellarum etiam inediocri cuivis gubernatori notatum. 50 Deus marinus, qui Palaeimon, et Portumnus, id est, quivis exclamet. 51 Pudorem cuius sedes frons est. 52 Quod si philosophia te docuerit haec officia sequenda. 53 (*) O' podo-madiv. 54 Philosophia, recte vivendi ars. 55 Quod verum esse videtur, nec est: apprens bonum à vero bono discernere. 56 Ne qua simulata hypocrisis, vel species veri, aut boni, velut nummus subaeratus, et adulterinus, qui raucum, et surdum sonat, te fallat. 57 Approbas bona. 58 Damnas mala, à mo-

re illorum, qui bona lapillo albo, mala nigro signabant. Satyr. 2. vers. 1. Creta, an carbone notandi? Horat. lib. 2. 3. Sermon. 59 Frugalis, modico contentus cum lare fundo. 60 Prout occasio postulat liberalitatem exercere. 61 Si potes praeterire nummum à pueris in via, vel claro fixum, vel funiculo adstrictum, et projectum, quo tentent praetereunte avaros, quos simulac inclinarint se ad tollendum nummum, retracto eo pueri derideant: In trivitis fixum qui se demittit ob assem. Horat. 16 epist. lib. 1. 62 Illa colliparte, vel ipse gluto, id est, helluo, qui deglutias salivam tuam ex spe lucri, velut ex edendi appetitu natam: ubi enim quid palato gratum occurrit, affluit saliva, quasi linguae, et gustatus ministra. 63 Lucrosam. Mercurius enim lucri praeses credebatur.

(*) Lat. Recto pede incedere.

- 64 Haec mea sunt , teneo , cum vere dixeris ; esto
 65 Liberque ac sapiens , 66 Praetoribus , ac Jove dextro.
 67 Sin tu cum fueris nostrae paulo ante farinae , 115
 68 Pelliculam veterem retines , et fronte politus
 69 Astutam vapido servas sub pectore 69 vulpem :
 70 Quae dederam supra repeto , 71 funemque reduco.
 72 Nil tibi concessit ratio , 73 digitum exere , peccas.
 74 Et quid tam parvum est ? 75 sed nullo thure litabis.
 76 Haereat in stultis brevis ut 77 Semuncia recti. 121
 78 Haec miscere nefas : 79 nec cum sis 80 caetera fossor,
 81 Treis tantum ad numeros satyri moveare Bathylli.
 82 Liber ego : 83 unde datum hoc sumis tot subdite
 rebus ?

64 Ordo est , cum vere dixeris , haec mea sunt , teneo , id est , haec jura . et officia vere colo . 65 Corpore , et animo te liberum pronuncio . 66 Praetore te civili , Jove liberatore te philosophica libertate donante .
 67 Sin tu dudum nostrae , id est , servilis conditionis , et vitiorum , civili tantum libertate donatus veterem retines nequitum , nego te liberum esse , et servum pronuncio . 68 Alludit ad Liberdem , si antiquos mores obtinnes . 69 Falaciam , et fraudes callide regis corde corrupro . 70 Libertatem , et sapientiam , quae supra tibi concesseram , à te reposco . 71 Tibi rursus injicio fraenum servitius , vel alludit ad puerilem lusum (*) διαυγήνδαν , per funem utrinque attractum , Horat. ep. 10. lib. 1. Tortum digna sequi potius quam ducere funem : retrahens funem , et tibi negans , quam modo dederam libertatem . 72 Philosophia Stoica , ne minimam quidem tibi verae libertatis particulam dedit . 73 Ne digitum

quidem movere potes quin pecces , Stoice satis . 74 Quid autem tam parvum est , inquit Dama , quam movere digitum ? 75 Stoicus respondet nullis tamen victimis impetrabis à Deo ... 76... ut qui perfecte non sapit , aliquid sapiat : aequo enim peccatum est digitum , ac corpus movere male . Stoic . 77 Vel minima etiam sapientiae mica , aut particula . 78 Servitatem , ac libertatem : sapientiam , ac stultitiam . 79 Nec poteris , stultus cum sis , etiam in minimis ex sapientia agere : non magis quam qui... 80... Caetera . Hellenistis . supr. νατα , id est , quod caetera rusticus est... 81... Poteris saltare tres staticulos ex arte Bathylli Alexandrei Pantomimi Satyram saltantis : vide Juven. Sat. 6. vers. 64. legas itaque Satyram , ac Horat. epist. 2. lib. 2. Nunc Satyram , nunc agrestem Cyclopa moyetur . 82 Instat Dama , se liberum esse clamitans . 83 Resert Stoic. unde tibi liberi nomen usurpas . cum tot vitiorum imperiis subditus sis ?

(*) Lat. Dicitur quoddam ludi genus , in quo ex duabus divisis partibus altera alteram manibus junctis ad se retrahere contendit.

⁸⁴ An dominum ignoras, nisi quem ⁸⁵ vindicta rela-
xat?

125

⁸⁶ I puer, et ⁸⁷ strigiles Crispini ad balnea defer;

⁸⁸ Si increpuit, cessas nugator? ⁸⁹ servitium acre

Te nihil impellit? ⁹⁰ nec quicquam extrinsecus intrat

Quod nervos agitet? ⁹¹ sed si intus, et jecore aegro

Nascantur ⁹² domini, ⁹³ qui tu impunitior exis,

Atque hic, quem ad strigiles scutica, et metus egit
herilis

⁹⁴ Mane a piger stertis: ⁹⁵ Surge, inquit b Avaritia:

Eja

Surge. Negas: instat, Surge, inquit. Non queo. Surge.
Et quid agam? rogitas? ⁹⁶ saperdas advehe Ponto.

⁹⁷ Castrorum, ⁹⁸ stupas, ⁹⁹ hebenum, ¹ thus, ² lubrica

³ Coa:

135

Tolle ⁴ recens, ⁵ primus piper ⁶ è sitiente camelio:

⁸⁴ Nullum tibi credis esse do-
minum praeter externum illum
corporis? ⁸⁵ Practoris virga,
supra vers. 88. ⁸⁶ Distinguili-
bertatem Philosophus. Tibi qui-
dem concedo, inquiens, te libe-
rum esse corpore ex jure civili,
sed liberum esse animo ex Phi-
losophiae regula nego. Si quis
enim herus jubeat: ¹ puer, etc.
⁸⁷ Ad sudorem in balneis deter-
gendum, ^{7λαγγίδως}. ⁸⁸ Et
his verbis te increpet, cessas
nugator? ⁸⁹ Civile illud servi-
tium acre te nihil impellit, qui
jam corpore liber es. ⁹⁰ Neque
extrinsecus habes dominum, aut
motorem, quite impellat, et co-
gat. ⁹¹ Sed si nascuntur tibi in
jecore quod concupiscentiae se-
des est (ut volunt medicorum
filii) vel in corde affectuum se-
de... ^{92...} Affectus mali, qui
tibi dominantur... ^{93...} Quan-
to minores poenas, et cruciatus
pateris, quam servus ille, quem

ad strigilem, etc. ⁹⁴ Nec u-
num intus habes dominum, sed
plures, eosque adversa imperan-
tes, scilicet a Pigritium, b Avar-
itiam, c Luxuriam, d Libidi-
nem, e Ambitionem, f Supersti-
tionem. ⁹⁵ Dialogismus, inter
pigrum Damam, Avaritiam, et
Luxuriam. ⁹⁶ Quae ad victim
conducunt, ut saperdas, pisces
genus, quae capiuntur in Ponto,
seu Moeotide, Synecdochice....
^{97...} Pharmaca ad medicinam,
cujus generis sunt testes casto-
ris... ^{98...} Ad vestium, è stu-
pa vili lini genere;... ⁹⁹ Ad ae-
disicia, lignaz... ^{1...} Ad sacra;..
^{2...} Ad voluptatem, vina, et a-
romata, mollia scil. et levia....
^{3...} Vina ex Coa insula. ⁴ In
emporii Orientalibus, ita sub
sole recenti, vers. 54. vel novum,
seu modo advectum. ⁵ Praeoc-
cupa alios mercatores. ⁶ Sitis
tolerantissimo, ad quartum us-
que diem.

⁷ Verte aliquid, ⁸ jura. ⁹ Sed Jupiter audiet: eheu!
¹⁰ Varo, ¹¹ regustatum digito terebrare Falernum
 Contentus perages, ¹² si vivere cum Jove tendis.
 Jam pueris ¹³ pellem succinctus, et oenophorum
¹⁴ aptas

140

Ocyus ad navem: nil obstat, quin trabe vasta
¹⁵ Aegeum raptas, nisi ¹⁶ solers luxuria ante
 Seductum moneat: Quo deinde insane ruis? quo?
 Quid tibi vis? ¹⁷ calido sub pectore mascula bilis
 Intumuit, quam non extinxerit ¹⁸ urna cicutae. 145
 Tun' mare transilias? tibi ¹⁹ torta cannabe fulto.
 Coena sit in transtro, ²⁰ Vejentanumque rubellum
 Exhalet vapida ²¹ laesum pice ²² sessillis obba?
 Quid petis? ut nummi, quos hic ²³ quincunce mo-
 desto
²⁴ Nutrieras, pergant avidos ²⁵ sudare ²⁶ deunces? 150
 Indulge ²⁷ genio, carpamus dulcia, ²⁸ Nostrum est
 Quod vivis: ²⁹ cinis, et manes, et fabula fies:

7 Commuta merces, negotia-
 re. 8 Et pejera. 9 Inquit Da-
 ma. 10 Resp. Avaritia: heusto-
 lide? Varones autem fuerunt mi-
 litum servi, calones, seu calcu-
 lae grandes, et stupidi. 11 Re-
 gustatum digito terebrare (id est,
 saltēm Lingere) contentus pera-
 ges, id est, vives, quaevis dictio
 est emphatica. 12 Si intendis
 vivere juste, et sancte, Jovem
 veritus. 13 Scorteam manticam,
 vidulum, vel segestre. 14 Im-
 ponis servis sarcinas deferendas
 ad navim. 15 Mare rapide se-
 ces, naves. 16 Ad corrum-
 pendum ingeniosa. 17 Unde ti-
 bi excrevit, inquit luxuria, atra
 haec bilis ad insaniam usque?
 vel mascula, id est, quam ego
 effeminatam malim. 18 Largi-
 ter epota cicuta herba frigidis-
 sima. 19 Tibine in fune nauti-
 co sedenti transtrum pro mensa

erit? 20 Vinum vilissimum ru-
 bei coloris, et saporis ingratii ex
 agro Vejanus, qui est in Cam-
 pania. 21 Corruptum, et olen-
 picem vasis, ac navis. 22 La-
 tum habens ventrem, seu fundum.
 23 Usura modica, intra
 semissen, quinque per duode-
 cim. 24 Auxeras. 25 Cum su-
 dore, molestia, et periculo lu-
 crisfacere, et parere... 26... Un-
 decim per duodecim uncias, id
 est, assem. 27 Festis, et vol-
 uptrati. 28 Vita hilariter acta;
 ac denique vita est, et mun-
 eris mei. 29 Morieris, descon-
 desque ad inscos, de quibus
 tam multa somniant, et fabu-
 lantur cum Poëtae, tum Philoso-
 phi, Horat. 4. od. 1. lib. Jam
 te premet nox, fabulaeque mu-
 nes. Vita igitur, quae datur, u-
 ter.

Vive memor leti : ³⁰ fugit hora : hoc quod loquor , inde
est.

³¹ En quid agis? ³² duplice in diversum scinderis hamo:
Huncine , an hunc sequeris ? subeas ³³ alternum oportet
³⁴ Ancipihi obsequio dominos , alternum oberres. ¹⁵⁶
Nec tu , cum obstiteris semel , instantique negaris
Parere imperio , Rupi jam ³⁵ vincula dicas.
Nam et luctata canis ³⁶ nodum abripit : attamen ille
Cum fugit , à collo trahitur ³⁷ pars longa catenae. ¹⁶⁰
³⁸ Dave , cito , hoc credas jubeo , finire ³⁹ dolores
Praeteritos meditor : (⁴⁰ crudum Chaerestratus un-
guem

Abrodens ait haec) an ⁴¹ siccis dedecus obstem
Cognatis? ⁴² an rem patriam rumore sinistro
Limen ad obscoenum ⁴³ frangam , dum Chrysidis ⁴⁴ au-
das ¹⁶⁵
Ebrius ante fores ⁴⁵ extincta cum face canto?
⁴⁶ Euge puer , ⁴⁷ sapias , ⁴⁸ diis depellantibus agnam

³⁰ Ibid. 21. od. dum loquuntur
fugerit invida Aetas. ³¹ Stoici
verba , vel Poëtae. ³² Avaritiae
simil , atque luxuria. ³³ Alter-
nis vicibus , et... ³⁴... Incer-
to servitio subeas oportet Ava-
ritiae , et Luxuria dominum.
³⁵ Servitutem vitorum. ³⁶ Vin-
cula catenae suae. ³⁷ Qua ite-
rum in servitutem redigatur: Ita
stultus dum non simul , et se-
mel se totum , et integrum vin-
dicat è vitiorum servitio , re-
currit ad veteres mores , neque
propter unam actionem , et quod
semel restiterit , liber pronun-
ciandus est. Atque ad hoc , in libi-
dinis imperio , probandum.... ³⁸...
Exemplum adducit Chaerestrati ,
è Menandro , cum Davo servo de
Chrysido deserenda deliberantis ,
nec tamen gnariter perficientis :
vide Eunuch. Terentii , et Ho-
rat. 2. lib. 3. serm. ³⁹ Meretrix-
cii amoris molestias , quas tuli.
Supra not. ⁴⁰ Ad vivum ro-

dens , serio cogitabundus. ⁴¹
Sobrili , frugi. ⁴² Egon per in-
famiam , et nominis jacturam ad
obscoenum meretricis domum
patrimonium... ⁴³... Imminuam ,
perdam? ⁴⁴ Unguento , seu vi-
no ex profusione Graecorum a-
matorum : aqua , quam fallendis
maritis mulierculae januae car-
dinibus affundebant , vel lacry-
mas miseri amatoris; sed vide
Lips. epist. quaest. 22. ep. 4.
lib. ⁴⁵ Juvenes commissatum
eunt ad amicas , faces praef-
erebant , quibus , cum ad fores
ventum esset , ne à praetereun-
tibus agnoscerentur , extinctis
cantabant. ⁴⁶ Ait Davus , qui
Terentio Parmeno , herum collau-
dans , quod ad saniorem men-
tem rediisse videtur. ⁴⁷ Sape-
re aude , vel sapias tandem. ⁴⁸
Castori , et Polluci , seu alii
diis averruncis , stultitiam tuam
amoventibus.

Per-

49 *Percute.* 50 Sed censem? 51 plorabit Dave relictæ?
 52 Nugaris. 53 Solea, puer, objurgabere rubra,
 54 Ne trepidare velis, atque arctos rodere casses. 170
 55 Nunc ferus, et violens: aut si vocet. Haud mora di-
 cas,
 Quidnam igitur faciam? ne nunc, cum accersat, et ultro
 Supplicet, accedam? 56 Si totus, et integer illinc
 Exieras, nec nunc: 57 hic hic quem quaerimus, hic est,
 Non in 57 festuca, 58 lictor quam jactat ineptus. 175
 Jus habet ille sui 59 palpo quem dicit 60 hiantem
 61 Cretata e ambitio? 62 Vigila, et 63 cicer ingere large
 64 Rixanti populo, 65 nostra ut Floralia possint
 66 Aprici meminisse senes: quid pulchrius? fat cum
 67 Herodis venere dies, uncta que fenestra. 180

49 *Macta.* 50 Dicit Chaeres-
 tratus sibi non constans. 51 Chry-
 sis plorabit relicita? 52 Nuga-
 ris, inquit Dayus, qui labascis,
 et ad miseriam redis. 53 Va-
 pulabis: sic Juven. Sat. 6. vers.
 61 id est, Solea pulsare nates:
 vel committigabitur tibi caput
 aurato, seu purpureo meretri-
 cis sandalio... 54... Ne vacilles
 in posterum, et dubius reluc-
 teris: neque audeas subtrahere
 collum jugo, aut tentare effu-
 gium arrodendo laqueos, quod
 irretitiae solent ferae. 55 Et
 quod nunc tute tecum iratus co-
 gitias: Egone, etc. ut Phaedria
 ille Terentianus. 56 Quod si te
 plene, et constanter assereres
 in libertatem, neque nunc la-
 basceres, rediresque virtus. A-
 posioposis. Aliis placet lectio
 nunc, nunc, id est, in ipso hoc
 nunc, hoc temporis articulo,
 absque mora. 57 Hic vere li-
 ber, et sapiens est. 58 Non
 quem festuca, id est, vindicta,
 et virga praetoris factum manu-
 missumque liberum pronuncia-
 rit vox lictoris, unius è sex mi-
 nistris, qui praetori apparebant
 59 et lege Quem. 59 Adulator

populi ambitiosus: *ordo est*, ha-
 bet ille palpo jus sui? palpare
 est manu mulcere. 60 Honori-
 bus inhiantem, magistratus, et
 honores ambientem. 61 Candi-
 dati (inquit Lipsius Elect. lib. i.
 cap. 13.) et Petidores magistra-
 tum non contenti insito lanæ
 candore, cretam addebat in
 vestem, ut splenderet. e Vide
 not. 94. ad vers. 132. supra. 62
 Et jubet vigilare ad salutationes
 antelucanas. 63 Missilia spar-
 ge in Aedilatu. Aediles vero,
 quo sibi viam sternerent ad cae-
 teros honores, ut populi prome-
 rerentur suffragia, fabam, et ci-
 cer in vulgus spargebant. 64 Inter
 caprandum, et legendum mis-
 silia, 65 Munificentiam nostram
 in Flora ex mercirice deae fa-
 ctæ Iudis, quorum celebratio
 ad Aediles spectabat. 66 Inter
 apricandum. f Vide not. 94. ad
 vers. 132. supra. 67 Quos colit
 populus, qui Herodi paret, scil.
 Judæi: vel, Herodis Ascalonitæ
 natalis, seu suscepti regni dies
 celebratus, g lucernis, h floribus,
 i conviviis, l vino, m precibus,
 etc.

Dispositae⁶⁸ pinguem nebulam vomuere g lucernae
 69 Portantes h violas, ⁷⁰ rubrumque amplexa catinum
 i Cauda natat⁷¹ thynni, ⁷² tumet alba fidelia l vino:
 73 m Labra moves tacitus: ⁷⁴ recutitaque sabbata ⁷⁵ pal-
 les.

76 Tunc nigri lemures, ⁷⁷ ovoque pericula rupto: 185
 Hinc ⁷⁸ grandes ⁷⁹ Galli, et cum ⁸⁰ sistro ⁸¹ lusca sacer-
 dos.

Incussere ⁸² deos inflantes corpora, ⁸³ si non
 Praedictum ter mane caput gustaveris alli,
 Dixeris ⁸⁴ haec inter ⁸⁵ varicosos ⁸⁶ centuriones,
 Continuo ⁸⁷ crassum ridet ⁸⁸ Vulfenius ingens, 190
 Et ⁸⁹ centum Graecos curto centusse licetur.

68 Fuliginem. 69 Coronatae.
 seu ornatae floribus. 70 Fictile
 miniatum, vel à terra rubra. 71
 Hinc amplitudo thynni colligitur,
 vel Hypallage catinum amplexum
 caudam thyani, Syncdochice
 pro thynno, vel quavis parte,
 vel in contemptum Judaeorum,
 vilissimam thynni partem ponit.
 72 Plena est. 73 Concipis vota
 tacito murmure. 74 Recutio-
 rum, id est, circumcisorum Ju-
 daorum sabbata. 75 Supersti-
 tiosos metu, vel ex jejunio, vel
 cinere, et luto conspersus colis
 sabbata. 76 Adde his inania
 terriculamenta, quae supersti-
 tiosis hissec objiciuntur: qualia
 sunt, quae timentur umbrae no-
 cturnae, et... 77... Pericula,
 quae portendi creduntur si ovum
 igni impositum rumpatur. 78
 Ingentes semiviri, ut qui castra-
 ti in altum crescant, vel vene-
 ratione ingentes. 79 Sacerdotes
 Cybeles. 80 Isiaci sistrum, cre-
 pitaculum ex aere, aut argento
 tinnulum ferebant in sacris, ut

Gallici cymbalum Apul. 11. 81
 Cui Isis irato percusit lumina
 sistro. Juven. Sat. 13. v. 73. vel
 ad mores potest referri, ut *Lip-
 pus*. 82 Metum dearum Cybe-
 les, et Isidos: quarum illa fu-
 rore, haec Syris tumoribus, ul-
 ceribus, et morbis instat. 83
 Nisi expient, et amoliantur in-
 flationem amuleto, quod et magis
 inflat, quodque Aegyptiorum
 religione in diis numeratur. Ju-
 ven. Sat. 15. v. 9. 84 Haec Sto-
 icorum scita de vera libertate,
 nuncunque derisuri sunt stupidi
 milites, veratamen sunt. 85 La-
 bore militiae varicosos, vel, ut
 corpore ita animo tumidos. 86
 Ignaros litterarum osores, cu-
 jusmodi sunt militares. 87 Rus-
 tice aut militariter. 88 Miles
 procerus, robustus, ut in prima
 Sat. *Ingentes Titos*. 89 Centum
 philosophos totidem assibus, iis-
 que curratis aestimat, id est,
 singulos philosophos vix singu-
 lis assibus.

SATYRA VI.

*In avaros, qui paree, et sordide vivunt, ut relinquant haere-
dibus quod nequiter profundant.*

ADmovit jam bruma foco te, ² Basse, Sabino?
Jamne lyra, et ³ tetrico vivunt tibi pectine
chordae?

⁴ Mire opifex numeris ⁵ veterum primordia vocum,
Atque ⁶ marem strepitum fidis intendisse Latinae,
Mox ⁷ juvenes agitare jocos, et pollice honesto ⁸
⁹ Egregios lusisse senes? Mihi nunc ⁹ Ligus ora
¹⁰ Intepet, ¹¹ hybernatque ¹² meum mare, qua latus
ingens

*Exordium sumit & statu Bassi,
ad quem scribit quaerens ubinam
locorum sit, quid agat, quibus
studii intendat animum, quam
suo contentus vivat. Mox ritae
suae rationem exponit illi Poeta,
et mentem aquam. Denique in-
surgit in eos, quibus non idem
animi, et ritae institutum. 1 Ec-
quid in agro Sabino, quo secess-
isti hiematurus, lyricis usque
vacas carminibus, er... 2... gra-
viore, atque severiore, quam
Horatius plectro, id est, argu-
mento (ut mox marem strepitum)
pulsas fides lyrac? 3 Caes. Bas-
sus Lyricus Poeta fuit, de quo
Priscianus, et Fabius, lib. 10.
4 Mire, et perite artifex ad a-
ptanda citharae numeris argu-
menta seria, et gravia. Helle-
nism. 5 Forte idem est, quem
A. Gellius, lib. 3. cap. 19. et
5. 7. et 11. 17. scripsisse de o-
riginibus testatur: sin minus in-
ellige (*) μυθοπιας, et οντο-*

*γονιαν: alii legunt primordia
rerum: ut canat, unde hominum
genus, et pecudes, etc. quod Vir-
gil. 1. Aeneid. de Jopa Lyrico.
6 Carminibus lyricis Latinis ad-
aptare severam poësin, vel for-
teum, qualis fuit Pindari, qui ce-
cinit diyos, puerosque Deorum,
id est, heroas, et pugillem ri-
ctorem, etc. Horat. ad Pisones,
vel Alcaeui, qui sonuit plenius
aureo plectro dura nayis, dura
fugae, malla, dura bellis. Od. 13.
lib. 2. Horat. 7 Juvenum amo-
res, et convivia resserre. 8 Se-
num bene de republica merito-
rum laudes honesto carmine ce-
lebrare. 9 Ligustica. 10 A
tempore maris exagitat, vel situ
inter montes mitior est. 11 Sae-
vit, vel, pro hybernis est mihi.
12 Hetruscum: Persius enim pa-
triā habuit Volaterras in He-
truria.*

(*) Lat. Fabulosam historiam, et Deorum originem.

Dant scopuli , et multa litus se ¹³ valle receptat.
¹⁴ Lunai portum est operae cognoscere , cives ;
¹⁵ Cor jubet hoc Enni , postquam ¹⁶ destertuit esse ¹⁰
¹⁷ Maeonides ¹⁸ Quintus , pavone ex Pythagoraco.
 Heic ego ¹⁹ securus vulgi , et quid praeparet Auster
²⁰ Infelix pecori , ²¹ securus , et angulus ille
 Vicini nostro quia pinguior : et si adeo omnes
 Ditescant ²² orti pejoribus , ²³ usque recusem ¹⁵
 Curvus ob id minui senio , aut coenare sine uncto ,
 Et ²⁴ signum in vapida naso tetigisse lagena.
²⁵ Discrepet his alius , ²⁶ Geminos ²⁷ horoscope varo
 Producis genio : ²⁸ Solis natalibus , est a qui
 Tingat olus siccum ²⁹ muria vafer ³⁰ in calice empta , ²⁰

¹³ Sinu , vel curvatura por-
 tus Lunae , primi oppidi in He-
 truria , dicti , quod Lunae for-
 mam litus referret . ¹⁴ Ennius
 in Annal. ab hoc versu incipit
 describere lunae portum . *Est*
operae pretium , O cives cognos-
cere portum Lunae . ¹⁵ Ipse En-
 nius , alludit ad tria corda , quae
 se habere dixit Ennius , quod
 Graece , Osce , et Latine sciret .
¹⁶ Postquam desit stertere . *Hellenism.*
 postquam destertuit se
 esse Maeonidem , hoc est , statim
 à principio Annalium , in quo
 exposuit somnium suum , quo
 somniorat animam Homeri in se
 transmigrasse per (*) *μεταμόρφωσιν* ,
 seu *παλιγγενεσίαν* Pytha-
 goricam , quae eadem in Pav-
 onem transierat ex Pythagora . ¹⁷
 Homerus , à patre Maeone , vel
 patria Maeonia : vide Plutarch.
 de Homero . ¹⁸ 1. Euphorbus .
². Pythagoras . 3. Panus . 4. Ho-
 merus . ⁵. Ennius : vel postquam
 desit somniare se fuisse Home-
 rum , agnovitque se esse Quin-
 etum Ennium , ut Quintetus sit

praenomen Ennii . ¹⁹ Non soli-
 citus , quid de me dicat vulgus
 sentiatve . ²⁰ Noxius , morbos
 inferens . ²¹ Non curans , non
 invidens si vicini fundus meo sit
 fertilior . ²² Inferiori quam ego
 loco , vel homines pessimi . ²³
 Nolim tamen ob ista demisso
 esse vultu , atque per invidiam
 senium praeproperum accersere ,
 dum sordido victu eorum divi-
 tias aemulor . ²⁴ Adimoto naso
 observante an laesa sint signa la-
 genae , quae etiam vappam ha-
 bet , vel non resignare , et de-
 promere , sed admotis labris , et
 naso vappam eibere . ²⁵ Nec
 tamen cuivis haec liberalis mens ,
 quae mihi . ²⁶ Fratres iisdem
 parentibus ortos . ²⁷ Vario in-
 genio profert idem Horoscopus ,
 id est , Astrum natale , seu ho-
 rae inspectio , qua quis nascitur .
Apostrophe . ²⁸ Quorum
 a alter triparsus . *Omnia heic em-*
phatica , et signata . ²⁹ Aqua
 salsa , vel liquamine ex thyne-
 rum sanie . ³⁰ Quod solent par-
 ci , et sordidi .

(*) *Lat. Transmigrationem , aut regenerationem .*

Ipse ³¹ sacrum inrorans patinae piper ^b ³² hic bona
³³ dente

Grandia magnanimus ³⁴ peragit puer: ³⁵ utar ego, u-
tar,

Nec ³⁶ rhombos ideo libertis ponere ³⁷ lautus,
Nec tenuem solers turdorum nosse ³⁸ salivam.

³⁹ Messe tenus propria vive: et granaria (fas est) ²⁵

⁴⁰ Emole: quid metuas? ⁴¹ occa: et seges altera in herba
est.

⁴² Ast vocat officium: trabe rupta, ⁴³ Bruttia saxa
Prendit amicus inops: remque omnem, ⁴⁴ surdaque
vota

Condidit: Jonio jacet ipse in litore, et una
Ingentes de puppe ⁴⁵ dei: jamque obvia ⁴⁶ mergis ³⁰

Costa ratis lacerae, nunc et ⁴⁷ de cespite vivo
Frange aliquid: largire inopi, ⁴⁸ ne pictus oberret
Caerulea in tabula. ⁴⁹ Sed ⁵⁰ coenam funeris heres
Negliget, iratus quod ⁵¹ rem curtaveris; urnae ³⁴

³¹ Cui parcit tanquam rei sa-
crae. ^b ³² Hic magnanimus puer.
³³ Gula, luxu. ³⁴ Absumit.
³⁵ Mihi, inquit Poeta, ^{u76-}
^{ματα} erunt ^{χρηματα} utar iis,
non abutar per miseras sor-
des, aut effusam prodigalitatem.
³⁶ Lautis ponere. *Hellenism.* ut
et solers nosse. ³⁷ Pisces inde-
liciti habitos: ^{θεινως} pro luitis
epulis. ³⁸ Subtilem gustum, et
saporem discernere. ³⁹ Nihil
ex anno proventu reliquum fa-
cias. ⁴⁰ Molendo consume. ⁴¹
Glebas frange, agrum exerce.
⁴² Facerem, inquit avarus pre-
texens avaritiae suae causam,
quod mones, laxarem granaria,
et rriverem messe tenus. Sed me
jubent charitatis, atque humani-
tatis officia, ut ex proveutibus
meis aliquid reponam, quo suc-
currat miseris amicis laboranti-
bus, eorumque damna resarciam.

⁴³ Pulchre dicis, inquit Poeta.
Sed ecce amicus tuus fracta na-
vi, et universa re perdita ena-
tans prendit scopulos Brutii pro-
monitorii Italiae Siciliam versus,
etc. cur non illum relevas, et
sustentas, ne cogatur stipe mendicare. ⁴⁴ Diis non exaudi-
ta. ⁴⁵ Dii tutelares navis, qui
in puppi sacrarium habebant,
erepti secum è naufragio. ⁴⁶ A-
vibus marinis. ⁴⁷ Non de mes-
se tanum, sed et de fundis ali-
quid imperti. ⁴⁸ Ne naufragii
pietam tabulam portans hinc in-
de mendicet. Sat. I. v. 90. ⁴⁹
Sed inquires: Si quid de fundo,
aut patrimonio imminuam, haer-
es meus infensus mihi negavit
funebrem apparatum, et sum-
ptum. ⁵⁰ Feralem, funebrem,
quaes cum cadavere ipso creme-
tur, silicernium. ⁵¹ Bona mi-
nucris.

⁵³ Ossa inodora dabit: seu spirent cinnama ⁵³ surdum,
Seu ⁵⁴ ceraso peccent ⁵⁵ casiae, ⁵⁶ nescire paratus.
⁵⁷ Tune bona in columis minuas? sed ⁵⁸ Bestius urget
Doctores Grajos: Ita fit postquam sapere urbi
* Cum pipere, et palmis venit nostrum hoc ⁵⁹ maris
expers.

⁶⁰ Foenisecae crasso vitiarunt unguine pultes. ⁴⁰
Haec ⁶¹ cinere ulterior metuas? at tu, meus heres
Quisquis eris, paulum ⁶² à turba seductior audi.
O bone num ignoras? missa est à ⁶³ Caesare ⁶⁴ laurus
Insignem ob cladem Germanae pubis, et ⁶⁵ aris ⁴⁴
⁶⁶ Frigidus excutitur cinis: ac jam ⁶⁶ postibus arma;
Jam ⁶⁷ clamydes regum, jam lutea gausapa captis;
⁶⁸ Essedaque, ingentesque locat ⁶⁹ Caesoniam ⁷⁰ Rhenos:

⁵² Ossa, et cineres aromatis
mixta urnae dari mos erat, quod
ille non faciet, etc. ⁵³ Non accu-
tum, qui vix scintiatur: *dusus-*
cula translatio. ⁵⁴ Gummi è ce-
raso, vel cortice cerasi adulter-
ratae sint casiae. ⁵⁵ Canella
Matthiol. in Diosc. lib. 1. c. 11.
et 13. ⁵⁶ Negligens. ⁵⁷ Dicit
mihi haeres. Tune ipse salvus,
cum opus sit, innescio quo stua
profundas, quae mihi haeredi
potius debentur? ⁵⁸ Imperitus
aliquis haeredipeta criminis da-
bit hanc officiosam largitionem,
ut et lauiores victimum Graecis
philosophis: clamitans haec non
prius solita fieri quam sapere, id
est, sapientia Graeca cum mer-
cibus peregrinis (quae mentem
esso eminent) è Graecia in urbem
nostram mari advenissent. * Sic
Juven. Sat. 3. vers. 83. *Adveetus*
Romam quo pruna, et coctana
rento. ⁵⁹ Nihil masculi habens,
vel mali advecta, ut expers sig-
nificet (*) ἀπυρος, et οὐ πτησ.
Casaub. alii postquam rigide nos-
tra cismarina philosophia cor-
rupta sit molli, et transmarina

Graecorum, sapere, pro sapien-
tia. Enallage. ⁶⁰ Ipsi rustici
cibos prius simplices corrump-
unt, et condunt lauri. ⁶¹
Haeredem, inquit Poeta, mor-
tuus metuas? Horat. epist. 2.
lib. 2. Nec metuam quid de me iu-
dicet haeres. Quod non plura da-
itis invenierit. ⁶² A vulgi igno-
rantia, et odio. ⁶³ Claudio Ca-
ligula. ⁶⁴ Litterae laureatae,
quae tanquam victoriae indice
triumphum imperent: cum ta-
men nihil dignum eo fecisset.
⁶⁵ Ex priore sacrificio derelictus
amovetur, et nova sacra paran-
tur. ⁶⁶ Templorum postibus
spolia hostium affigenda curat.
⁶⁷ Parati coccinea paludamenta,
quibus amicti reges Germano-
rum, et crocei coloris gausapa,
quae villosae militares uestes
sunt, quibus induiti milites Ger-
manorum ducentur in triumpho.
⁶⁸ Germanorum vehicula. ⁶⁹ Ca-
ligulae uxori per procuratores.
⁷⁰ Rhenanos Rheni accolae, &
quibus procerissimum quemque
ad Pomparam elegit. Sueton. Ca-
lig. cap. 47.

(*) Lat. Inexpertæ, et expertæ: vel imperita, et perita sapientia.

Diis igitur , genioque ducis ⁷¹ centum paria , ob res
Egregie gestas , induco : quis vetat ⁷² aude .
Vae ! nisi connives . ⁷³ Oleum , artocreasque popello ⁵⁰
Largior : an prohibes ? dic clarè : ⁷⁴ Non adeo , in-
quis ,

Exossatus ager juxta est . Age , ⁷⁵ si mihi nulla
Jam reliqua ex amitis , patruelis nulla , proneptis
Nulla manet patrui , sterilis matertera vixit ,
Deque avia nihilum superest : accedo ⁷⁶ Bovillas , ⁵⁵
Clytumque ad Virbi : ⁷⁷ praesto est mihi Manius he-
res .

⁷⁸ Progenies terrae ? quaere ex me quis mihi ⁷⁹ quartus
Sit pater : haud prompte , dicam tamen : adde etiam
⁸⁰ unum ,

⁸¹ Unum etiam terrae est jam filius , et mihi ⁸² ritu

⁸³ Manius hic generis prope major avunculus exit . ⁶⁰

⁷¹ Diis igitur victoriae auspi-
cibus , et Imperatoris Genio in-
duco C. paria gladiatorum , qui
ad bustum dimicantes se invi-
cein immolent , ad placandas do-
fumtorum animas , quas huma-
no sanguine propitiandas crede-
bant : vide Lips. Saturn. 18. ⁷²
Vetare aude . O haeres , si ita
visum est tibi . Epitrope . Sed vae
tibi nisi assentiaris . ⁷³ Quin-
etiam congiarium , et epulum po-
pulo largior , tune illud fieri ve-
tas ? noli mussare , dic clarè . ⁷⁴
Neque enim contradico , aut
prohibeo , inquis : potest etiam
nulla interposita distinctione post
inquis , continuari , ut hic sensus
sit : Agellus tuus , inquis , o haer-
es , suburbanus non adeo cul-
tus , aut fertilis est , ut sufficiat
huic profusioni , velut ego ita
curem tibi haeres esse . *Alii ex*
persona Poëiae intelligunt quae
sequuntur , dicens : Superest mi-
hi suburbanus fundus probe cul-

tus , et saxis expurgatus , *al.* ju-
gi cultura exhaustus . ⁷⁵ Si mihi
nullus cognatus sit , nec affi-
nis quem haeredem instituam .
⁷⁶ Vicum inter Romam , et Ari-
ciam in via Appia , ubi sedebant
mendici , ut et prope nemus Dia-
nae , ubi Hippoitus colebatur .
⁷⁷ Mendicus quispiam (vide in-
fra not. 83.) scribetur mihi , haer-
es , facilis inventu . ⁷⁸ Irane ?
refert haeres : scribesne hacre-
dem hominem obscuro loco na-
tum , terrae filium , familia tua
non oriundum ? ⁷⁹ Sic ita sa-
ne . Quod si ex me quaeras : quis
fuerit mihi abavus ? ... ^{80...} quis
Atavus ^{81....} quis tritavus ,
fuit ille aequi ignotus , atque
obscurus , et proinde ... ^{82...} ra-
tione generis , et stemmate
^{83...} Aliquis mendicorum , et A-
ricino colie , et luco , quem Dia-
nae consecrarat Manius mihi ma-
jor avunculus , vel cognatus est .

Qui



⁸⁴ Qui prior es , cur me in decursu lampada poscas?

⁸⁵ Sum tibi Mercurius : venio deus ⁸⁶ huc ego , ⁸⁷ ut ille est,

Pingitur : an renuis ? vin' tu gaudere ⁸⁸ relictis ?

⁸⁹ Deest aliquid summae : ⁹⁰ minui mihi , sed tibi totum
Quicquid id est . ⁹¹ Ubi sit , fuge quaerere , quod mihi
quondam

Legarat Tadius . ⁹² neu dicta repone paterna :

Foenoris accedat merces : ⁹³ hinc exime sumptus.

⁹⁴ Quid reliquum est ? ⁹⁵ reliquum ? ⁹⁶ nunc nunc impen-
suis unge.

Unge puer caules . ⁹⁷ Mihi festa luce coquatur

⁹⁸ Urtica , et ⁹⁹ fissa fumosum sinciput aure;

Ut tuus iste * nepos olim satur ' anseris extis ,

Cum * morosa ² vago ³ singultet inguine * vena ,

⁸⁴ Tu autem qui mihi propior es , et cui lege naturalis consanguinitatis prius ventura esset haereditas , cum me vivo illam exigis : alii referunt ad (*) ⁸⁵ ~~reputab~~ ⁸⁶ ~~reputas~~ certamen , in quo stadiodromo Prouetheo sacratu currebant facient quatinentes , primus autem defatigatus tradidit facem secundo , secundus tertio , et ita deinceps : vide lib. 4. Rhet. ad Herennium ; quasi dicat , cur tu natu major mei junioris haereditatem posceres ? ⁸⁵ Mea haereditas tibi est lucrum insperatum , et ^(*) ⁸⁶ ~~quæc~~ ⁸⁷ perinde ac si in via inventum . ⁸⁶ Ad te . ⁸⁷ Mercurius qui pingitur marsupium dextra tenens , quod tibi advolans gratuitum , et praeter expectationem , atque meritum adfero . ⁸⁸ Tibi à me . ⁸⁹ Verba haeredis . ⁹⁰ Cui testator . Meo damno perit , non tuo , ò haeres . ⁹¹ Noli impudenter à me

exigere rationem , quid factum sit de bonis , quae mihi testamento legarat hic , vel ille . ⁹² Neque ingere mihi verba , quae patres liberis suis præcipiunt , cuiusmodi sunt haec , Foenoris accedat merces : hinc exime sumptus . ⁹³ Ex foenore . ⁹⁴ Dicit haeres . ⁹⁵ Testator indignerter resert . ⁹⁶ Quando iniquo , et ingrato animo accepturus es , quae reliquerò , laetus , et largius insumam : appara itaque ò famule , lautiorem mensam . ⁹⁷ Egone meis sordide parcam , ut ille haec nepotum more prodigat ? ⁹⁸ Durum , et agreste olus . ⁹⁹ Porcini capit in fumo , per aurem perforatam suspensi pars . * Ex cognatione haeres , idemque luxuriosus , ambigue , et acute . ¹ Je- core anserino , quod Romanis in deliciis . ² Varia , vel concessa , et licita Venere . ³ Copiam fastidier , al. palpitabit . * Muto fastidiens plebejam Venerem .

(*) Lat. Cursus cum face .

(*) Lat. Mercuriale , ingens oblatum .

* Patriciae immejat vulvae? mihi trama figurae
 Sit reliqua: ast illi tremat omento⁶ popa venter?
 Vende animam lucro, mercare, atque excute solers
 Omne latus mundi, ne sit⁸ praestantior alter 76
 * Cappadocas rigida¹⁰ pingues¹¹ plausisse¹² catastâ,
 Rem duplica, Feci: jam triplex, jam mihi quarto,
 Jam decies¹³ redit in rugam. ¹⁴ Depunge, ubi sistam,
 Inventus, ¹⁵ Chrysippe, tui finitor acerbi. 80

4 Reim habeat cum nobili fœmina.
 5 Egone me macerem ins-
 tar derotis, et defloccatae ves-
 tis, cui detritis villis, et sub-
 tegmine modo apparer trama:
 ita in corpore meo ossa, et ner-
 vi? vel Mihin? fit corpus tenui,
 et gracilentum instar staminis
 tramae? vel lineæ picturæ, qua-
 li depingunt homines monogram-
 mos, quasi procul apparentes?
 6 Pinguis, obesns ut popa, id
 est; victimarius minister hostia-
 rum, visceribus probe saginatus.
 7 In nunc, et nihil turpe, scele-
 ratum, sordidum facio, ut haer-
 edi placeas. Epitrope. 8 Mau-
 goni peritior. 9 Servos à Cap-
 padocia. 10 Bene habitos, ni-
 tidos cure. 11 Palpo, vel plane
 manu ferire, ut ostentes coro-
 ris eorum habitudinem, vel apud
 empturientes laudare: vide Ju-
 ven. Sat. 11. quae adnotata ad
 vers. 163. An plausisse quoniam
 venales (ut ait verus interpres)
 antequam in catastâ imponantur,
 cantant universi pariter more
 gentis suac, alii legunt paruisse,
 alii clausisse. 12 Pegmate ligneo,
 in quo venales exponebantur ser-
 vi. 13 Decuplatur, à vestibus,
 metaphor. quasi multiplicatur.
 14 Alii Depinge. statue, prae-
 scribe, quem modum ponam mul-

tiplicandæ rei familiaris meæ
 immensæ, tanquam soritæ. 15
 Stoicorum acutissime (qui argu-
 mentationis acerbalis in infinitum
 progredientis finem invenis-
 ti, jubendo, (*) οὐχέτων prius-
 quam ad multa ventum esset)
 dic ubi ego sistam, modumque
 ponam in congerendis opibus.
 Atque simul allusum credo ad
 τὸς τῶν τοινύ τίσεις, quos sa-
 pienti licere accipere existima-
 vit Chrysipus. Audi quid ipse
 dicat apud Lucianum, in vita-
 rum auctione: τὸ δὲ γρύφων
 ιναι, τὸ δὲ τονούπον, etc.
 Lat. sic. Esse vero (inquit mer-
 cator) voracem, et avarum foen-
 eratorem, an et hoc dicemus
 esse viri, qui helleborum bibe-
 rit, et qui jam ad virtutem sit
 idoneus? Certe: (respondet Chry-
 sippus) solum enim sapientem
 foenerari. Quoniam enim illius
 est proprium, syllogismis con-
 cludere: foenerari certe, usu-
 ramque computare, atque colli-
 gere. Namquæ haec parum differ-
 re videntur, studiosi quippe quod
 hoc sit æque ac illud Neque
 decet illum simplicem exercere
 usuram, quemadmodum solent
 alii, verum et alterius foenoris
 accipere foenus, etc.

(*) Lat. Quiescere, cessare.

Auli Persii Flacci finis.

